


+QK91
.A1
1840



CAROLI LINNAEI

**SYSTEMA, GENERA, SPECIES PLANTARUM
UNO VOLUMINE.**

EDITIO CRITICA, AD STRICTA, CONFERTA

SIVE

CODEx BOTANICUS LINNEANUS

TEXTUM LINNEANUM INTEGRUM EX OMNIBUS SYSTEMATIS, GENERUM, SPECIERUM
PLANTARUM EDITIONIBUS, PANTISSIS, ADITAMENTIS SELECTUMQUE EX CETERIS
EJUS BOTANICIS LIBRIS DIGESTUM, COLLATUM, CONTRACTUM.

CUM

PLENA EDITIONUM DISCREPANTIA

EXHIBENS.

LIBRARY

of the

University

IN USUM BOTANICORUM PRACTICUM

EDIDIT

BREVIQUE ADNOTATIONE EXPLICAVIT

HERRMANNUS EBERHARDUS RICHTER

M. DR., PROF. ACAD. MED.-CHIR. DRESD., PL. S. E. S. O.

LIPSIÆ

SUMPTUM FECIT OTTO WIGAND

1840.

LECTORI BENEVOLO.

§. 1. **SAECULARIS** annus est, ex quo primum apparere opera Divi Caroli LINNAEI, quibus ob insignem methodum, insolitam fidem atque admirandam illam, quam testantur, diligentiam intra breve tempus per orbem terrarum receptis, subito omnis historia naturalis de integro conversa est novamque faciem induit ac novam intravit aeram.

§. 2. **OPERA** illa, maxime quae ad Systema Naturae pertinent, atque ex his botanica prae ceteris, jam fide autoris et nominibus ab eo introductis sauctisque, singularem auctoritatem apud omnes eruditos nacta sunt, ita ut jure nunc habeantur fundamentum cujuscuque in re botanica disquisitionis, emendationis et additionis.

§. 3. **EDITIONES** eorum varias habemus: partim originales, Linnaeanas — partim hybridas, furtim recusas — vel alienatas, emendatas auctasque ab aliis — vel alienas, vix nisi Linnaei nomine ornatas elaborationes Virorum Doctorum. Ex his Linnaeanae [quasi unum organismum hodie referentes] continuam seriem emendationum, mutationum additionumque ab auctore factarum exhibent, ita ut sese invicem nunquam non expleant aut interpretentur, atque singula seorsim, reliquorum collatione neglecta, prorsus intelligi nequeant.

§. 4. **RARITAS** editionum originalium, in quibusdam de die in diem adaucta, **PRETIUM** eximium quo emuntur tam copiosa fertilissimi scriptoris opera, **DIFFICULTAS** tandem ea singula evolendi in quovis genere et quavis specie [nec taediosum solum hoc est, verum in nonnullis adeo perdifficile: quippe quum abscondita permulta sint in additamentis variorum operum, vel tantum in dissertationibus *ὡς ἐν παρόδῳ* notentur et sic porro]: — omnia haec magis magisque moent, adesse tempus, quo tandem aliquando prodire debeat **EDITIO** variorum Linnaeanorum operum, textum rite comparatum et in unum volumen contractum continens, usui botanicorum practico destinata, eaque ratione redacta, ut jam pretiosa illa et perpetuis repetitionibus suis valde molesta Originalia Linnaeana seponi atque ad bibliothecas majores relegari possint.

§. 5. **CODEX** ejusmodi botanicus Linnaeanus necesse est lectoribus haecce exhibeat:

1) **TEXTUM COMPLETUM** operum eorum, quae coram orbe terrarum Linnaeanam auctoritatem referunt, i. e. editionum originalium Systematis Naturae (Ed. I., II., VI., X., XII. et XIII.) Generum plantarum (Ed. I., II., V. et VI.) et Specierum plantarum (Ed. I. et II.) eorumque Mantissarum (I. et II.), Corollariorum et Additamentorum variorum, hic illic dispersorum.

2) **TEXTUM EX PARTE COMPLETUM** eorum operum, quae basin plerumque systematicis istis libris praebuere, scilicet Florarum (Lapponicae I., II., Succicae I., II., Zeylanicae), Hortorum (Cliffortiani et Upsalicensis), Materiae medicae, Dissertationum ex Amoenitatibus acad. variarum. Quaecumque enim in his ad diagnosticam, synonymiam et descriptionem, multa

etiam quae ad locos natales spectant, ita complent et explicant libros systematicos (n. 1.), ut iis ad veram Linnæi mentem cognoscendam vix carere possis, etiamsi non tam pretiosa essent, quæli revera esse invenies. — Supervacanea e libris citatis codici inserenda non erunt.

3) *SELECTIORI* porro codex exhibeat e reliquis omnibus scriptis Linnæianis ad rem botanicam facientibus: et ea scripta ubique conferat, citet et respiciat necesse est. In his præcipue notanda sunt *Itinera varia*, *Epistolæ*, *Acta Holmænsia*, *Upsaliensia* etc., *Filii ópera*, *Posthuma Linnæana* et sic porro.

4) *COLLATA* demique sint ea, quæ ex alienis operibus (v. c. Smithianis, Wahlenbergianis, Friesianis al.) ad Linnæum explicandum valent. Sed ea messis nimia non esto, ne in recentiores disceptationes aberret codex aut vel tantillum deducatur ab exhibendo integro et tali qualis fuerit Linnæo.

§. 6. **CONSILIO HOC** ducti accurate comparavimus libros omnes citatos, methodum assumpsimus unicam, qua ingens hæc materies absque jactura uno volumine coactari, tædiosæ tamen repetitiones vitari posse viderentur, atque elegimus e n. 2. 3. 4. omnia, quæ iudices æqui e botanicis desiderare in *Codice Linnæano* possint.

§. 7. **RATIONEM EDITIONIS** sequente Capite I. reddere studebimus, methodum, ordinem, signa explicabimus, singulosque **LIBROS ADHIBITOS** Cap. II. recensebimus et describemus. **TABULAS** tandem duas amectimus: *I^{am}* ordinem operum adhibitorum *chronologicum* illustrantem: *II^{dam}* signa et abbreviationes explicantem. *Quæ quidem omnia ne prætereat usurus Codice Lector, enire rogamus!*

§. 8. **APHORISMOS** Cap. III. amectimus aliquos, qui vel observationes in conferendis variis Linnæi autorumque adhibitorum operibus factas continent, vel ad criticam operum Linnæanorum pertinent. — **CRITICA LINNÆANA**, magnum sane et gravissimum opus, hucusque in litteris botanicis desideratur, nec vero nos sumus ii, a quibus illud perpetrari queat: conjunctis forsan plurimum studiis, cognitis omnibus ad eam spectantibus collectionibus, manuscriptis, epistolis, libris locisque, serus aliquando dies eam conspiciat. *Nostri aphorismi si minimum in hac re emolumentum attulisse censeantur, nihil præterea expetimus.*

§. 9. Ita accipe, **LECTOR BENEVOLE**, et nobiscum utere redivivo hocce Linnæo, hac fiducia, „nos quidem, quantum in nobis fuerit, ea diligentia et probitate in elaborando versatos esse, ut totum et integrum textum pro usu practico in manu haberes, neque, — nisi a nobis „jussus verbo (*confer*) vel similibus, — vel unicum ex his libris de recenti evolvere deberes.” — Quod si non omni nostra edendi ratione contentus, post diuturnam quoque codicis usum, fueris, molem ingentem intricatissimumque laborem considerans, benigne certe ea etiam, quæ displiceant, judicare velis. Ita vale nobisque fave.

Dabam Dresdae,

mense sæculari Syst. Nat. editi

Calendis Augusti.

A. P. C. MDCCCXXXV.

Editor.

CAPUT I.

RATIO EDITIONIS.

§. 10. **DIFFICILEM** *Codicis usum esse*, ne primo intuitu exclames, L. B., jure veremur. Sed facile ei adsuesces et summo emolumento utere eo, considerans ubique — 1. *operum adhibitorum ordinem chronologicum, tabula annexa accurate significatum*, — 2. *typorum adorationem editionum librorumque discrepantiam et varias lectiones maxima brevitate exhibentem* (cf. tabulam Signa et Abbreviationes explicantem), — et ubi perlegeris 3. *breuem, quae nunc sequitur, methodi nostrae expositionem*.

§. 11. **METHODUS** *editionis nostrae* in eo posita, ut textum omnium librorum huc pertinentium, (§. 5. n. 1—3.) ubi congruat, in unum contrahamus, ipsis libris in calce citatis: vel notulis subjectis indicemus identitatem vel diversitatem.

Obs. Opera Linnaeana omnia minime conferta, sed spatiosa typorum adoratione edita sunt, ut re vera nimium in iis spatium pessumdetur. Id quod Linnaei aetate facillimum lectoribus et conspectum et intellectum exhibuit, nec parum adjuvat novi Systematis introitum. Id ipsum autem nostra aetate supervacaneum est, et aliis auxiliis typographicis re sarciri potuit; hinc tantam rerum copiam uno volumine complecti potuimus.

§. 12. **DISCREPANTIA** (s. *Varietates*) leviora in ipso textu recepinus, usi ad ea distinguenda typorum varietate et parenthesibus: id quod et intellectu facillimum et omnium compendiosissimum esse videbatur. Auxilia praeterea nonnulla adhibuimus. Quae *Tabula II.* (p. XXXII) explicata sunt omnia.

1) Litteris „t. e.” indicavimus, in libro aliquo citato *terminos extare, serius a Linnaeo emendationibus commutatos*, levioris momenti quidem, (quales adeo auctor ipse plerumque tacite mutare consuevit, ubi verba e tali opere laudato serius citaret). Fuimus autem in ea re *ῥητινώτατοι*, ne quid exterminaremus termini emendatione ponderosius.

2) Verbum *vel verba* mutata, addita *vel* ommissa, serius vel prius, typis variantibus exendi curavimus (*cursivis* aut *distantibus* rectis *cursivisve*). Opus ipsum, in quo textus ea ratione discrepat, in parenthesi additum est, v. c. „(Sp. II).”

3) Deesse quidquam, iisdem in parenthesibus signo „ϕ.” *indicavimus*, a lectoribus ad vocabula proxime praecedentia, quae typis discrepant, referendo.

4) Si longior *phrasis deest vel additur* in aliquo opere, plerumque sublevandi lectoris gratia, *lincolam* „—” illi praefigimus, praeterea quod a praecedente textu typis discrepat.

5) Ubi in fine *phraseos alicujus* (maxime in diagnosisibus) quaedam adduntur in aliquo opere A. quae desunt in altero B.: tum prius citato B. *puncta interponimus* „.....”, atque deinde *addita verba ista*, eum illo opere A., citamus. [Cf. e. gr. *Maranta Galanga*, n. 11.]

§. 13. **PRAECIPUA** haec sunt editioni nostrae peculiariora, varium in modum quidem a nobis administrata: quae sicubi non sufficerent, *notulis textui subjectis* explicavimus librorum discrepantiam.

Obs. **JUDICEM** autem criticum, ubi displiceat haec methodus, vel magis placuerit ista a philologis ad codicum varietatem exponendam vulgo adhibita, (quam quidem, *notulis in calce paginae positis*, periclitati sumus in praefationibus Linnaeanis recudendis), rogare liceat, ut ipse non ex una alterave pagina Codicis iudicium ferat, sed totum conferat. Neque enim ludibrio, sed materie per biennium tractata haec tanquam unicum brevem et adstrictissimam elegimus methodum: promptique et parati sumus, si melior indicetur, in nova Codicis editione aliquando eam adhibere.

§. 14. **EXHAUSTA** sunt opera ad Systema vegetabilium *speciatim* pertinentia (§. 5. 1., *Cap. II.* 1—18.). Exhausta etiam in usum botanicorum practicum, i. e. quoad diagnoses, synonyma descriptionesque, omnia illa, quibus citatis et collatis non addamus verba, „cf.” vel „*quae cf.*” et similia.

Obs. **Rationibus** in seligendo textu ex operibus minoribus ducti sumus tribus:

1) ne quid ad rem maxime pertinens ommitteretur et a lectore in alio libro evolendum esset;

2) ne spatium nimium rebus supervacaneis¹⁾, synonymis obsoletioribus (*quolibet v. c. abundat H. Cliff. et Fl. Lapp.*) vel nimis longis descriptionibus perderetur. Ea quoque in re cautissimi fuimus et maxime prubi;

3) ne unquam oblivisceremur. principium hujus editionis esse, ut via sternatur aliquando curandae Operum Linnaeanorum editioni adstrictissimae, textum nullibi *bis* eundem referente atque innumeris repetitionibus Linnaeanis penitus vacante.

§. 15. ORDO servatus in edendo plane est ille, qui fuit in operibus Linnaeanis, vel fuisse certe, si *Systema Vegetabilium* perfectum ita ut *Systema Animalium Mineraliumque* simul editum esset, neque vero tanquam compendium ac supplementum *Generum* et *Specierum plantarum* vario tempore antea editorum apparuisset. Breviter secundum hunc ordinem §§. sequentibus (16—26.) recensebimus singula.

§. 16. PRAEFATIONES primo accipis Linnaeanorum operum hoc volumine contractorum, *Systema Vegetabilium* re vera efficientium (§. 5. 1. et Cap. II. 1—18.). Discrepantia, nisi levissima, addita sunt. Seorsim excudenda erat Introductio Syst. I—VI. a S. X—XIII. plane diversa, et praefatio quaedam tantum in S. X. exhibita, nec serius. Minores quasdam praefationes *contra ordinem chronologicum* e rationibus typhoteticis disposuimus, quod vix vituperabis.

Obs. Omissa e libris dictis (§. 5. 1.) post praefationes haec sunt:

1) *Auctorum conspectus* in G. I. II., et in Sp. I. II. exhibiti. Qualem quidem multo auctiorem in usum botanicorum in fine libri adjungemus.

2) *Conspectus nominum genericorum* ad *Systema Linnaeanum* dispositus. Talem saepe promulgavit Linnaeanus, de divulgando systemate tunc minus cognito sollicitus. *System. naturae* ipsius *Ed. I.* et *II.* nihil aliud referunt nisi ejusmodi indicem. Inter utramque *bis* talem promulgavit, alterum (ob Genera nova in G. I. et Corollario gen. publici juris facta) nomine „*Methodus sexualis*”, alterum in libro „*Classes plantarum*,” p. 445. sq., paucis generibus auctum. Deinde similes convenienter auctos indices in *Generum pl. ed. II.* et *V.*, nomine „*Ordo Generum*”, et in *Systemat. ed. III. tom. 2. p. 26—48. et XIII. p. 27—48.*, nomine „*Classium genera*” dedit. In *Gen. pl. ed. VI.* eundem, *sed ad singulas classes distributum*, exhibuit. Nos vero ejusmodi Conspectu non opus esse judicavimus, quem in nostra editione conspectus generum ad singulas classes exhibiti et ipsa typorum administratio summam perspicuitatem efficiens supplere videntur. Sed si quis aliquando edat *Linnaei Classes plantarum*, optime is conspectum omnium mutationum a L. sensim factarum elaborare et loco *Conspectus* illic obvii dare poterit.

3) *Tabulam*, classes singulas (simulque ordines per pistilla) illustrantem, aere incisam, sed profecto maxime rudem, Linnaeus dedit in *Gen. Pl. ed. II.* atque in S. VI. (*de q. rf. infra*). Jure hanc omittendam esse putavimus, ne dedecus esset codici, ubi fida et immutata redderetur.

4) *Classes naturales* a Linnaeo in fine libri *Gen. Pl. ed. VI. (sine pag.)* exhibitae, maximi momenti sunt. Sistunt multo perfectius *Systema naturale*, quam quod antea in libro *Classes plantarum* dedit L. („*Fragmenta methodi naturalis*” pag. 490—514.). Sed ob argumenti affinitatem profecto illic releganda videntur ab editore Operum Linnaei. Cf. *infra, ubi de G. VI. agitur*.

§. 17. CONSPECTUS GENERUM, quos vocamus, Characteres factitios generum exhibentes, (cf. *praef. Generum pl. §. 16. Cod. pag. II.*), singulas classes exordiuntur, — in Syst. X., XII. et XIII., additis addendis mutatisque mutandis plerumque iidem: qui quidem omnes comparati et in Codice recusi sunt.

Obs. 1. Syst. ed. I. II. VI. et *Methodus sexualis (de quibus rf. infra Cap. II)* ad hos conspectus collata sunt ratione habitae: 1. divisionum et subdivisionum in longioribus generum seriebus institutarum, et 2. plantarum anomalarum indicatarum. — Reliquus textus ex S. VI. ad singulas generum diagnoses (*s. charact. specificos*) collatus est.

Obs. 2. Series generum non in omnibus operibus eadem, sed frequentissime mutata est, vel quod haec vel illa affinitas magis placeret, vel quod serius melius cognitus character generis aliam classem vel ordinem exposceret. Hujus rei rationem ubique reddidimus in Codice ad singula genera, et in *Capite sequente* ad singulos libros, quos ibi recensemus, iterum indicavimus. quaeam genera in hoc vel illo primum locos mutatos acceperint.

Obs. 3. *Classium Ordines* maxime ad S. XII. et XIII. exhibemus. Variant illi variis in operibus L., ob addita meliusve cognita genera, quae efficerent, ut modo deleteretur ordo, modo novus accederet. Quas mutationes in Codice indicare volentes, hic recensere volumus: — *Class. II. Diggynia* ♀. in S. I.; — *Cl. II. Trig.* ♀. S. I—II., adest inde a G. II.; — *Cl. VI. Tetrag.* ♀. S. I.; — *Cl. VI. Hexag.* adest pro anomalis, Alism., Damason. et Triglochm. in S. I. II., VI.; — *Cl. VII. Dig.* ♀. ante S. X.; — *Cl. VII. Trig.* ♀. ante Sp. II.; — *Cl. VII. Tetrag.* praecedentis loco adest in S. XII., Mant. II.; — *Cl. VII. Heptag.* add. inde a Sp. II.; — *Cl. VIII. Polyg.* adest pro *Melichia*

1) Neque enim v. c. in mente nobis est, recipere sub Boerhavia laudes immortalis Boerhavii ex H. Cliff., vel originem nominum genericorum Bosniae, Currigiolae etc. ex H. Cliff. et H. Lapp., vel notulas innumeras oeconomicas, medicales etc. ex H. Lapp. et Succina. Quae suo loco optime aliquando invenies in *Operibus Linnaei*.

in Meth. sex. — S. VI. omiss. inde a G. V.; — *Cl. V. Tetrag.* pro anom. add. in S. XII, XIII; — *Cl. VI. Trig.* in S. I. pro Euphorbia anom. adest. *Cl. VII. sex.* restituit. a Sp. I. seq.; — *Cl. XI. Tetrag.* in S. XII, XIII. adest. pro anom.; — *Cl. VI. Pentag.* add. in Sp. I. seq.; — *Cl. XI. Octog.* add. S. X, XII. *Cl. S. XIII.*; — *Cl. XI. Dodecog.* loco sequentis adest in S. I, X, XII, XIII. et Sp. I. II.; — *Cl. XI. Polyg.* loco praecedentis in G. I-V. et S. VI. pro anom. in S. XIII.; — *Cl. XII. Tetrag.* add. Meth. sex. — G. II. pro Philadelpho. omiss. Sp. I. G. V. restit. S. X. pro Terrag. omiss. Sp. II. seq.; — *Cl. XII. Ord. 3. Polypetalu* adest pro Melioncho in G. II. V.; — *Cl. XII. Triand.* addenda est. ex Am. bot. S.; — *Cl. XII. Heptand.* pro anom. S. XII, XIII.; — *Cl. XII. Ennand.* loco sequentis pro Br. virega adest in S. XII.; — *Cl. XII. Cl. Endocand.* add. Sp. II. restit. S. XII.; — *Cl. XII. Dodec.* add. Sp. II. seq.; — *Cl. XIII. Pentand.* add. S. X. nec rebq.; — *Cl. XIII. Octand.* *Cl. S. I.*; — *Cl. XIII. Pentand.* et *icosand.* *Cl. S. I.*; — *Cl. XIII. Dodec.* add. S. XII, XIII.; — *Cl. XIV. Polio. aequalis* *Cl. S. I.* ubi sub Monozomia; — *Cl. XIV. Segregata.* add. primo Sp. II. seq.; — *Cl. XV. Octand.* add. in S. X. pro Pistia. in G. VI. pro Cytano; — *Cl. XV. Dodreand.* add. S. XII.; — *Cl. XVI. Diand.* add. Sp. I. seq.; — *Cl. XVI. Hexand.* *Cl. S. I.*; — *Cl. XVI. Heptand.* add. Sp. I. seq.; — *Cl. XVI. Yundelph.* in S. XII. supra paginas hinc Adelpbia vocato. a. S. I. ad G. II. praecedit ordinem quendam "Polyadelphiae". cui conjuncta a S. I. — *Cl. XVI. Gynand.* add. S. VI. seq.; — *Cl. XVII. Monand.* *Cl. S. I-G. II.*; — *Cl. XVII. Dodec.* *Cl. S. I-V.*; — *Cl. XVII. Icos.* *Cl. S. I.* et Gen. V. nec in reliquis; — *Cl. XVII. Gynand.* *Cl. S. I-G. I.*; — *Cl. XVIII. 3.* in Sp. I. H. S. X. vocatur "Polyena" pro Tricena; — *Cl. XVIII.* in S. I-VI. primus ordo vocatur "Plantae" — Ficus. *Cl. S. I.*; — *Cl. XVIII. 6.* "Utopopelta" adest S. I-G. II.; — "Appendix" tandem a G. I-Sp. II. obvia. in G. II. et V. vocatur "Class. XVI." — In Flor. Zeyl. habetur Class. XXV. Obscurae. XXVI. Dubiae. XXVII. Barbarae. quae quidem ad Systema L. non adnumerandae.

§. 18. GENERA singula classium eo ordine servamus, quo gaudent in S. XII. mutatis hic illis mutandis e S. XIII. — *Observanda sequentia sunt:*

1) NUMEROS GENERUM Linnaeanos retinere non potuimus, quoniam hi in Syst. ubique erant e proximè praecedentibus Gen. pl. editionibus perpetuae citationis gratia servati. Sed quum L. in Syst. ordinem varie perturbaverit. jam eventit. ut series numerorum confusissima existeret. ita ut Conspectuum usus ad genera secundum numeros quaerenda valde impediretur. nec nisi cum summa lectoris molestia genera numeris suis citari possent. Quare novos numeros dedimus. per totum Codicem continuos. et quidem Romanos. Voluimus enim in posterum Codicem non per paginas. sed per numeros citari.

2) NOMINIBUS GENERUM adscripta est editio illa. vel scriptum Linnaeanum. ubi primo ab autore receptum est nomen. Saepè haec nomina ab aliis sumpsit. Id quod sicubi in S. I. catalogum tantum nominum referente. indicavit ipse. tunc auctoris citati nomen abbreviatum simul citamus. (v. c. "T. S. I.") Alioqui non: quia statim sequens textus e Gen. pl. desumptus docere solet. unde ortum sit genus: — *propterea etiam respectu S. ed. II id supervacuum fuisse. praeter 9 nova genera ibi obvia.* — Si Linnaeanum esse nomen signo indicatur in S. I. (cf. §. 28. obs.). tunc nec "L. S. I." scripsimus. — Qui cupiat annum ipsum. quo primum ortum est genus. (qualia v. c. b. Sprengelius in Genr. pl. a se editis adjecit). evolvat citatum opus in Tabula I. ordinem chronol. referente.

3) DIAGNOSES GENERUM sive characteres specifici (referunt characteres essentielles in Praef. G. pl. §. 17. Cod. p. 11., commemoratos) — primo dati sunt in S. VI. species nondum exhibente. — Paulo anteriores dein in S. X. XII. et XIII. — Nilil in his notandum. nisi quod ipse distantibus litteris. discrepantiam vero typis vulgaribus vel cursivis exprimi curavimus.

4) DESCRIPTIOES GENERUM. quae jam sequuntur. typis minoribus (ob spatii penuriam) excusae. sive characteres naturales (quos vocat L. in praef. gen. plant. §. 13. Cod. p. 11.). exhibentur in Genere pl. editionibus originalibus (I. II. V. et VI.) eorumque appendiculis variis. in Corollario generum. Fl. Zeyl. fine. S. X. fine. Mantiss. I. II. in Amoen. acad. diss. (de novis generibus. v. c. Dassouiano. Chenouiana et aliis). postremo in variis aliis libris. ut H. Cliff., Fl. Lapp. etc. Istae undique collatae sunt more supra §. 11. 12. 13. descripto: librique. unde haustae. *parentesibus rectis* [...] inclusi in fine citantur. additis signis. ubi e *planta sicca* vel *viva* sumptae descriptiones. (cf. Cod. p. 11. §. 24.).

5) OBSERVATIONES deinde variae sequuntur Linnaeanae. nostrae. alienae: quae textui non immisceandae erant. licet necessariae. ut completus esset Codex.

§. 19. SPECIES singulorum generum sequuntur eo plerumque ordine. quo inveniuntur in S. XIII. atque S. XII. *De his in universum observae haec:*

1) ORDO ipse specierum. si quando in Mant. II. vel S. XIII. plane convertitur (ut v. c. in *Achyranthe* et *Illecebro*): tum. ne nimium dilaceraretur textus et cumlarentur discrepantiae. satius duximus. antiquum servare ordinem. et notulis sub textu positus exponere innovationem istam.

2) SUBDIVISIONES SPECIERUM. in genere aliquo abundantium. Asteriscis plerumque notatae. quando inde a Sp. I. usque ad S. XIII. eadem sunt. tum non citavimus ea opera. Sin minus. semper juxta adscripsimus illud opus. in quo vel primum. vel unice. ejusmodi subdivisio iustitua est.

3) NUMEROS speciebus omnibus et quidem per totum librum continuos dedimus. id quod in posterum *summo emolumento erit ad citandum Codicem.* Namque Linnaeani numeri. in S. X. ad Sp. I. in S. XII. XIII. ad Sp. II. proprie relati. per tot ordinis mutationes ac tot novas species *inter priores receptas* tam confusi sunt. ut citari nisi cum detrimento nequeant.

4) NOVO GENERI aliquam speciem in prioribus editionibus adscriptam esse. raro tantum in eo. cui excidit. genere notandum esse judicavimus. quoniam Index in fine libri id per se explicabit.

§. 20. NOMINA SPECIERUM talia semper. qualia Linnaeus ipse scripsit. atque ubi variant. melioribus selectis proponimus. Additur a nobis litteris cursivis illud opus. in quo primum datum est nomen triviale (v. c. "Sp. I.")

Obs. 1. Leves variationes nominis non notavimus, uti v. c. in voce, „caespitosus”, ante Sp. II. plurimum sola littera „c” scripto. Sic L. in Sp. II. scripsit „*hederifolia*” etc., contra „*hederae folia*” in Sp. I. et S. XIII. — Quodsi melior aderat lectio, eam elegimus: sin minus, *Linnaeam non mutandam esse iudicavimus.*

Obs. 2. NOMINA TRIVIALIA exorta sunt a Sp. I. (cf. *Aphor.* n. II. *Cap. III.*) Neque ex prioro aliquo opere, *etiamsi verba eadem sint*, derivavimus ea unquam! Perperam fecissimus; etenim arbitraria tunc sunt, nec nomina consulto imposita! Nec quisquam scripserit „*Plantago major Camer.*” „*Rubia tinctorum Bauh.*” Multo vero peior est eorum consuetudo, *qui nomina trivialia Linnaea retro adhibent*, (liceat enim ita dicere, ad opera ante nom. trivialia (1735 — 32.) scripta! Et quemadmodum scriptorum, *Species plantarum Willdenowii*, non inspectis *libris Linnaeanis*, exseribentium, levitas peperit „*Costum arabicum H. Cluff.*” „*Cyperum rotundum Fl. Zeyl.*” etc. — ita, nisi strenue iterumque moniti, scriptores botanici, mox per singularem methodum autorum Suecicorum (Fries, Wahlenb.) sedurentur, ut scribant „*Carex leporina Fl. Lapp.*” „*Ornithogalum minimum Fl. S. I.*” et sic porro, licet ibi nusquam occurrant eiusmodi nomina trivialia, sed ubique specifica tantum, i. e. diagnoses. Unde mirabilem auguramur in re botanica confusionem evasuram!

§. 21. DIAGNOSES SPECIERUM deinde sequentes omnibus in libris accurate demum comparavimus, nusquam (ut semper) fisi citationibus Linnaeanis. Sequuntur illas *citata opera*, in quibus eadem vel parum discrepantes inveniuntur, *cursivis* ubi nos, *rectis litteris* ubi Linn. citavit.

Obs. 1. In citandis diagnosisibus scilicet L. initio quidem accuratus erat, donec eas loco nominum specificorum *valere* contenderet: tantum terminos earum interdum tacite mutavit. Sed inde a *Sp. pl. I.* editis, tum ob *nomina triv.* introducta, tum quod rebus magis quam verbis studeret, valde levis esse in his incepit; saepe totam diagnosin mutavit, adscriptis tamen prioribus citationibus: saepe etiam ipsam illam, *Fl. S. II.* v. c., editionem, in qua primo nova quaedam diagnosi introducta est, ad veterem phrasin citavit, brevitatibus causa, quod ibi jam scriptum inveniret „*Fl. S. I.*” citatum in exemplari quod recudi curavit primae editionis. Quae quidem a nobis ad ipsos libros cautissime et probissime correctae sunt. Addidimus praeterea citationem variorum *Systematis et Specierum Pl.* editionum, accuratiss. collatarum. Et si tam diagnosi, quam numerus speciei conveniret *in omnibus edit.*, *inde a Sp. I. usque ad S. XIII.*, tunc brevitatibus causa scripsimus: „*Sp. I — S. XIII. n. 10.*” — Saepe etiam opus unum alterumve ex iis, quae vulgo citat L., omissum est (*cusu plerumque et fugaci calamo, perraro vero consilio*) suo loco post diagnosin. Ibi vel in textu id *cursivis litteris* usi citavimus, vel tantum in *notulis subditis* recensuimus.

Obs. 2. *Paginas operum ad systema pertinentiam* non citamus, nisi ordo turbatus: in fine libri adjuncturi *clavem paginarum ad omnes has editiones originules.*

Obs. 3. S. XIII. ubi non citatum, plane cum S. XII. convenit. (cf. *Cap. II. n. 18.*)

§. 22. TEXTUS diagnoses sequens, plerumque e Sp. I. et II. depromptus est: interdum etiam ex Mantissis, e S. XII. additamentis binis, vel e textu S. XII. XIII., *si qua nova species illic fusius proposita*, vel ex Am. acad. etc. — In fine hujus textus lineae ultimae dextram partem occupant *parentheses 2 rectae*, opera inde totus ille sumptus est citata includentes, v. c. „[*Sp. I. II.*]”

Obs. 1. Textus hic, *synonyma, locum natalem atque observationes Linnaeanas* includens, interdum etiam in operibus specialibus, v. c. Am. ac., Floris etc. plane convenit, ita ut eae quoque in parenthesis illa recta citari poterint, summa inde brevitate orta.

Obs. 2. Divisimus hunc textum interdum, *neque ratione commemorata commiscuimus*, sed tanquam 2 diversae species essent, *scorsim (alterum post alterum) tradidimus*, (ut in *Panico alopecuroide*, *Sedo rubente*, *Phlomis italica*). Id factum, ubi verebatur, ne 2 diversae plantae intellectae fuerint, vel ubi adeo multiplex ille fuit, ut disjunctione magis perspicuus fieret.

§. 23. SYNONYMA hoc textu solum ea recepimus, quae in operibus ad *Systema naturae* speciatim pertinentibus (§. 5. 1.) leguntur. Si quod syn. additum vel omissum in aliquo ex his, *litteris discrepantibus* notatum est, *addita parenthesi cum libri citatione* (cf. §. 12.).

Obs. 1. Synonyma vocamus in notulis nostris praecipue *aliena* illa, *nec Linnaea* (quippe quae L. ipse quavis occasione repetere solebat). Quodsi ergo scribimus „*Fl. Lapp. syn. cadem*”, manifestum est, sermonem non esse de illis operibus Linnaeanis vel Pseudolinnaeanis, quae textui insunt, post Floram Lapp. promulgatis, sed de synonymis aliorum, veterum sc., botanicorum.

Obs. 2. *Synonyma Rumphiana* Linnaeus post Sp. I. primo addidit in opere S. X., indeque, nisi emendaverit, pura in Sp. II., recepit. Id quod verbo „(S. X. sq.)” expressimus ¹⁾.

Obs. 3. Synonyma *Florae Danicae* (*Oed. dan.*) pauca in S. XII. (in Sp. II. paucissima) addidit Linnaeus. Plura in S. XIII. Murray, ut videtur, adjecit. — *Tabulas Jacquini (amer.)*, in Sp. II. per pag. citati, plurimas L. in S. XII. adjecit.

1) Rumphii opus pretiosum Linnaeus anno 1753. a comite a Tessin inter alia pretiosa dona accepit, ut ipse testatur in *Egenh. Antechu. (ceers. germ. p. 53.)*. Hinc, fere finito opere *Spec. pl. ed. L.*, tantum in ultimis hujus libri paginis tabulas Rumphianas citare potuit. addiditque in calce libri (Tom. II. *Append. pag. 1199.*) sequentia, *quae, quam meliorem locum in tata nostra editione invenire nequimus, hic inserimus*: „Opus eximium beati Rumphii cura ampliss. D. Burmanni orbi botanico redditum, ad me accessit, primum absolutum a typographo opere, cujus itaque synonyma alibi scorsim tradere animus est.” — Huic consilio obtemperavit edita *diss. de herbar. Ambain. Ups. 1754 (Am. acad. tom. 4. n. 56)*, per se jam satis memorabili, et a nobis quoque collata: sed insuper omnes tabulas aptas citavit in *Syst. nat. ed. X.*, quod proximum erat opus majusculum editum.

Obs. 4. Reliqua Synonyma ex operibus minoribus (§. 5. 2, 3.) notis textui subjectis recensemus.

§. 24. LOCI NATALES e dictis operibus hausti (§. 5. 1.) item hunc textum intrant, addito interdum uno aliove ex Am. ac.

Obs. Nequaquam vero speciales illos locos natales *Florarum Succicorum etc.* recepimus, quippe qui operibus illis e methodo nostra (§. 14. 3.) ad simplices catalogos reductis, inserendi forent aliquando edendis Operibus Linnaeanis. Et illic sane etiam loci natales ex *itineribus Linnæanis* speciatim recensendi forent.

§. 25. DESCRIPTIONES ex libris (§. 5. n. 1.) ad systema pertinentibus hunc textum sequuntur, litteris interdum minoribus excusae, spatii gratia.

Obs. Descriptiones Operum minorum (§. 5., 2, 3.) quantum fieri potuit omnes recepimus sub textu illo typisque minoribus excudi curavimus: exceptis tamen, quae nimis longae pro codicis volumine atque ob satis cognitam speciem, supervacaneae forent, ut v. c. *paucae ex Fl. Lapp. et H. Cliff.* Vix putamus singulas ex omissis a lectoribus desideratum iri, atque ut hae quoque a cupidis evolvi et in codicis exemplar transcribi possint, ipsos quoque citavimus verbo „cf.” addito. — Sed descriptiones et observationes ex operibus systematicis (§. 5. 1.) omnes in codice invenies.

§. 26. NOTULAE, typis minoribus excusae, quae jam sequuntur textum commemoratum (§. 22. — 25.), ad reliqua opera conferenda et criticam cujuscunque speciei absolvendam inserviunt.

Obs. 1. Synonyma minorum operum (§. 5. 2, 3.) ubi fere eadem sunt, brevissima methodo reddimus, ubi plane eadem, verbis „syn. eadem” indicamus, *intelligentes quidem synonyma autorum botanicorum veterum* (cf. §. 23. obs. 1.).

Obs. 2. Locos natales ex his minoribus operibus comparamus saepissime in his notulis, si non manifesto supervacaneum (§. 24. obs.) id visum fuerit.

Obs. 3. Descriptiones et Animadversiones ad botanicam *diagnosticam* pertinentes, quantum fieri potest cunctas Linnaeanas recepimus (cf. §. 25. obs. et §. 14.) e libris istis specialibus (§. 5. 2, 3.).

Obs. 4. Tandem etiam ex libris recentioribus *autoritate genuina ad explicandos locos Linnæanos dubios pollentibus* (v. c. Suecicis et Anglicis) locos excerpimus vel sententias autorum breviter addidimus. — Nostram vero opinionem brevissime et aphoristice tantum adjecimus, nequaquam ea freti, et potius ad excitandas V. D. disquisitiones. Forsan alio tempore et loco, praecipue in Ephemeridibus botanicis, dubia quaedam Linnaeana illustrare in animo nobis est.

§. 27. HISTORICE tractari singulam quamque speciem, *ita ut singula opera strenuo ordine chronologico citarentur, et in textu ipso, et in notulis*: primo intuitu optimum nobis videbatur. Lectori certe commodissimum fuisset. Sed spatio quam maxime consulendum erat! Quare plerumque ea opera, *quae simillima*, statim post textum ipsum (§. 22.): reliqua, *quae magis discrepant*, serius recensuimus. Quod ne quis codice usurus inique ferat, Conspectum operum chronologicum (tab. I.) addidimus. Quem si diligenter consulas L. B. (id quod jam vitare non poteris!) summo emolumento cujuscunque speciei historiolum tibi ipse construes.

Obs. Ita evenit v. c., ut saepissime scripserimus „Sp. I. II.” „S. X. XII.” licet inter Sp. I. et II. temporis ratione habita Fl. S. II. et S. X. intersit, et sic porro. Sed his mox adhaescescet L. B!

§. 28. SIGNA et ABBREVIATIONES recepimus ea, quae inter botanicos vulgaria nunc sunt: et nostra explicavimus illa *Tab. II.*, has *tab. I. et II.*

Obs. Ipse L. signis varium in modum utebatur in diversis operibus. Ita in S. I. signum † *Genus novum Linnaeanum* denotat (id quod nos, praeeunte S. II., littera „L.” expressimus ubicunque in S. I. inveneramus). — contra * *incertum ab autoribus receptum* (quod nos verbis). — In Gen. pl. * sign. *plantam vivam*, et † (quod nos in * mutavimus) *siccam examinatum*. — In Fl. Lapp. eadem * et † ad specierum diagnoses adduntur; *ubi quid indicent, incertum est, teste Smith in Fl. Lapp. ed. II. praefat.* Nonne vero rursus *siccam et vivam plantam* denotare putes? Praeterea asterisci * ad subdivisiones classium generumve saepe adhibentur. — Signum † in Sp. I — S. XIII. indicat *plantam dubiam, s. incognitam*, quod nos retinimus: idem † in Conspectibus ad classes singulas (ex Syst. X — XIII.) denotat *anomalas plantas ex aliis classibus*. — Signum * in Spec. pl. adhibitum, teste praefatione significat *descriptionem* in aliquo citato opere dari (quod nos verbo „(desc.)” reddidimus. Hoc signo nonnulli, qui leviter inspexerant *Species Plantarum*, decepti sunt, ut crederent opus praecipuum et prae ceteris fidum eo indicari, id quod nunquam in mentem venit Linnaeo.

Obs. 2. Abbreviationes Linnaei, ut par est, nostris commutavimus. Ita v. c. Generum pl. edit. I. in Musa Cliff. citatur „*Characteres*”, in Fl. Lapp. „*C. G.*” Rursus in S. X. „*Gen. pl.*” significat editionem V tam, in S. XII. editionem VI tam. Nos ergo scripsimus „*G. I.*” „*G. I.*” etc. — Porro in Spec. I. „*Fl. Succ. 55*” denotat „*Fl. Suecicae edit. I. n. 55*”, et in Sp. II. scribitur „*Fl. Succ. 55., 61.*”, quod nos „*Fl. S. I. n. 55., II. n. 61.*”

Obs. 3. Quae nunc vulgaria sunt signa et abbreviationes inter botanicos, nullibi explicavimus, quia hoc supervacaneum fuisset.

§. 29. CITATIONES Linnaei (cf. §. 21. obs. 1. 2.) parumper emendavimus: primum, quod ubique adscripsimus an *pag.*, an *no.* citentur, quod ille vix usquam ad libros proprios; — dein quod, *demonstratas ex ipsis operibus*, correximus ubi falsae; — 3. quod *numeris romanis* utimur ad designandam *Cent. I. II.*, *Mantissam I. II.* et ad *Editiones varias*. (cf. v. §. 28. obs. 2.)

§. 30. VITIS TYPOGRAPHICIS opera Linnaeana refertissima sunt: prae ceteris Hortus Cliff., et Species quoque Plantarum. Tacite correximus quae absque ullo dubio talia erant: caute igitur in hac re versati sumus.

Obs. 1. Jam Smithius in Fl. Lapp. ed. II. ea ratione plura vitia typogr. et Citata operum diversorum correxit: cujus emendationes nos quoque recepimus.

Obs. 2. In libris a nobis adhibitis, ut par est, primo inspeximus „*Emendanda*” in fine libri et exinde textum correximus. Sed praestat, id quoque commemorari.

Obs. 3. Inter haec vitia typhotetae unum singulare est, quod plura genera in S. XII. falsos habeant, numeros, neque conspectui classis, nec Gen. VI. congruentes. Id quod jam Murray in ed. XIII. correxit.

Obs. 4. „Fuere quidam viri docti tam iniqui, ut errores typographicos adeo Linnaeo imputarent idcircoque illum infestarent.” Ita Schreberus in *versione germanica It. Vestrog.* p. 257.

Obs. 5. Nequaquam omnia in textu a nobis correctae esse, non negabimus. Nam quum Linnaeanis omnibus et alienis nonnullis operibus, quae citata erant, evolutis, tam multa ejusmodi vitia invenerimus: in reliquis plura superesse non dubitamus. Quae tempus ususque docebit.

§. 31. TERMINOS *sensim a L. emendatos* omnes indicare quovis loco, superfluum judicavimus. Ipse Linnaeus eos, dum libros priores citat, plerumque simul commutat in *recentiores melioresque* suos. Saepissime tamen, ne nos vituperaret tiro librum Linnaeanum cum codice comparaus, vocem „*t. e.*” (§. 12. 1.) adscripsimus ejusmodi Citato.

Obs. Historiam terminologiae Linnaeanae scripturo, suademus, ut ipsa opera originalia adeat. Sed ut lectores cognoscant eas voces, quas plerumque Linnaeus cum suis recentioribus commutat et quas nos non pro textus discrepantia vera in codice recipiendas habemus, breviter eas addamus: —

Ante Virid. Cliff. L. scripsit pro runcinatus: *pinnato-hastatus* et *pinnato-sinuatus*, — pro caulis herbaceus, fruticosus, arboreus: *caulis annuus, perennis*, — pro avillarum, lateralis: *in alis, ex alis*, — pro bacca, caps. etc.: *fructus*, — pro faux: *collum*, — pro foliosus: *foliolosus*, — pro undulatus: *plicatus*, — pro glaber: *nudus*, — pro aculeo: *spina*, — pro floriferus: *petiolus florens*. — Porro pro integerrimus: *marginis integer, marginis integerrimus*, — pro quadrijugus (5, 6, 7-jug.): *folium 4, 5, 6 etc. parium*, — pro conjugatus: *binatus*, — pro erectus: *rectus*, — pro deciduum fol.: *annuum fol.* — pro obcordatus etc. (S. X. sup., cf. Cod. pag. 6. not. 1.): *verticaliter cordatus* Fl. Lapp., *obverse cordatus* H. Cliff. usque ad Sp. I., — pro sub- (v. c. subovatus): *fere* (usque ad Fl. S. I.), — pro terminalis: *terminatrix* (usque ad Hort. Ups.), — pro superus, inferus (G. V. VI., S. X., cf. Codic. pag. 6. not. 1.): *germini, receptaculo insidens*, vel etiam *supra ree., supra germen, infra germen etc.*

§. 32. INDICES tres in fine Codicis exhibemus:

1) Enumerationem autorum a Linnaeo adhibitorum et ex parte quoque citatorum (cf. §. 16. obs. 1.).

2) Clavem paginarum in editiones textum proprie efficientes, Syst. nat. VI. X. XII. XIII., Sp. I. II., Gen. I. II. V. et VI. Cujus ope vitavimus ne usquequaque in codice paginae citandae essent.

3) Indicem alphabeticum confertissimum et locupletissimum *Generum, Specierum* et *Synonymorum* omnium, quo quidem viam Lectoribus ad Codicem sternere volumus quam maxime expeditam.

CAPUT II.

LIBRI ADHIBITI.

LIBRI ADHIBITI ad Codicem digerendum Linnaeani duplici ratione recenseri possunt: nempe vel secundum *ordinem chronologicum* in periodos tres (*ante nomina tri- vialia, post eadem, et post culmen Linnaei*) dividi possunt, *quod fit in Tabula I. infra exhibenda*: — vel secundum *valorem* suum in edendo codice discernuntur in eos, I. quos totos, II. quos magna ex parte, III. quos cum selectu adhibitos continet Codex. — accedunt IV. aliena quaedam variorum Aulorum opera ad explicandam Linnaei sententiam opportuna.

Obs. TITULOS INTEGROS horum operum reddere hic supersedemus, editari aliquando, favente Deo, bibliographiam Linnaeanam completam, i. e. conspectum et chronologicum et systematicum, titulos integros omnium scripturarum Linnaei summa fide exhibentem, pleniorern, quam qui extant, et accessariis unimadversionibus auctum.

I. T o t i,

atque si dicere licet sine verbi jactura, codice reddentur sequentes libri. (Observandum tamen quod paucissima quaedam sana ratione docente omisimus ex his quoque, ut v. c. quando genus singulum antea ex icone cujusdam scriptoris, citati a L., descriptum erat, ut *Costus*, Cod. p. 16., serius autem ex vivo vel sicco melius, at ita, ut nimium spatium perditum esset, si nos vulgari nostra methodo utriusque descriptionis discrepantiam notassemus vel totam illam rudiorern et saepe plane mancam (ut in *Salicornia* al.) reddidissimus. Sed hoc rarius tantum occurrit. Praeterea errores typogr. tacite praeterimus, ubi dubii non esse possunt. Quae praeterea in Codice omissa sunt ex libris jam enumerandis, videas §. 15. praef. nostrae.)

1. SYSTEMA NATURAE etc. (*Edit. I.*) LUGD. BATAV. APUD TH. HAAR. 1735. FOL. MAX. — Pertinet huc respectu *Vegetabilium* p. 5—8. — Pag. 5. „Clavis systematis sexualis.” *Clavis illa est, quae Cod. p. 7. recusa, sed cum clavi classium (Cod. p. 8.) in unum quasi corpus coalita, ea ratione ut explicationes hujus clavis ad singulas illius classes statim adscriptae sint, id quod fieri potuit ob formam chartae maximam: — Ordines vero hujus clavis (Cod. p. 8. fin.) paullo brevius in calce paginae explicantur.*

Pag. 8. „Animadversiones in regnum vegetabile” vide Cod. p. 1—2.

Pag. 6—7. „Regnum vegetabile” et quidem p. 6. ab Monandria ad Icosandriam, pag. 7. ab Polyandria ad Cryptogamiam. — Utraque in 8 Columnas, quas vocant, divisa: e quibus Col. I. A. Monandriam, B. Dian- driam continet: inter utramque vero Aulorum litteris tantum in textu allegatorum nomina, et signorum explica- tionem, brevissimam quidem. — Col. II. continet B. Triandriam, C. Tetrandriam, — Col. III. D. E. Pentandr., — Col. V. F. Hexandr., — Col. VI. G. Heptandr., H. Octandr., I. Euneandr., — Col. VII. Decandr., — Col. VIII. Cl. 11. 12. (L., M.), — Col. IX. N. Cl. 13., — Col. X. O. Cl. 14., — Col. XI. P. Cl. 15., — Col. XII. Q., R., S., Cl. 16., 17. et 18. — Col. XIII. T. Class. 19., — Col. XIV. U. Cl. 20., — Col. XV. V., X., Cl. 21. 22., — Col. XVI. Y., Z. Cl. 23. et Cl. 24., sub qua *Lithophyta* subsumpta.

Systematis haec prima editio (ceterum rara, idcircoque denuo recusa recentius, cur. A. Fée, Paris, apud Lezrault. 1830. 8.) curiosa quidem est et forsitan ab Operum omnium editore denuo eadem forma excudenda; sed in botanicorum usum nihil nisi simplicem nominum genericorum enumerationem systematicam exhibet. Genera numero 767 enumerantur, e quibus tamen serius omissa sunt 98 et 10 *Lithophyta* removenda sunt: 15 alia in G. I. dein omissa, serius restituit autor ipse: 55 genera serius alia nomina, quibus nunc quoque gaudent, ab autore acceperunt, non computatis praeterea levioribus quibusdam nomenclaturae mutationibus. Ex ipsis serius servatis 659 generibus 102 postea aliam in *systemate locum* (classern utplurimum vel ordinem diversum) obtinerent necesse erat. — Autor generis permultis additus est (exceptae videntur vulgares plantae): quod ubi locum habuit, nos etiam ante verbum „S. I.” illum autorem adscripsimus (cf. *Boerhaviam, Saloiam* al. in Codice). — Genera 66 signo † apposito ut „nova”, *Linnaeana* nempe, exhibentur (sed re vera plura nova sunt): his ante verbum „S. I.” litteram „L.” adscripsimus, ut monitum est supra §. 28. obs. — *Synonyma* aulorum illo tempore praestantiorum plerisque generibus adjecta, quae ubique in codice invenies. — Quidam ordines subdivisi sunt, id quod in codice ad „*Conspectus generum*” ante singulas classes datos, collatum et notatum. — *Ibidem* collatae sunt plantae anomalae, parcius quidem indicatae in hac editione Ima.

[*Obs.* Accurate collatum a nobis est hoc Systema quoad nomina, synonyma, classes, ordines, et modo ad singula genera, modo ad classiam conspectus, quae notanda essent, nolata sunt, ut re vera, qui codice uleretur, hoc quoque rarissima utretur editione.]

2. GENERA PLANTARUM EORUMQUE CHARACTERES NATURALES *etc.* (*Edit. I.*) LUGD. BAT. AP. C. WISHOF. 1737. 8.

Inest: Pag. (a.) Titulus, b. vacat. — Pag. (I—II.) „Dedicatio” ad Boerhaviū, vide Cod. p. 9. notula 2.) — Pag. (III—VIII.) „Ratio operis” (Cod. p. 9—12.) — Pag. (XIII—II.) „Auctores.” *Ilos in fine codicis damus, cf. §. 16. obs. 1. et 32. 1. praef. nostrae.* — Pag. (VI—II.) „Clavis classium” (Cod. p. 7. — cum expl. ordinum brevi). — Pag. XIV. et XVII. *Fae.* — Pag. 1—328. Genera secundum classes et ordines describuntur Numero 815., ubique in codice collata. — Pag. 329. „Lithophyta” (n. 816—23. Isis, Spongia, Millepora, Tubipora, Madrepora, Cellepora, Retepora, Sertularia) sub Cryptogamia recensentur, ut in libris senioribus usque ad G. II. — Pag. 330—52. „Appendix,” *singula singulis classibus genera* (n. 824—83) *adjiciens.* — Pag. 353. „Additamenta” *gen. nova n. 884—5. adjiciunt*: Lagurum et Uiolam. — Pag. 354—5. „Palmae” (n. 886—91.) — Pag. 356—78. „Fragmenta,” *genera incertae sedis n. 892—935. ex autoribus sumpta describunt, praefatione brevi addita* ¹⁾ — *et quidem* p. 357—60. „Tournafortiana” (Salicornia, Theligionum, Aphyllanthes, Globularia, Platanus, Schinus, Sapindus, Trapa, Micropus, Begonia) — p. 361—75. „PLUMERIANA” (Ximena, Spigelia, Chrysophyllum, Fevillea, Thalia, Oldenlandia, Hippocratea, Caesalpina, Marcgravia, Morisona, Rheedeia, Ochna, Achras, Chrysobalanus, Spondias, Brossaea, Hymenaea, Cornutia, Duranta, Columnnea, Plukenetia, Cissampelos, Hippomane, Hernandia, Dalechampia, Bucephalon) — p. 376. „DILLEMIANA” (Holostemum) — p. 376-7. „HOUSTONIANA” (Conocarpus, Randia, Bannisteria, Mitreola) — p. 377—8. „MISCELLANEA” (Hura, Ouragoga, Thuya). — Pag. 379—84. „Monenda seu Observationes circa Genera data pro uberiori explanatione” *corollaria plura et synonyma generibus singulis addit.* (*Haec postea in G. II. ad singula genera distributa sunt.*) — *Sequitur pag.* (385—404.) Index et Emendanda.

Nova genera post S. I. introducta nimis multa sunt (249.) quam quae hic enumerentur; *evolventur facili opera in codice.* Pauca ex iis jam in Musa Cliffortiana et Flora Lapponica proposuit.

Omissa e S. I. sunt sequentia: Polypremum, Sarcocolla, Cuminum, Paronychia, Poinciana, Atragene, Baccharis, Filago, Schoenanthum, Ischaemum, Aegilops, Panax, Hemionitis, Trichomanes, Nostoc (*quae quidem 15 genera serius iisd. alisve sub nominibus restituta sunt*): porro vero: Polysporon, Tithona, Apollinaris, Zizyphus, Myrrhis, Armeria, Ananas, Prasum, Susiana, Cinnamomum, Camphora, Sassafras, Benzoe, Opuntia, Cercus, Michelia S. I. non G. I., Trissago, Polium, Stoechas, Ladanum, Cardiaea, Moldavica, Ruyschia, Fistularia, Nasturtium, Coronopus, Sophia, Irio, Couringia, Rapa, Cakile, Nissolia, Clymenum, Faba, Labrum, Onobrychis, Glycia, Sertula, Coreba, Lasianthus, Pilosella, Zazinha, Abrotanum, Petasites, Jacobaea, Leucanthemum, Amellus, Crupina, Cyanus, Jacea, Dimorphotheca, Stisseria, Hydrophace, Larix, Luffa, Anguria, Pepo, Colocynthis, Melo, Cedrus, Sorghum, Halimus, Merulius (*et 2 Lithoph. Eschara et Corallium*), *quae quidem 66 gen. aliis ut plurimum generibus Linnaeanis subsunt.* (*Fide Indicem.*)

Nomina S. I. praeterca mutata sunt haud pauca, e quibus maxime memorabilia: Ecolium, Catisbea, Caprifolium, Atropaea, Lithocardium, Patagonica, Xeraea, Thysselinum, Levisticum, Foeniculum, Toxicodendrum, Lirium, Castanea (*Aesculus*), Trophaeum, Seriana, Potamopitys, Azederach, Eophorbium, Driadaea, Bulga, Molluca, Camara, Cheri, Ibisus, Corallodendrum, Ternatea, Lens, Ornithopodium, Telis, Medica, Taraxacum, Elychrysum, Ananthocyclus, Centaurium, Sphaerocephalus, Dortmanna, Bermudiana, Thalsia (*Zea*), Sphaerium (*Coix*), Diasperus, Ostrya, Oxydectes, Anguina, Lentiscus, Tamaus, Papaya, Hydna, Conyplea, Acetabulum (*i. e. Sertularia Lithoph.*). Praeterca Genipa male in Thevetiam et Thevenotiam mutatur. — *Haec vetustiora syn. Linnaeana, certissime non restituenda, in Indice nostro commode evolvas.*

Mutato loco (*ex Syst.*) posita sunt: Bignonia, Lippia, Lantana, Vitex, Poterium, Mimosa, Cassine, Herniaria, Tilius, Phillyrea, Viola, Impatiens, Cotyledon, Cordia, Rivina, Cliffortia, Citrus, Ribes, Tetragonia, Hypericum, Verberna, Isatis, Crambe, Bunias, Kleinia, Tanaecetum, Asclepias, Periploca, Stapelia, Acorus, Jatropha, Croton, Sparganium, Typha, Xanthium, Tamaus, Urtica, Morus, Laurus, Carica, Marsilea, Jungermannia, Marchantia, Lichen.

Ad Incertas in append. relegata sunt: Banisteria, Caesalpinia, Fevillea, Phoenix.

3. COROLLARIUM GENERUM PLANTARUM *etc.* ACCEDIT METHODUS SEXUALIS. LUGD. BAT. APUD C. WISHOF. 1737. 8.

Inest: Pag. (a.) Titulus — Pag. (c.) *Dedicatio*: „Viro illustri D. D. Nicolao Rosen, potentiss. regis Sueciae archiatro, in acad. Upsalensi Medicinae professori, collegii R. medici Holmensis assessori, soc. reg. lit. scient. Sueciae etc. etc. socio — Genera haec nova devota mente consecrat — C. Linnaeus.” — Pag. (b. d.) *vacant.* — Pag. (e. f.) *Praefatio.* (*vide Cod. p. 12.*)

1) „Absolutis istis Generibus omnibus, quae vel nostrum oculare subiere examen nostroque cultello anatomico subjecta fuere, vel a Botaniciis tam perfecte descripta aut depicta sunt, ut pauca addenda restent: tandem Corollarii loco nonnulla Fragmenta Generica sistimus, eorum scilicet, quae a magnis quidem Viris instructa (*instituta G. I.*) fuere, tamen adeo imperfecte adumbrata, ut vix certi aliquid de iis determinare liceat.

Tres praesertim ob causas Fragmenta haec addimus: α. Ne Tyro quis haec Genera, a nobis non descripta, nova quasi proclamaret, — β. Ut si eundem Botanico ejusmodi Generis fructificatio sese offerret, mox quid deficeret, observaret, idemque attentiori animo describeret, et cum Publico communicaret, — γ. Ut tandem Genera descripta, inque hunc diem nobis nota, in unico libello haberet curiosus Lector. — Dividimus itaque Fragmenta haecce secundum Auctores, a quibus constituta fuere Genera.”

Pag. 1—20. *Genera* 56 (n. 936—992.) *nova*: Ziziphora, Melothria, Ixia, Hirtella, Schoenus, Penaea (*restit. pro Sarcoc.*), Blaeria, Ludwigia, Cestrum, Chironia, Ruëlla, Illecebrum, Bosea, Sison, Pharnaceum, Bulbocodium, Prinos, Rhexia, Poinciana (*restitut.*), Adenantha, Hydrangea, Penthorum, Gethyllis, Bixa, Liriiodendrum, Satureja, Horninum, Trichostema, Halleria, Bartsia, Sesamum, Erinus, Diodia, Obularia, Vella, Borbonia Placa, Glycyrrhiza, Tarchonanthus, Stoebe, Corymbium, Porophyllum, Baccharis (*restit.*), Tridax, Gerbera, Silphium, Chrysogonum, Melampodium, Sphaeranthus, Dracontium, Acalypha, Zanonina, Aegilops (*restit.*), Cenehrus, Hemionitis (*restit.*), Trichomanes (*restit.*), Lithoxylum (*ad Lithoph.*) — Pag. 21. „Fragm. Miscellan.” (993. Samyda, 994. Arctopus.) — Pag. 22—24. „Observanda circa Gen. Plant.” (*Characteres perfectiores Melianthi, Cliffortiae, Micropodis, Celtis, Bliti, Clutiae.*) — Pag. 24. *fin.* *Breves dat annotat. ad Diervillam, Guajacum, Amaranthumque: meliorem in systemate locum indicat:* Guajaco, Portulacae, Arctoti, Othounae, Heisteriae, Polygalae, Meliantho, Celti, Blito: *et ex Fragmentis supra dictis:* Globulariae, Cornutiae, Bannisteriae, Mitreolae, Aphyllanthi, Micropodi, Chrysophyllo, Fevilleae. — Pag. 25. „Index generum.” — [Obs. *Totus libellus hic Codici inest.*]

4. *METHODUS SEXUALIS etc. (cum praecedente, q. cf.) Nomina tantum generica in classes et ordines disposita continet, raro adscripto autore, nempe Roy., Gron., Dill.: — semel addito syn. (Thevetiae, ad Genipam, quam restituit).* — Hic illic subdivisae classes; nonnullae Anomaliae, asterisco notatae, ad ordinum fines nuncupatae sunt (*utraque contulimus aut singulas classes*). — Nova genera non insunt, nisi *Pitularia* pro Calamistro G. I., *Hydnum* pro Hydna. — Series generum hic illic mutata, maxime in Class. V. Ord. 1., VI. 1., XIII. 1., XIV. 2., XVII. 3., XIX. 1. 2. — Novum, saepe meliorem, in systemate locum (*praeter ea quae in Corollario, v. supra*) habent: Anthoxanthum, Cephalanthus, Phyllis, Swertia, Ruëllia, Persicaria, Vinca, Nerium, Plumeria, Tabernaemontana, Ceropegia, Herniaria, Persea, Malpighia, Breyntia, Frankenia (*Cl. V.*), Tetragonia (*ut in S. I.*), Philadelphus (*Cl. XIII. 4.*), Anona, Muntingia, Bocconia, Capraria, Kleinia, Pisonia, Diospyros, Parthenium, Clutia, Morus (*Cl. XXIII.*), Aruncus, Chamaecrops (*Cl. XXIII. 2.*) — *et c. Fragmentis (praeter ea quae supra), Salicornia, Platanus, Sapindus, Thuja.* — *Ad Incertas (Fragm. Plum.) relegata sunt, antea certos ordines occupantia:* Fuchsia, Crateva, Samyda. —

Conspectus totius hic: Pag. (1.) Titulus. — Pag. (3.) Praefatio (*vid. Cod. p. 12.*). — Pag. 2 et 4 vacant, Pag. 5—23. Genera enumerata. Cryptogoniae addita sunt Lithophyta. *Dein sequuntur „Vaga” cum obs.:* „Continet haec classis fragmenta seu genera non perfecte nota, ut, ad quas admandari debeant classes recensenda genera, nondum innotuerit.” *Sunt haec (ut in G. I., sed o. o.):* „1. Palmae, 2. Tournefortiana, 3. Plummeriana, 4. Dilleniana, 5. Houstoniana”, „6. Nostra” (*Hura, Urugoga, Arctopus*).

[Obs. *Hac ratione exhaustum hunc quoque libellum, vel catalogum potius, L. B., vix unquam desiderabis, Codice usus.*]

5. *Ex libro CLASSES PLANTARUM etc. LUGD. RAT. AP. C. WISHOF. 1738., comparandum erat:* „Caroli Linnaei systema a sexu, Staminibus et Pistillis”, p. 445—483. — *Eandem fere enumerationem nominum genericorum sistit, quam Methodus sexualis, unde mutatis mutandis recusum esse conjicimus. Omissa tamen sunt:* 1. *Plantae anomaliae, 2. Subdivisiones ordinum, 3. „Jagae” omnes.* — 4. *Error:* Caulalis, Thea, Lavatera (*citantur indice*). — 5. *Consulto? quia incertae sedis:* Caesalpinia, Matthiola, Aphaea, Urugoga. — 6. *Syn. Thevetiae (v. praecc.) — Ceroquin raro, et tantum ubi in Meth. sex., adscriptus autor.* — *Nova genera insunt:* Pauax (*restit.*), Lencandendros et Staehelina. — *Locum alium occupant:* Frankenia (*Cl. X.*), Telephium, Asphodelus, Monotropa, Mentzelia (*bis ex errore*), Bixa, Erythrina, Ulex, Gerbera (*Cl. XIX. 1.*). — *Ceterum idem ordo, eademque scribendi ratio (v. c. „Jussievia” et sim.) — Praeedit p. 444. „Clavis methodi sexualis”, vide Cod. p. 7. obs. 1.* — [Obs. *Quicumque aliquando Classes Plantarum edet, hujus loco dabit Systema ultimum Linnaei, notatis omnibus mutationibus, additamentis etc. Certe sic utilis evaderet haec clavis, alioquin obsoleta.*]

6. *SYSTEMA NATURAE etc. EDITIO SECUNDA AUCTA. HOLMIAE APUD G. KIESEWETTER. 1740. 8. (Quoad vegetabilia.)*

Pertinet huc: Pag. 12—32. „Regnum vegetabile secundum systema sexuale” [Pag. 13. „Clavis syst. sexualis” (*vide Cod. p. 7.*); pag. 14—16. „Classium characteres”, *vide Cod. p. 8.*] — *et pag. 71—74:* „Observationes in Regnum vegetabile.” (*Cod. p. 1—2.*)

Pag. 16—32. Generum nomina secundum classes et ordines enumerantur ut in S. I. — Sed Autores omnibus adscripti sunt ex G. I. etc., et longe multis additum „L.” — Selecta autorum synonyma hic illic addita: (*comparavimus, an a G. I. different, et tunc quidem notavimus.*) — Plantae anomaliae Asteriscis notatae indicantur ad Ordines (*caedem ut in Meth. sex., vix una vel altera add. aut e. c.*) et hic illic ordines (*plane ut in Meth. sex.*) subdivisi sunt.

Genera nova insunt: Echinophora (*recto loco*), Loranthus, Gnidia, Lachara, Moehringia, Aspalathus, Psoralia, Limodorum. — *Restituta sunt (contra Class. pl.):* Matthiola, Caulalis, Thea, Lavatera.

Omissa: 1. *errore?* Euphorbia, Buchnera, — 2. *aliis generibus conjuncta:* Petilium, Bulbine, Persea, Acinodendrum, Pereskia, Anacampseros, Pilularia, — 3. *quod incerta?* Cordia, Ceratonia, Morisonia, — 4. *reliqua „Vaga” ex Meth. sex., nisi quae haec primum in systemate ipso recipiuntur* (Oldenlandia, Trapa, Spigelia, Spondias, Marcgravia, Chrysobalanus, Columnea, Theligonum, Dalechampia).

Novum locum in systemate obtinent: Piper, Chionanthus, Brunfelsia, Lathraea, Ovieda, Anthericum, Royena, Coriaria (Cl. V. 4. pro XVII.), Cnicus (Cl. XIX. 3. pro I.), Morus (denuo ad Cl. 23.), Anthospermum. — Mentzelia in Cl. V. omisa, perstat in Cl. XIII., Lathraea primum juxta Squamariam et Phelypacam. — Lapsana pro Lampasana. — *Practerea vero plane convenit cum Class. pl., vix ter qualiter unius alteriusve generis loco mutato.*

[Obs. Libri modo tractati, n. 4—6., quum sola generum nomina continent, eaque si jam in praecedentibus libris 1—3. occurrant, hic quoque necessario adsint, nisi contrarium a nobis notetur; — propterea superfluum fuisset eos libros citare in codice; neque citantur ergo a nobis nisi quid memorandum v. c. de generis loco mutata, de genere novo, omissore, vel syn. addito, vel similibus. Sed collata a nobis sunt bis terque.]

7. GENERA PLANTARUM etc. EDITIO SECUNDA AUCTA ET EMENDATA. LUGD. BAT. AP. C. ET G. J. WISHOFF. 1742. — (Cf. huc, quae supra ad Gen. I. diximus.)

Inest: A tergo tituli Epigramma (vid. Cod. p. 9. init.) — Sequitur pag. (a. b. c.) privilegium a republica belgica datum (ad omisimus). — Pag. (c.). Dedicatio ad comitem Tessin. (cf. Cod. p. 9. obs. 2.). —

Pag. I—XIV. „Ratio operis.” (Cod. p. 9—12.) — Pag. XVII—XIX. „Authores” (dabimus eos in fine Codicis.) — Pag. 20. vacat. — Pag. 21—39. „Ordo Generum.” (Simplex enumeratio, a nobis omisa: cf. supra §. 16. 2. praef. nostrae.) — Pag. 40—42. „Quaerenda.” (Cod. p. 12.) —

Pag. I. sinistr. „Clavis classium” (vide Cod. p. 7.): additur huic tabula aeri incisa, classes singulas rudius depictas exhibens, certissime omittenda! [Tantum si quando Operibus Linnaeanis editis Atlas tabularum originalium adderetur, posset illa cum reliquis in S. II. datis imperfectis adumbrationibus — ibi sc. illa denuo datur — curiositatis gratia simul exhiberi.] Inscripta est „Caroli Linnaei classes s. literae.”

Pag. 1. dextra. usque ad p. 511. classes singulae recensentur (genera 984. continentis): addito quoque Cl. XXIV. ordine 6. Lithophyta (omisa Retepora) exhibente. — Pag. 512. „Cl. XXV. Appendix.” (Est = Fragmenta G. I., q. cf.) — P. 513—5. „1. Palmae.” (n. 985—9.) — P. 515—6. „2. Fragmenta Tournefortii.” (n. 991—2.) — P. 516—23. „3. Fragn. Plumieri.” (n. 993—1012.) — P. 523. „4. Fr. Commelini. (1013. Hura)” — „5. Fr. Houstoni.” (1014. Randia) — P. 524. „6. Fr. Gronovii.” (1015. Melanthium) — P. 524—5. „Fr. varia.” (1016—8. Myristica, Echinophora, Ischaemum.) — P. 526—7. „Addenda” (Pauca de Salicornia et Dyospyra, et Gen. nova 1019—21.) — Sequuntur „Errata” pauca, et Index pag. (XXII.)

Genera nova (maxime Royeniana) insunt: Dianthera, Polycnemum, Eriocaulon, Dactylis, Hamamelis, Itea, Cuminum (restitut.), Barreria, Struthia (pro Gnidia); Lachnaea (pro Lachara), Santalum, Toluifera, Neurada (Cl. X. 1.), Cherleria, Sauvagea, Isopyrum (Cl. XIII. 2.), Cymbaria, Achyronia (pro Aspalatho), Securidaca, Zizania, Liquidambar, Gleditsia, Myristica, Ischaemum (restitut.), Blasia; — et: Gmelina, Siphonanthus, Cinchona in Addendis. — Restituta praeterea Anacampseros, Buchnera et (sub Cl. XVII.) Ceratonia.

Omissa e Gen. I. et sequentibus: Porophyllum, Mniun, et ea quae jam in Class. pl. et S. II. — Inter Fragmenta relegata sunt, antea certas classes occupantes in G. I.: Cordia, Guilandina, Matthiola, Fuchsia; reliqua eadem sunt quae in Fragn. G. I., exceptis quae interea locos in systemate nacta sunt (v. supra n. 3—6).

Novum locum occupant (praeter notatas ad S. II.) Sagina, Ribes, Morus (Cl. XVI.), Viscum, Chamaerops. — Ceteroquin ad amissim servatus ordo ex S. II.

8. SYSTEMA NATURAE etc. EDITIO SEXTA, EMENDATA ET AUCTA. STOCKH. IMP. G. KIESEWETTER. 1748. (Ut n. 1. et 6. solo respectu vegetabilium.)

Pertinet huc: „Vegetabile Regnum.” p. 77—144. — et: „Observationes in Regnum Vegetabile.” p. 215—8. (Iide Cod. p. 2) — Praeterea: Tabula VII., eadem quae in G. II., denuo aeri incisa, cum pagina numeros ejus per classium ordinumque adumbratorum nomina explicante, in fine libri.

Pag. 77. „Classes 24.” (Sola nomina classium latine et suecice) — Pag. 78. „Clavis Systematis Sexualis” (Cod. p. 7.) — Pag. 79—81. „Classium characteres” (Cod. p. 8.) —

Pag. 82—144. Singula classium genera recensentur, numeris iisdem, ut in G. II. — Additi nunc primum generum Characteres specifici, plerumque iidem, qui serius in S. X., XII., vel rudimenta certe eorumdem. (Contulimus hos accurate ubique ad Generum diagnoses) — Species nondum datae sunt. — Autores generum et synonyma non adscribantur. — Singulae classes majores subdivisae sunt litteris a. b. c. etc., additis sectionum notis saepe iisdem, qui in Conspectibus generum in S. X., XII. adhibentur: (illuc ubique a nobis collatae sunt, notata si qua fuit discrepantia.) — Genera anomala post singulos ordines eorumve subdivisiones indicantur: (quae ad eisdem conspectus ubique comparavimus, et si serius a Linnaeo praetermissa, ibi indicavimus.) — [Ita totam hujus libri partem Vegetabilia tractantem integram accipit L. B.]

Genera nova in S. II. obvia sunt: n. 1022—31. (ex Act. Upsaliens. 1741.) Ceanothus, Polypremum (restitutum), Cynometra, Stewartia, Callicarpa, Carpesium, Proserpinaca, Mimulus, Mniun (restitut.), Porella, — n. 1032—72. (ex dissertatione Nova Genera pl., resp. Dassow., An. ac. 1. n. 13.): Eranthemum, Amethysten, Bufonia, Olax, Bobartia, Pavetta, Tomex, Cissus, Exacum, Hedyotis, Camphorosma, Colderia, Munssaenda, Nama, Cressa, Basella, Flagellaria, Mimusops, Allophylus, Jambolifera, Memecylon, Stellera, Bartramia, Samyda, Cambogia, Elaeocarpus, Delina, Microcos, Uvaria, Atragea, Citharexylon, Connarus, Pentapetes, Indigofera, Inula, Pothos, Zostera, Ceratocarpus, Sterculia, Antidesma, Datisca, — novissima genera, nullis numeris donata: Callitriche, Elymus, Knoxia, Scoparia, Ophiorrhiza, Agave, Napaca, Iva, Ophioxylon, Tremella. — Gnidia pro Struthia data est.

Omissa sunt e *G. II.*: Lithophyta omnia (*cliam Spongia*); praetermissae omnes ex Appendice Palmae, (*ere. Chamaerops in Cl. VIII. 2. locata*) et Incertae [e quibus tamen suo loco in *Syst. recepta sunt Cordia Echinophora, Schinus, Guilandina, Ochua, Samyda (Cl. III.) Caesalpina, Hura, Melambium.*] — *Omissa plantae, ut postea: Cervaria (Minnartia Sp. pl.) ex Diss. Dassow., Myristica ex G. II. app. — Praeterea plura genera numeros quidam serenuit, sed juxta affinia litteris minoribus et linea combinante¹⁾, prout delenda, posita sunt, diagnosi vel nulla (Paederota, Aparine, Chomelia, Thevetia, Cotinus, Maurocena, Tians, Opulus, Pavia, Persicaria, Bistorta, Helxine, Phelypaea, Squamaria, Trionum), vel abbreviata (Cepa, Porrum, Cerasus, Paddus, Tormentilla); quae omnia, excepta Tormentilla, omisit deinceps in Sp. I., G. I. etc.*

Ordo hic illic mutatus operis praecedentis, maxime in singula generum dispositione Classis V. 1., XIV. 1., 2., XVII. 3., XIX. 1. et 2. — *Novas, plurimum meliores, in systemate classes ordinisve occupant: Boerhavia, Gmelina, Ruppia, Cordia (Cl. II.), Illecebrum, Arctopus, Alsine (Cl. III. 3.), Ruta, Neurada, Hugonia, Coriaria, Philadelphus, Tetragonia, Mesembryanthemum, Aizoon, Isopyrum, Diodia, Cnicus (rursus Ord. I.), Najas, Andrachne, Acalypha, Croton, Jatropha.*

9. SPECIES PLANTARUM etc. (Edit. I.) HOLMIAE IMP. LAUR. SALVII. 1753. 8. (tomi duo.).

Tom. I. Inest: pag. (a.) Titulus, in cujus aversa pag. (b.) Epigramma ex Caesalp.²⁾ — Pag. (I—III.) Dedicatio, suae (cf. Cod. p. 12. obs. 3.) — Pag. (IV—VIII.) Praefatio, vide Cod. p. 12—14. — Pag. (IX—A.) Auctores (dubius in fine Codicis, cf. supra §. 16. 2.).

Pag. 1—558. Species singulae recensentur generum, quorum sola nomina superscripta sunt, a class. I—XIII. fin. — Pag. 559—60. „Addenda.” (Stelleriae, Passrinae, Lachnacaeque, errore omisissarum, species, Ortega hisp., Stipa membr., Elymus hystrix.).

Tom. II. pag. (a.) Titulus. — Pag. 561—1186. reliquarum classium species recensentur. — Pag. 1187—9. „Palmae.” — Pag. 1190—99. „Appendix.” Genera incertae sedis pauca continet, et (a p. 1194.) novas Species addendas, n. 24; (notula p. 1199. fin. addita, supra a nobis recusa est §. 23. p. V. notula.) — Pag. 1200. „Addenda” (pauca synonyma, loci nat. etc., ubique collati). — Pag. (1201—8.) „Index Generum.” — Pag. (1209—24.) „Index Synonymorum.” — Pag. (1225—30.) Index „Nomina Trivialia.” — Pag. (1230—1.) „Addenda” denovo cad. ut p. 1200., et plura praeterea addenda vel emendata. In fine add. obs.: „Paginas et Paragraphos allegatas cum libris conferre otia non admisere, quas L. B. emendat, usque dum altera prodeat editio.” (Videtur maxime sermo esse de libris auctoris, qui re vera haud raro perperam citati, forsitan ex schedulis, quales tunc in herbario haberec Linnacus? R.).

Genera nova (in G. I. dein descripta) insunt: Cinnna, Ortega, Loefflingia, Cassyta, Stipa, Aristida, Apluda, Minuartia, Queria, Scurrola, Arecia, Triosteum, Galax, Mangifera, Trianthena, Calamus, Velezia, Trillium, Gsbeckia, Baeckea, Rhododendron, Stellaria, Glinus, Dalibarda, Bombax, Microcos, Trollius, Thymbra, Aspalathus (restit. pro Achyroa.), Ebenus, Cacalia, Arnica, Filago (restit.), Seriphium, Guettarda, Andropogon, Blechnum, Pilularia (restit.), Plascum, Targonia, Spongia (ad Agas restit.); ad Palmas: Cycas, Arecia, Elate; ad Incertas: Adansonia. — Plura melius scripta, ut Prunella pro Brunella, Cocos pro Coccus, Clematis pro Clematidis etc.

Ex Incertis locum in systemate obtinent: Begonia, Hernandia, Cissampelos, Durata. Relegantur vero ad Incertas: Rumphia, Trewia, Adansonia.

Omissa genera ex S. VI. (praeter ea. de quibus ibi jam sermo erat): Diervilla, Xylon, Mitreola, Anisum, Dodonaea, Coronaria, Filipendula, Anacamposeros, Hepatica, Pulsatilla, Cnida, Heisteria, Dorycnium, Fragacantha, Dalea, Kleinia, Gerbera, Herminium, Neottia, Alnus, Abies, Aruncus. — Lithophyta omnia manent in posterum quoque.

Novum locum (meliozem plerumque quam S. VI.) in Systemate occupant: Nardus, Holostemum, Tillaea, Eryonymus, Cordia (Cl. I.), Sauvagesia (Cl. I. 1.), Panax, Alsine (Cl. I. 3.), Frankenia, Acer, Diospyros, Chrysosplenium, Michelia, Anagyris, Samyda (Cl. VI.), Styrax, Crateva, Trimumfetta, Pegannum, Portulaca, Reseda, Euphorbia, Heliocarpus, Lemna, Empetrum, Gleditsia, Nyssa, Rhodiola, Ficus (Cl. XVIII.), Byssus (ad Agas). — Praeterea Cl. I. 1., III. 1 et 2., XII. 3. denovo alia Genera serie disposita sunt.

Obs. Nova periodus et Linnacanu et rei botanicae omnino incipit ab hoc opere, primo species omnes plantarum Linnaco cognitae (vel ab autoribus ipsi sufficientibus distinctas) diagnosi, synonymia, locis natalibus et permultas etiam (nisi alibi in operibus auctoris descriptae) brevi descriptione illustrante. praecipue autem nunc primum consulto adjectis in margine nominibus trivialibus scientiam ipsam maxime sublevante, (quae certissime nominum specificorum illorum, diagnosin simul exhibentium, quibus antea utebatur Linnacus et quae tantopere commendaverat, utut rationalium, nimia mole obruta fuisset serius oculus!) Cf. quae de his dicemus infra in aphorismis. — Ratio, qua tractatae species sunt, quavis Codicis pagina demonstratur. — Insunt species numero 5938. (2843 tomo I., 3041 tomo II., 54 appendici); e quibus perpaucae scrias omissae sunt (ut v. c. Ipomoea alba, Atrugene sibirica, Iberis eretica).

1) v. c. Rondeletia }
Chomelia } Cor. infundibulif. Caps. 2locularis.

2) Ignoto genere proprio nulla deser., quamvis accurate tradita, certam demonstrat. sed plerumque fallit. Caesalp. praefat.

10. GENERA PLANTARUM etc. EDITIO QUINTA AB AUCTORE REFORMATA ET AUCTA. HOLMIAE, IMP. LAUR. SALVU. 1754. 8. (Cf. supra ed. Iam.)

Inest: Pag. (a.) Titulus, in cuius aversa parte Epigramma (Cod. p. 9.), *omiss. ultimis verbis.* — Pag. (c.) Dedicatio. (vid. Cod. p. 9., obs. 2.) — Pag. 1—XIV. „Ratio Operis” (Cod. p. 9—12.). — Pag. XV—XXXII. „Ordo generum.” *Omissimus hunc, cf. supra §. 16. obs. 2.*

Pag. 1—493. Singula classium genera, ut in edit. praecedentibus. — Pag. 494—500. „Appendix.” 1. „Palmae,” 2. „Plantae” (*i. e. paucae quae restant Incertae*). — Pag. (501—521.) „Index.” — Pag. (522.) *Species Plantarum addi jubet*: Lygeum Spartum, Cyanellam hyacinth., Cambogiam Guttam, Delinam sarmentosam, cum syn. et loc. natalib.

Totius ordo exactissime convenit cum Spec. I., proxime ante editis, quem librum quasi supplet, generum descriptionibus exhibitis. — *Quae differunt, haec sunt*: — Nova genera: Lygeum, Genipa, Cyanella, Delima, Lithoxylon (*restitutum ad Algas!*) — Omissum (*fortuito*): Ebenus. — Locos in systemate alios habent: Callitriche (*Cl. I.*), Bufonia (*Cl. II.*), Tanacetum (*Cl. III. 2.*): *et ex Incertis certos*: Thalia, Randia, Plukenetia. — Thuja pro Thuya, Helenia rursus pro Helenium dixit. — *Plura non memorabilia.*

11. SYSTEMA NATURAE etc. EDITIO DECIMA, REFORMATA. TOMUS II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVU. 1759. 8. (Incipit hic tomus, vegetabilia tractans, a pag. 825.)

Obs. Singulari modo hic Tomus a Tomo I., Animalia exhibente, differt. Genera quidem eodem modo per breviores characteres essentialia, quales primo in S. I. dati sunt, distinguuntur, adscripto ia hoc tomo numero e Gen. edit. I. — Sed quum Species in Tomo primo plane eadem ratione, atque vegetabilium species in Spec. I., tractatae sint, copiosa synonymia Linnaeana et alicui loci sive natalibus adscriptis, atque hic illic adjecta descriptione: ea in hoc tomo II. omnia desiderantur. Sola nomina cum diagnosi exhibita sunt vulgo per totum librum. Hoc L. fecisse videtur, ne biblioplae noceret, apud quem etiam tum prostraret Spec. ed. I., atque „ut liber compendiosior exaderet” ut ipse ait in Praef. S. X. (Cod. p. 14.). Tantum mutationes et additiones, ad Spec. pl. adijciendas, hic illic adpersit. Ita, licet forma diversissimus, nihilominus reapse hic liber ut nova editio Spec. pl. considerandus est, ad quem ubique necessaria e Spec. pl. a lectore suppleantur. Propterea cuius generi subjecta est pagina citata e Spec. pl. I. — Quae res quum probari visa sit ab Eruditis, quumque S. XII. denno mox post Spec. II. appareret, in hujus quoque Systematis ed. XII. tomo II. (et in S. XIII. cur. Murray) eadem ratio servata est, quantumvis genio hujus libri in Tomo I. et III. Syst. XII. conspiciendo contradiceret. — Multa incommoda, immo etiam nescio quae levitas in determinandis plantis, tempore postlinnaeano (quo praecipue Systematis editionibus uti solebant Botanici) inde exorta videntur: ita ut melius actum fuisset, si L. nusquam Species plantarum seorsim edidisset, sed statim suo loco cum Systemate animalium, eadem ratione elaborato, promulgasset!

! *Continetur hoc tomo*: Pag. (a.) Titulus, pag. (b.) Epigramma e David. (Cod. p. 1. incip.), — pag. (c. d.) „Praefatio” (Cod. p. 14.).

Pag. 825—7. „Regnum vegetabile” (Cod. p. 2—4., *sed brevius quibusdam §§. et rutilius*). — Pag. 828—36. „Delineatio plantae.” (Cod. p. 4—6.) — Pag. 837. „Clavis syst. sexualis.” (Cod. p. 7.) — Pag. 838—40. „Classium characteres.” (Cod. p. 8.) — Pag. 841—1352. Genera et species, ratione supra dicta recensentur; *praecedente singulis classibus conspectu generum, quos cf. in Codice.* — Pag. 1353—6. „Appendix,” „Palmae” et „Plantae” (*scil. incertae sedis, sed longe pauciores, numero 7*), quasi classis ultima recensentur; *praecedit quoque conspectus similis.* — Pag. 1357—84. „Genera Plantarum Nova addenda” describuntur eodem modo, ut in G. I., cuius hic Appendix est, exhibens numeros 1106—74. ad Gen. I. adijciendos, indice quoque (p. 1357—8.) munitus. *Quare hos in Codice ad generum descr. collatos invenies. Genera haec sequentia sunt*: Cunila, Paspalum, Wachendorfia, Comocladia, Polycarpon, Triplaris, Allionia, Petesia, Rhaoma, Fagara, Krameria, Cruzeta, Varronia, Elhretia, Chioceca, Portlandia, Psychotria, Erithalis, Cedrela, Byttneria, Hartogia, Hypoxis, Limeum, Combretum, Amyris, Weinmannia, Coccoloba, Tinus, Trichilia, Bucida, Cunonia, Erythroxylon, Halesia, Nitraria, Winterana, Blakea, Illicium, Sesuvium, Calycanthus, Grias, Lagerströmia, Lecythis, Prockia, Laetia, Seguieria, Curatella, Reaumuria, Hydrastis, Stenodia, Pedalium, Ellisia, Momieria, Piscidia, Ebenus (*restit.*), Pectis, Zinnia, Amellus, Gortera, Azenia, Xylopa, Omphalea, Tripsacum, Olyra, Pharus, Solandra, Ceeropia, Batis, Trophis, Iresine: — *praeterea emendati auctiores characteres generum*: Achras, Samyda, Spondias, Adansonia, Hippomane, Hura, Apluda, Pisonia. —

Genera nova in S. X., praeter haec 69 enumerata, sunt: Hasselquistia, Excoecaria, Adelia, Buxbaumia et incognitum quoddam „Aestuarium,” in consp. generum classis F. (*nec alibi cum chur. specifico exhibitum.*

Ordo generum vix bis vel ter differt a Gen. ed. I. (et Sp. I.), nisi quod sequentes meliorem locum occupent: Apluda, Zanthoxylon, Spondias, Schinus, Samyda, Clusia, Bombax, Mimosa, Securidaca, Gundelia (*Cl. III. 3.*), Fovillea, Pisonia, Cissampelos, — *et ex Incertis verto loco receptae sint*: Fuchsia (*Cl. II.*), Hippocratea (*Cl. III.*), Achras (*Cl. III.*), Hymenaea, Adansonia, Hippomane.

Omissa sunt Breyuia, Bartramia, Craeca et Lithoxylon (*sed Spongia sub Algis manet*). — Aethusa (*pro Ethusa*), Jussiaea, Crataeva, Helenium (*pro Helcna*) scribitur.

Species novae perquam multae insunt, ex parte jam in dissertationibus (ut in Cent. pl. I. II.) et in Fl. Suec. II. interea edita descriptae. Omnes haec non numeris, sed *litteris* A. B. C. etc. insigniuntur, quibus nos adscripsimus ubique cum qui praecedat numerum (2. A. etc.). Nonnullae ad alia genera translatae. Plures serius omissae sunt species in hac Editione propositae! quas exhibebit Codex, partim jam a Recentioribus resuscitatas (ut *Phlomis italica*, *Mesembryanthemum aurcum*). — *De his vero volumus esse nunti, quum a Codice ejusque Indice omnes exhibeantur.* — *Specierum numeri ceteroquin iidem, qui in Sp. I.: series hic istic, nec vero saepe, transmutata.* — *Insunt species 6691 (e quibus 16 in append.).*

12. SPECIES PLANTARUM etc. EDITIO SECUNDA, AUCTA. HOLMIAE, IMPENSIS DIR. LAUR. SALVII. 1762. 8. (Tomi duo).

Tom. I. inest: Pag. (I.) Titulus, pag. II. Epigr. ex Caesalp. (*vid. supra edit. I.*). Titulo opposita *imago Autoris* aeri incisa, cum epigrammate Aurivillii, alio loco a nobis exhibenda. — Pag. (III—V.) Dedicatio (*Cod. p. 12. obs. 3.*) — Pag. (VI—XI.) Praefatio „Lectori aequo.” (*vid. Cod. p. 12. seq.*) — Pag. (XII—XV.) „Auctores” (*exhibentur sine Codicis*). — Pag. I—784. Singulae species ut in Editione prima tractantur a classe I—XIII.

Tom. II. inest: Pag. (a.) Titulus, sine epigr. in aversa pagina. — Pag. 785—1656. Species classis XIV—XXIVtae. — Pag. 1657—60. „Palmae.” — Pag. 1661—82. „Appendix,” *exhibens p. 1661. genera incertae sedis 4 (Brossaea, Bucephalon, Matthiola, Trevia), p. 1661—75. novas quasdam (recentium et restitutorum generum) species num. 64, et p. 1675—80. animalversiones supplendas ad plures alias: tandem pag. 1682. icones citatas addit ex Stillingfleet miscellaneo tract. Lond. 1762. 8. et Jacquinii historia plantarum Americanarum, quas sero accepisse L. videtur.* — Pag. 1683—4. „Errata” (*cuncta emendavit*). — Pag. (1685—1723.) „Index Generum.” — Pag. (1724—60.) „Index Synonymorum,” *locuples et utilis, adhibetur in praeparando Indice Nostro.* — Pag. (1760—72.) *Index „Nomina Trivialia,” specierum scilicet insignia quaedam, exhibens.*

Genera Nova (post S. X.) introducta sunt haec: Paederota (*restit.*), Moraea, Callisia, Aquartia, Onosma, Nolana, Nauclea, Macrocnemum, Hamellia, Menais, Jaquinia, Laugeria, Gardenia, Echites, Hydrolea, Spathelia, Evolvulus, Albuca, Alströmeria, Bursera, Septas, Melicocca, Swietenia, Quassia, Thryallis, Limonia, Quisqualis, Dais, Copaifera, Rhodora, Gidora, Symplocos, Cleonia, Peltaria, Ricotia, Heliophila, Brownaea, Nissolia, Geoffraea, Geropogon, Seriola, Ethulia, Pteronia, Calca, Athanasia, Cineraria, Perdicium, Leyssera, Osuities, Strumpfia, Ferrara, Kleinhofia, Elaterium, Anguria, Centella, Astronium, Zamia, — *et in appendice supra dicto: Myginda, Kuhnia, Ellisia Sp. II. (non S. A.), Schrebera, Hillia, Heisteria, Decumaria, Pterocarpus, Gouania.*

Omissa sunt ex servatis in S. X. generibus: Scurrula, Avicennia, Rencalmia, Dalibarda, Aeginetia, Ellisia S. X., et Spongia.

Alias in systemate classes vel ordines occupant: Bufonia, Hirtella, Hippocratea (*Cl. III.*), Cassyta, Paspalum, Drypis, Suriana, Menispermum, Saururus, Schinus, Bocconia, Chrysobalanus, Bombax, Pentapetes, Monnieria, Elephantopus, Echinops, Stoebe, Gundelia, Sphaeranthus, Hippomane, Solandea, Ceratonia (*AMH. 2.*), Datisca, Dalechampia. — *Practerea hic illic, maxime in Class. I. 1. II. 1., AM. 1., VII. 1., VIII. 1., unum aliudve Genus transpositum est paululum. Ceterum vero idem ordo generum, qui in S. X.*

Species novae et aliis generibus amandatae perquam multae sunt, de quibus videas ipsum Codicem ejusque Indicem.

Obs. Editio haec manifesto recusa est ex primae editionis exemplari, cui adscriptae erant necessariae mutationes et additamenta: cujus rei exempla permulta sunt, ut in Veronice bellidoide, Cod. n. 77. obs., aliisque eulami et typhothetae erroribus in utraque obviis.

13. GENERA PLANTARUM etc. EDITIO SEXTA AB AUTORE REFORMATA ET AUCTA. HOLMIAE. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1764. (Cf. supra edit. Iman.)

Inest: Pag. (a. b.) Titulus cum Epigr. ut in G. V., q. cf. — Pag. (c. d.) Dedicatio (*Cod. p. 9. obs. 2.*) — Pag. I—XV. „Ratio operis.” (*Cod. p. 9—12.*) — Pag. XVI. „Clavis systematis sexualis.” (*Cod. p. 7.*) — Pag. XVII—XX. „Classium characteres.” (*Cod. p. 8.*) — *Obs. Eaedem paginae (VII—XX.) superne inscriptae sunt „Regnum vegetabile”: quod inde manifesto ortum, quod recusae sunt ex exemplari Syst. ed. Xmae, in qua typhotheta hanc paginar. inscriptionem serraverat per totam introductionem.*

Pag. 1—569. Singula classium genera describuntur, ut in reliquis editionibus originalibus I. II. V. Sed singulas classes praecedat conspectus nominum genericorum, quibus additur citatio paginae, quam singulum quodvis genus in Sp. II. occupat. Ita „Ordo Generum,” in G. V. obviis, hic ad singulas classes distributus extat, paginasque occupat: I. 8. 20—I. 44—5., 69—72., 156—7., 182., 185., 199., 202—3., 234., 245., 258—9., 285—6., 330., 347., 361., 390., 396—7., 460., 474—5., 511., 537., 557—8. — Pag. 570—80. „Class. XXV. Appendix.” *Praecedit conspectus similis generum p. 570. „I. Palmae” p. 571—76., „II. Miscellanae” p. 575—6. — „Addenda” pag. 576—80. Genera nova [n. 1232—8. Cytinus, Schweneckia, Roridula, Grielum, Perilla, Avicennia (*restit.*), Ambrosinia] cum suis speciebus exhibent, et Trewiam n. 1239., supra omissum restitunt.* — Pag. (581—603.) „Index.” — Pag. (604—22.) „Ordines naturales” [*ex recentiore se. Linnaci dispositione. Supplementum hoc caput sistit Classium plantarum, ibique locum obtineat*

necesse est in editione *Opera Linnæanorum*: qua de causa et nos hic omisimus. Animadvertendum quod *L.* ubique generibus scrius a se cognitis, in *Mant. I. II.*, ejus ordinis, ad quem releganda essent, numerum (romanum, vel litteram græcam) adscripsit, ita ut ea quoque intercalari queant.] — Pag. (623.) „Emandanda in Speciebus Pl.” Hæc emendavimus in exemplari adhibito *Spec. ed. Hæc.*

Series generum plura eadem, quæ in *Spec. II.*, vix bis vel quater unam alterumve genus cum proximis locum commutat. Tantum *Trianthema* ad *Class. X.*, et *Illicium* (errore typogr. omisso ordine *Cl. XI. 8gyn.?*) ad *Cl. XI. 5.* transposita. — Nullum genus novum præter 7 illa in *Addendis*, sed omnino eadem quæ in *Sp. II.*; descripta primo, quæ ibi nova sunt.

14. MANTISSA PLANTARUM (prima) GENERUM EDITIONIS VI. ET SPECIERUM EDITIONIS II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1767. 8.

Inest: Pag. (1.) *Titulus*. — Pag. (2.) *Index generum*. — Pag. 3—22. *Genera ad G. II. supplenda nova describuntur* [n. 1240—84.: *Dialium*, *Königia*, *Scabrita*, *Cometes*, *Struthiola*, *Messersmidia*, *Nigrina*, *Cyrrilla*, *Lisianthus*, *Electronia*, *Arduina*, *Carissa*, *Paederia*, *Pergularia*, *Steris*, *Mahernia*, *Dracaena*, *Antichorus*, *Chlora*, *Schmidelia*, *Prosopis*, *Chalcas*, *Forskohlea*, *Hudsonia*, *Manulea*, *Vandellia*, *Malachra*, *Saraca*, *Monsonia*, *Melaleuca*, *Hopea*, *Zoegea*, *Gunnera*, *Silago*, *Serpicula*, *Cicca*, *Leea*, *Nephelium*, *Gnetum*, *Stillingia*, *Caturus*, *Canarium*, *Cimicifuga*, *Terminalia*, *Elais*]. — Pag. 22—23. „*Addimenta*.” [*char. emendati ad gen.*: *Saccharum*, *Trianthema*, *Chara* (*Cl. XXI.*), *Hartogia* (*Cl. XVII.*)]

Pag. 24—137. „*Species*,” numero 452, ut in *Sp. II. tractatae*, e quibus 7 jam in *Spec. II.* occurrunt, 7 aliae ex operibus *Linn.* prioribus restitutæ: reliquæ novæ. — Pag. 138—9. „*Appendix*,” *palmas* (*Coc. guineens.* et *Elain guin.*) et *Incertam* (*Brabylam capensem*) continens.

Pag. 139—142. „*Expolitiones generum plantarum editionis VI.*” (*Char. singuli reformati 32 generum: in Cupania, Mesua, Cytino, Grielo tales, qui locum in syst. mutant: — exclusum Orvalæ genus.*)

Pag. (143—4.) „*Index Mantissæ*” *alphabeticus*.

Obs. Apparuit hic liber fere cum sequente, a quo suppletur.

15. SYSTEMA NATURÆ etc. EDITIO DUODECIMA, REFORMATA. TOMUS II. (*Syst. Vegetabilium.*) HOLM. IMP. L. SALV. 1767. 8.

Inest: Pag. (b.) in aversa tituli parte *Epigr. ex Dav. (Cod. p. 1. incip.)* — Pag. 1—11. „*Regnum Vegetabile.*” (*Cod. p. 2—4.*) — Pag. 12—21. „*Delineatio plantæ.*” (*Cod. p. 4—6.*) — Pag. 22. „*Clavis systematis sexualis.*” (*Cod. p. 7.*) — Pag. 23—5. „*Classium characteres.*” (*Cod. p. 8.*) [*Obs.* Omnes hæc paginae, 1—25. *inscriptæ sunt „Regnum Vegetabile,” ut in S. A.*] — Pag. 26—48. „*Classium Genera.*” (*Enumeratio nominum genericorum: ommissa, vid. Pref. nostr. §. 16. 2.*) — Pag. 49—727. *Singulæ classes sequuntur, ut in S. X., quod cf. supra n. 11.* — Pag. 728—731. „*Appendix*,” *solas Palmas exhibens, præcedente Conspectu, ut ad reliquas classes; [plantæ Incertæ huc enumeratæ Matthiola, Brossæa, Trewia verum in syst. locum obtinere, Bucephalon dubie ad Trophis genus ductum est.]* — Claudit hæc paginam versus e *Psalmista*, quo et nos *Codicem* finiemus. — Pag. 732—34. „*Addenda*,” *species novas n. 9 exhibent.* — Pag. 734—5. „*Observanda*” ad 7 species, inter quas *Schoenus capensis*, pro quo genus novum *Restio*, ad *Gen. II. supplendum, describitur.* — Pag. 735—6. „*Omissa*”: *genera 5 fortuito prætermittuntur et Mentha perilloides pro Ocyro frutesc. introducitur.* — Pag. 736. „*Excludenda*” (*Species 6, quæ bis in textu, et Schoen. capens.*). — Pag. (737—751.) „*Index*” *nominum genericorum.* — Pag. (752.) „*Errata*” *pauca, quæ correximus.*

Genera nova insunt: *Codon*, *Loasa*, *Abrus* et *Restio*, præter ea quæ in *Mant. I.* addita; — *omissa sunt*: *Parreria*, *Bucephalon*, *Orvala*, *Rhodora*, *Tetragonotheca*. — *Ordo fere ubique scrutatus ex S. X. et Sp. II., nisi quod Hartogia, Velezia, Styrax, Illicium, Morisonia, Mesua, Brownæa, Mommeria, Chara, novos (meliores) in syst. locos occupant, et hic illic, sed raro, singulum genus cum proximis locum mutavit, max. in Class. VIII. 1., X. I., XVII. 4. et Filicibus.*

Species, præterquam quæ in Mantissa I. et „Addendis” (v. s.), paucae additæ sunt, v. c. Boerhavia angustifolia, Scilla lusitana et hyacinthoides; — omissæ plures (ut Lycopsis echioides, Petesia tomentosa, Primula cortusoides, Campanula limonifolia), non omnes bene, nec omnes restitutæ inter „Omissa.” — Permultæ intrarunt nova genera et multa mutata sunt, quæ cf. in Codice.

Obs. Simili modo, atque *S. X.*, elaboratum est *S. XII.*, sed diff., præter notata, eo, quod quæ illic addita erant, desunt [quia maxima ex parte in *Sp. II.* recepta], et quod longe pluribus speciebus longiusculæ descriptiones aut synonyma, ad *Sp. II. supplenda, adscripta sunt.* — Videtur *Linnaeus*, tunc temporis maxime vixens, unum opus elaborasse hanc editionem, et solum quæ nimis longæ essent generum specierumve novarum descriptiones et emendationes amandasse ad *Mant. I.*, quam huic operi præmisit, reliquas vero hic recepisse. — Ipse in *Diario suo (Egenh. Int. ed. Afz.)* „perfectum” vocat hunc librum, quem re vera *Critica quoque Linnaeanæ ut ultimam optimamque systematis (specierumque) plantarum editionem agnoscat necesse est: ita ut, si quæ, solum huic librum primarium in re Linnaeanâ facere possimus. Sed en! compendium ipse est Spec. ed. Hæc, nec nisi hæc simul adhibita intelligitur; at hæc rursus solis *Sp. I. et S. X.* editionibus explicatur,*

ipsis quidem maxime ex libris primae periodi Linnaeanae subortis! Et ita re vera demonstratur axioma: „non nisi omnium librorum inspectione, i. e. toto qualis fuerit Linnæo adhibito, sanam criticam existere posse.”

16. *Ejusdem* SYST. NATURAE etc. Ed. XII. TOMUS III. HOLM. 1768. — *pertinet huc quoad pag. 229—36., ubi „APPENDIX VEGETABILIIUM TOMI II.,” continens species novas* [Stipa Aristella, Rubia cordif., Convolv. pentapetaloides, Rhamn. siculus, Crassula vertic., Alisma parnassif., Silene porrigens, Arenar. balearica, Anem. canadensis, Sinap. brassicata, Bunias aegypt., Cleome gig., acul., Polygala trichosp., Indigof. disperma, Trifol. ochroleucum, Theobroma augusta, *Calca scop.*, Gnaphal. supinum, Conyza balsamif. (*restit.*), Lichen vernalis, Lycoperdon variolos., Byssus sept., *Nyose. Scopoliæ deser. nov.*, *Cynanch. aphyllum*] et mutationes ad gen. *Spilanthus* et *Aphanes*.

17. MANTISSA PLANTARUM ALTERA GENERUM EDITIONIS VI. ET SPEC. ED. II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVH. 1771. 8.

Inest: Pag. (a.) Titulus, (b.) in aversa parte Epigr. e Seneca (*Cod. p. 14.*) — Pag. (c.) Dedicatio (*Cod. l. c. obs. 2.*) — Pag. (d.) „Praefatio.” (*Cod. p. 14.: — — testamentum quasi Linnæi senis, cujus ultima verba Codicem edituri probe respeximus.*) — Pag. (e. f.) „Index Generum” novorum nempe *Mantissæ*.

Pag. 143—166. (*etenim continuatur Mant. I*) „Genera” nova n. 1237—1336. *describuntur*: Globba, Calceolaria, Rotala, Aegiphila, Samara, Sirium, Acaena, Scaevola, Allamanda, Aquilicia, Heliconia, Linconia, Xylophylla, Tulbaghia, Canarina, Capura, Dodonaea (*restit.*), Ophira, Guarea, Turraea, Dionaea, Triopteris (*reformat. ejus loco hic Hiraea*), Bergia, Befaria, Vatica, Münchhausia, Trilix, Caryocar, Lindernia, Prenna, Hyobanche, Lerchea, Liparia, Glabraria, Bellium, Baltimora, Hippiia, Oedera, Salacia, Gluta, Littorella, Clibadium, Agyneja, Elegia, Hermas, Spinifex, Manisuris, Chrysilhrix, Stilbe, et *char. reformato, ad filices, Cypreas.* — Pag. 167—9 „Characteres reformati” (*generum Eriocaulon, Illicium, Napaea, Brabejum, Dalechampia*).

Pag. 170—314. „Species” novae [n. 393, *inter quas 5 e priscis Linnæi operibus restitutæ; præterea vero 57, quae jam aliis iisdemve nominibus præditæ in Syst. XII. et Mant. I. occurrunt, — emendatæ vel certe mutatae.* — *Inter has maxime memorabiles plantae capenses ex Bergii fl. cap., capenses et indicæ a Königio missæ, Musci ex Huds. fl. angl., et generum Proteæ (cum Leucadendro conjuncti), Indigoferæ, Paulliniæ, nec non ex parte Ericæ species, de integro quasi elaboratæ.*]

Pag. 315—510. „Observationes in Species Plantarum cum Emendationibus et Animadversionibus.” *Lucet ingens numerus obs., syn., descr. breviorum et longiorum, aliarumque rerum addendarum, mutationum in speciebus nominibus et diagnosis facienda etc. Haecquavis Codicis pagina conspiciendæ: omnes enim suo loco receptæ sunt, licet caute; nam saepius justo L. hic pejora melioribus substituit, ut in Caucal. leptophylla, Tordyl. latifolio at: — senio ipse laborans, et jamjam frequentissimis aliorum consiliis nimis facile cedens, qui antea non inconsulto pertinacissimus fuerat! Hinc Friesius Novit. p. 127. et 184.: „Mantissa pl. confusionibus scatet” — „ultimum et minus authenticum opus!”*

Pag. 511—20. „Mantissæ prioris Additamenta” similia, *Mantissæ-L. species spectantia.* — (Pag. 521—52. „Regni animalis appendix” huc non pertinet).

Pag. 553—75. „Appendix.” *Exhibet p. 553—7. genera nova n. 1337—44. (Willichia, Manettia, Porana, Gisekia, Murraca, Bergera, Bassia, Gordonia) et p. 557—75. species 57, (inter quas 12 iam antea propositæ, reliquæ novæ).* — Pag. 576—8. „Index Mantissæ” (*sc. ad pag. 170—314. et p. 557—75.*) — Pag. 579—84. „Index observationum” (*ad p. 315—510.*) — Pag. 585. „Index alter.” (*sc. ad pag. 511—20.*) — Pag. 586—7. „Genera Nova, addenda Generibus Plantarum editionis Vitæ.” (*Index systematicus generum novorum in Gen. VI. Add., Mant. I. et II. propositorum, quæ num. genericis suis citantur.*) — Pag. 588. „Addenda” pauca.

18. SYSTEMA VEGETABILIIUM etc. EDITIO DECIMA TERTIA ACCESSIONIBUS ET EMENDATIONIBUS NOVISSIMIS MANU PERILLUSTRIS AUCTORIS SCRIPTIS ADORNATA A JO. ANDR. MURRAY, etc. GOTTINGÆ ET GOTHÆ TYPIS ET IMP. JO. CHR. DIETERICH. 1774. 8.

Inest. Pag. (a.) Titulus, (b.) ut in S. XII. — Pag. (c.—f.) „Lecturis s. J. A. Murray.” *Ex hæc præfatione excerpta sequentia sunt. Incipit editor laudibus auctoris, apud quæ versatus est vere annis 1772. incunte. Pergit deinde:*

„Quum nihil hospiti suo — L. desiderare relinqueret: tum et eum *Systematis Nat.* Tomum conspiciendum dedit, qui stérpes complectitur. Hunc ego videns multis egregiis observationibus auctum, nec paucioribus emendationibus expositum, precibus sollicitavi perill. virum, ut, quum diuiderinae ejusdem editionis exempla a bibliopola distracta jam essent, de nova, hisce suppetiis instructa, typis mandanda cogitaret. Verum tenuit perill. Eques, reagens, se in posterum non nisi supplementa ultimæ editioni additurum. Tandem mihi ulterius eum de commodis, quæ inde rei herbariæ accessura essent, admonenti, et tyronum artis, quorum multi pretio totius Systematis naturæ detererentur, studium libro facilius parabili, accessum mirificeque levatum iri, — urgenti, librum exactius limatum se mihi traditurum promisit, ut, quemcumque in usum vertere eum vellem, facultas mihi suppeteret. Promissis stetit perill. vir. — Ego vero nolui privatam hæc esse bonum, — etenim in hæc nova editione omnes novæ stérpes, sive genera sive species constituent, suis locis insertæ contineantur, quæ post — *Gen. VI. et Spec. II.* — a perill. viri detectæ sunt, et antea in *Appendice Spec. II., in Mantissis, in Suppl. tertiæ Systematis naturæ partis, sparsim exhibitæ. Hæc variis*

recentius detectis nec ante rite cognitis speciebus auctae sunt. Accesserunt multae novae observationes ad species quam plurimas, earundemque vel generum characteres crebro emendati. Varia et genera et species in aptiora loca translata. Multa insuper synonyma curatius hic definita existunt.

Quum operae typographicae et propria libri amplitudine et variis impedimentis retardarentur, crebras accessiones et mutationes cl. vir mihi misit, quas fide suis locis inserui. Id porro meum esse arbitratum sum, ut, quantum fieri posset, nitidus et emaculatus in medium prodiret. Denum curavi, ut, quum in prioribus editionibus nomina s. d. trivialia, nescio qua de causa, a bibliopola antea saepe abbreviata vel mutilata sisterentur, unde titonibus difficultas crebro enata fuit verum nomen intelligendi, jam integra describerentur. Scr. Gottingae in horto botanico, feriis paschalibus a. 1774."

Observamus ad haec: licet videatur, ex verbis Murrayi, ne verbum quidem huic editioni inesse, quod Linnaeanum non sit: multo minore tamen haec editio valore critico gaudet. Multa in ea confusa sunt, quae antea bene distincta erant (ut cfr. ad Asperulam laevigatam, Lysimachiam ciliatam, Campanulam dichotomam, Teucri. orientale et campanul.); multa desiderantur, quae necessario recipienda erant ex Mant. etc. (ut Veronica biloba, Erigeron obliquum, Scrofularia chinensis, Erinus capensis, Trifol. messanenense, Bergera, Fagonia indica, Cactus nobilis); alia delenda non delcta (ut Campanula canariensis, Solanum fuscatum, Willichiae genus, quae bis occurrunt); Mantissa II. persaepe non citata, ubi necessario citanda erat, et in aliis rebus multa arbitrarie et plane absque illa Linnaeana strenuitate mutata sunt. Quae quum ita sint et quum ubique omnia, adeoque haud raro typhothetae sphalmata ex ed. VII. in hac III. recusa sint, nisi re vera discrepat vel ceteroqui momenti est, S. VIII. a nobis non citatur in codice. Neque etiam citatur ad plantas Mantissae II. dae, nisi quid ad Mantissae diagnoses additum vel mutatum hic existat: lectoremque rogamus, ut ubique quidem accuratissime collatum esse a nobis, persuasum habeat, sed, ubi non citatur, plane S. III. cum S. III. vel cum Mant. II. congruere existimet. — Paginas ejus exhibebit Clavis in fine Codicis.

Pag. 1—20. Regnum veget. Pag. 21. „Clavis syst. sex.” — Pag. 22—24. Classium characteres — omnia ut in S. III. — Pag. 25—47. Classium genera, ut in S. III., add. add., sed negligenter. — Pag. 48—825. singulae classes, — pag. 826—8. Appendix (Palmae), Corrigenda et Epirg. ut in S. XII. — Pag. 829—44. Index generum.

Genera nova insunt omnia ex Mant. II. (excl. Bergera et Maettia) et praeterea Disandra, Durio, Euclea, Fusanus, Fothergilla. — Exclusa sunt, monente Mant. II. da: Leucadendron, Tomex, Microcos, Hartogia. — Alios locos occupant Anacardium, Trianthema, Symplocos, Münchhausia, Cimicifuga, et praecunte Mant. II. da: Fuchsia, Santalum, Brabejum: Illicium, Plinia, Napaea, Begonia, Cycas; — praeterea in Corrigendis Brunfelsia ad Cl. XIV. 2., Quassia ad Cl. XXII. 10. ducitur.

Species novae ex Mant. II. receptae (nec omnes tamen, v. s.) et aovissimae additae multae extant, et variae mutationes etc., de quibus vide Codicem et quae supra diximus.

II. Magna ex parte,

id est quoad diagnoses, synonyma et descriptiones specierum quantum fieri potuit totos, Codex noster continet libros sequentes. (Obs. Excerptimus hos libros ea ratione, ut nusquam botanicos definiendae plantae Linnaeanae gratia eosdem libros de recenti adire oporteret, ut itaque incessent diagnoses semper, synonyma omnia — nisi nimis multa obsoletaque in plantis cognitis et per syn. non extricandis — descriptiones cunctae exceptis perpaucis pro codice nimis longis, atque ubi deceret loci natales aliaque adderentur. Hac ratione libri mox recensendi ad simplices catalogos reducere tentabimus, quales re vera certissime scripsisset Linnaeus, nisi eos edidisset ante sua opera systematica, quibus editis ille catalogos tales promulgare solebat, ut Floram Anglicam, Belgicam, Rybucensem, Novitias Florae Suecicae etc. — Jam vero libri mox recensendi praeparationes Linnaei ad magnum Specierum Pl. opus continent, exhibent quasi singulos lapides caecos materiamque dolutam magni illius aedificii serius extruendi. Quocirca etiam species plures ex his libris immutatae, plurimae ex parte tales, quales ibi tractatae erunt, receptae sunt in Species Plantarum: quibus explicandis supplendisque ubique necessario adhibendi illi sunt, neque quoad partem diagnostico-descriptivum in editione Operum Linnaeanorum alium locum obtinere possunt, quam in Systemate Vegetabilium, cui quo lubet modo inserendi et impingendi sunt.)

19. a) FLORA LAPPONICA (etc. Ed. I) AMSTEL. 1757. — Praeter ea, quae ad dignoscendas plantas pertinent, huic libro insunt permultae observationes in itinere Lapponico ab autore factae, de moribus Lapponum, vel oeconomiam, agriculturam, pharmaceuticam etc. spectantes, aut ipsae botanicae, sed nequaquam huc pertinentes. Quare fere nil nisi diagnoses et synonyma, et hic illic descriptio cujusdam plantae inde in Codice recepta est. Ipsa syn. saepe in vulgatissimis plantis nimis cumolata sunt obsoletissima, ut recipi non possent in codice. — Quod criticam attinet, probe teneas, hoc opus in Belgia scriptum esse, Royeni et Gronovii auxilio! quare v. c. expositiones pl., et synonyma praecipue, non ubique quadrent, necesse est. — Quod utem haec illave planta in ipsissima Lapponia non obvia, sed in Suecia vulgaris (ut Spargan. erectum, Carex caespitosa et acuta) simul enumeratur: puto, certissime de finibus Florae auxium non fuisse L., sed hanc illamve in itinere lectam descripsisse, ut innotescerent, et ut species affines melius distinguerentur; fortassis etiam quod conjiceret serius eas in ipsa Lapponia inventum iri.

b) **FLORA LAPPONICA etc. EDITIO ALTERA, AUCTA ET EMENDATA** STUDIO ET CURA J. EDW. SMITH. LOND. 1792. textum eundem refert, nisi quod ter quaterve mala Linnaei synonyma melioribus mutata sunt; addita nom. trivialia ex Sp. pl.; opus Rudbeckii a Smithio orbi redditum ex hac nova et e veteri editione citatur; plantae post Linnaeum in Lapponia lectae suis locis intercalantur; multis speciebus notula Editoris critica adjectur. Sed hic illic etiam additamenta Linnaei manu in exemplari florae Lapp. scripta inveniuntur. Quamobrem nos adhibuimus exemplar hujus editionis, antea cum editione I. accurate collatum, ut utramque editionem collatum in codice inveniret lector.

20. **HORTUS CLIFFORTIANUS etc. AMSTEL. 1737. FOL.** — Catalogum hortorum herbariorumque Cliffortii scribere cupiens L., coaetans erat, plantas singulas diagnosi, synonymis quantum potuit plurimis, locis nat. et saepe descriptionibus illustrare. Quare hic liber magnam partem praeparavit Opera Linnaei systematica; plures §§. exinde integrae in Spec. pl. receptae sunt, et nisi more aetatis illius abundasset synonymis supervacaneis, in longe pluribus id locum haberet. — Nos fere totum illum librum recipere in codice potuissemus, nisi 1. *synonyma nimis obsoleta in ipsis vulgaribus plantis*, 2. *descriptions perpaucae nimio volumine praeditae*, 3. *excursus nonnulli critico-vel historico-botanici, et similia nimium extenuata* in illo libro fuissent, quae Codici minus apta essent, sed in Editione Operum Linn. viderentur melius, ubi nunc sunt, retinenda esse. — Ceterum, quod criticam attinet: „*In Horto Cliffortiano, cujus judicium permulta mox ipse mutare cogebatur, vir minus in contrahendo, quam antecessorum nonnulli in distinguendo, peccavit Linnaeus.*” (Fries Nov. p. VII) Permultae species ut var. exhibitae sunt: et quidem littera α , non littera β , ut serius, indicante varietatem.

21. **VRIDARIUM CLIFFORTIANUM etc. AMST. 1737.** sistit *Compendium horti Cliffortiani, s. Catalogum*, qui ex praecedente opere solas diagnoses, i. e. nomina specifica (qualia tunc introducere cupiebat L. loco nom. trivialium, ad quae serius rediit) exhibet, addita pag. et num. Horti. Est ergo id, quod nunc hortorum catalogi. Valor criticus exiguus, nam saepissime eadem diagnosi repetita, nec quidquam additum. *Tunc a nobis et Linnaeo non citatur.* Saepe vero termini emendati et leviora quaedam jam in fine Horti Cl. indicata correctae sunt. Rarius, sed hic illic tamen, plantae novae, vel novis sub generibus receptae, vel nova diagnosi illustratae proponuntur: *ae tum quidem re vera plaris existimandum hoc Virid., nec tantummodo Excerptum sistit praecedentis operis. Ibi ergo et a nobis, praecedente Linnaeo, citatur.*

22. **FLORA SUECICA etc. (Ed. I.) HOLM. (et Jugdb.) 1745. — Ed. II. HOLM. 1755. 8.** — Haec post Sp. I. edita, illa vero sine nom. trivialibus. Utraque jam minus abundat synonymis, ita ut ea vix non cuncta recipere potuerimus; Ed. II. ex Ed. I. recusa, ceteroqui maxime congruit, nisi quod fere ubique omittat synonyma Halleriana (nescio quam ob discordiam) et syn. vetusta quaedam, max. e Cels. ups. — Descriptionum hic illic adjectae, plures in Ed. II. additae, paucae ibi omissae ex Ed. I., omnes recipiuntur Codice. — Reliqua locos natales ut plurimum et oeconomiam Suecicam spectare solent, neque huc pertinent.

23. **FLORA ZEYLANICA etc. HOLMIAE 1747. 8.** — Insunt plantae a P. Hermanno circa annum 1671. in Zeylona lectae, casu post 70 annos ad Güntherum quendam pharmacopolam Hafniensem et ab eo ad L. traditae. Has L. determinavit diagnosis, synonymis, et permultas breviter descripsit. Maxime hae explicantur Hermanni eiusd. Museo Zeylanico, Burmanni Thesauri Zeylanico aliisque. — Maxima hujus libri pars Codice continetur, nisi ubi nimia synonyma vel *ἀλλοτροία* quaedam. Multae tamen plantae *ab ipso L. commemoratae ut Obscurae, Dubiae, Barbarisque solum nominibus suis cognitae (quae occurrunt a pag. 188—240.), nec serius ab eo definitae*, Codici inseri non poterant. — Loci natales, ut consentaneum, in hoc libro non dati a L.

24. **HORTUS UPSALIENSIS etc. STOCKH. 1748. 8.** — Continet plantas in horto academico Upsaliensi, maxime anno 1747, cultas, fere eadem ratione ut in Spec. pl. tractatas diagnosi, synonymis paucis selectioribus, locoque natali et descriptionibus. Desunt solum nomina trivialia, sed additur plantis singulis observatio, culturam in hortis, Frigidariis Caldariisve, durationem etc. illustrans. *Quare permultae paragraphi plane integroe receptae sunt serius in Sp. I., ut nos quoque fere cunctas codice recipere potuissemus.* Certissimumque est, si tunc jam Spec. Pl. editae fuissent, hunc nonnisi catalogum, notulis ad horti culturam spectantibus auctum, nec librum, scriptum fuisse a Linnaeo. Qualis etiam post curam nostram ille fiet.

25. **MATERIA MEDICA etc. LIBER I. DE PLANTIS HOLM. 1749. 8.** — Similis hujus libri ratio. Praeter ea, quae ad *pharmacologiam* pertinent, plantae diagnosi, synonymis singulis, vix unquam multis, et locis natalibus illustratae exhibentur, ut in Spec. I. Quae si demas et ad Codicem referas (plerumque eadem sunt, quae in Sp. I.): supersunt ea, quae medicorum interesse possunt, *caque duabus illis dissertationibus additis, quibus L. illustravit Mat. medicam e regno animali et lapideo, efficiunt breve compendium Materiae medicae, quae certissime scripsisset L., dummodo post annum 1754. eiusmodi librum edidisset.*

26. **EX COLLECTIONE, AMOENITATES ACADEMICAE etc.** a Linnaeo vocata, plures dissertationes huc pertinent, quae manifesto sistunt appendices vel *Mantissas* ad Genera plantarum (ut Diss. Gen. nova resp. Dassow, Gen. nova resp. Chenon) aut ad Species plantarum et Systema (ut Centuria plantarum I. et II., Plantae Camtschatenses et Pl. Africanae rariores, Pugillus Jamaicensium plantarum, Pl. Surinamenses) aut ad

singula in his Genera (ut diss. de Erica, de Hyperico etc. magna ex parte.) Quae adeo magna ex parte in libris systematicis Linnæi (*Codici textum efficientibus*) receptae sunt, neque, quominus reliquam partem inseramus, aliquid obstat. Adeo ut hae maxime dissertationes, praeter praefationes earum, commutentur a nobis in exilis momenti catalogos.

Obs. Neutiquam inest Codici nostro Supplementum plantarum a Linnæo filio anno 1781. editum, quod plane diversa in historia botanices litteraria periodo adnumerandum est, quavis schedulas Linnæi patris ei edendo adhibitas esse, immo haud paucas §§. sese ut geminas Linnæanas prodere, inficias ire nequeas. Dummodo ea Filius qua pur erat pietate indicasset!

III. Adhibiti,

id est ubique comparati, ac si quid ad illustranda Codici vegetabilia iis inesset citati, vel excerpti si quaedam in iis prioribus libris plane convenienter aut descriptiones darentur melius et commodius hoc loco in editione operum Linnæanorum collocandae: — reliqui omnes sunt libri Linnæani ad botanicam facientes.

Sunt in his qui maxime ad Genera Speciesque Linnæanas explicandas valent, sed minus adhiberi solent, quum rariores sint, vel sermone vernaculo conscripti, vel hucusque nondum ab autoribus botanicis collati, ut Iter Lapponicum, Epistolae etc. — *Fragmenta quaedam ex his libris, huc pertinentia revera eiusmodi sunt, quae melius in Codice, quam alibi locum obtineant, ut v. c. descriptio Halleriae in epist. ad Hull., Hermatis in epist. ad Burm. (utraque vix a Gen. pl. textu discrepans) et similia, vel singulae illae plantarum Suecicarum breves monographiae, quae in itineribus Linnæi Suecicis sparsim intercurrunt.*

Maxime hoc respectu conferendi erant libri sequentes:

1. ITINERA LINNAEI. — Iter Oelandicum et Gotlandicum. Holm. 1745. — Iter Vestrogothicum. Holmiae 1747. — Iter Scanicum. Holmiae 1751. Diaria sunt Linnæi, in usum popularium edita cum observationibus oeconomicis, ethnographicis, historiam Sueciae naturalem spectantibus etc.: — omnia quidem sermone Suecico conscripta. In his hic illic, ubi rarius quoddam objectum naturale, v. c. planta auctori memorabilis, inventa erat, ejus diagnosis, synonyma ac descriptio Latino plerumque adduntur, licet etiam vernaculo plures plantae descriptae sint, (sed haec plerumque fugaci calamo et brevius tantummodo). — Sparsas has descriptiones saepissime in Floris Suecicis et Speciebus Plantarum scribendis adhibuit autor, alias totas vel excerptas reddidit, alias citavit, ut lectores consulerent, alias praetermisit. Nonnullae ex his minus necessariae sunt, quia non primariae, vel quia loci ipsi a recentioribus de novo investigati sunt: aliae contra classicae, quod plantam principalem illustrant. Itaque non potuimus, quin selectum quendam in his codice nostro aut recipiendis aut tantum commemorandis adhiberemus. Quae a nobis in Latino et Suecico sermone versae sunt, his linguae quatuor indulgeant. — Extant itinerum supra dictorum versiones Germanicae, e quibus Schreberianae optimae fidaeque et paginis editionis Suecicae auctae, ut summa facilitate adhibeantur: minus id in reliquis locum habet. Extra Germaniam vero et Sueciam vix frequenter consuluntur. — Loci natales ex itineribus non ad codicem, verum ad Floram Suecicam a Linnæi editore comparandi erunt, id quod tum ipse saepissime fecit L., tum Wallenbergius in sua Flora Suecica diligenter perfecit. Ibi quoque saepius dubia botanicorum Suecicorum audienda erunt; nam haud raro planta Systematis minus dubia est, quam locus in Itineribus Florae Suecica indicatus! — Similis plane ratio atque horum itinerum, est Itineris Laponici (*Lachesis Lapponica* ed. Smith. Lond. 1811.), diarii Linnæani, quod partim vernaculo, partim Latino sermone conscriptum tandem aliquando a Smithio, sed pro dolor! anglico tantum sermone promulgatum est. Insunt cujuscumque generis observationum a peregrinatore factae, e quibus botanicae quoque haud raras et a nobis comparatae; sed re vera pleraeque propterea minus memorabiles, quod jam in Flora Lapponica et serioribus etiam operibus a L. luculenter adhibitae sint.

ITINERA DISCIPULORUM a Linnæo edita, nempe *Lucflingii iter Hispanicum et Hasselquistii iter Palaestinum*, inter opera Linnæi recensenda non sunt, exceptis animadvertimus hic illic parcius ab editore adjectis. Neque enim nunquam ea ratione, qua propria diaria, adhibuit ea in scribendis libris systematicis; verum modo citavit et hic recipienda ex iis recepit, modo vero plane praetermisit Genera Speciesque aut Observationes Discipulorum, quasi plane non existerent. Hinc v. c. plures plantae *Larflingianae* hodieque incognitae sunt, et miro modo a Recentioribus neglectae, vel multo serius (v. c. a Beotero) restitutae. — Nos utrumque iter accurate cantabimus, citavimus ubi citanda viderentur, atque sicubi a Linnæo quasi loci primarii laudarentur, tunc haud raro etiam excerptimus, sed magis ut lectari placeremus, quam quod ea jure codici inserenda existimaverimus.

2. EPISTOLAE LINNAEI permultae extant, quarum minor tantummodo pars adhuc promulgata est. Maxime in his memorabiles quas edidit Hallerus 1773. (*a Störero recensae et a Smithio anglicae*), et quas van Hall (*epist. ined. ad Burmann. etc. Groning. 1830.*), et quas Vandelli 1788. (*recus. in Römer script. hisp. 1796.*): praeterea vero quas Smith, Lüders, Afzelius, Agaridh alique publici juris fecerunt. — Pretiosissimae omnes sunt, maxime quando rem nascentem illustrant. (*uti ea quae de Bracæna cum Vandellio egit L.*), vel quum demonstrant, quomodo alii ipsum confusum redderent (*ut in Ononide capensi*) vel corrigerent (*ut in Wachendorfia villosa*). Sed caute adhibendae sunt! *Talis enim censendus est Linnæus, qualem sese censurae obtulit in operibus Europae traditis, nec vero qualem se privatim prodidit familiaribus colloquiis, epistolis diariisque raptim conscriptis, herbariove fallaci et mutabili.*

3. PRAELECTIONES IN ORDINES NATURALES PLANTARUM, a Linnæo anno 1764. coram Fabricio aliisque discipulis habitae, et anno 1771. coram Gisekio repetitae, ab hoc viro ex utroque manuscripto editae sunt Ham-

burgi anno 1792. Permultas easque pretiosas observationes, maxime de generibus plantarum, nec vero non etiam de speciebus quibusdam continent. Tamen a nobis non frequenter excerptendae esse videbantur: partim quod ea, quae continent, non nisi ad sermonem vivum auctoris fugaci calamo a discipulis conscripta sunt, nec ab ipso Linnaeo promulgata, id quod re vera criticam earum indolem diminuit: partim vero quod opus peculiare sistunt, extra cujus nexum plurima ex iis non huc trahenda, immo leviora apparere possunt, partim etiam quia hoc opus recentius et intra botanicorum manus etiamnum est. Praeterea etiam negari nequit, haud pauca ab editore (*promulgante librum post 20 annos*) emendata. addita, mutataque videri, ita ut non vereamur, his praelectionibus valorem criticum fere epistolis Linnaeanis aequalem — tantummodo concedere. Plerumque *citavimus* illud lectori; *monemus* tamen: „*etiam in generibus, ubi non citatur, plerumque brevissimum aliquem char. specificum cujusque generis extare in his praelectionibus.*” Omnino dignissimus liber, qui consulatur ab eo, qui sententiam Linnaei de aliquo genere vel specie, quasi familiari colloquio exhibitam, cognoscere velit!

4. DISSERTATIONES LINNAEI, *in Amoenitatibus academicis collectae ab Ipso et Schrebero*, magna ex parte a nobis conferendae erant, quum plus quam 70 ex iis magis minusve ad explicandas plantas Linnaei valere possint. Quae maxime huc pertinent et fere absorbentur Codice, supra commemoratae sunt *sub II. 26.* — Reliquae, quibus majus momentum, in *Tab. I.* nuncupatae sunt; ceterae in textu Codicis. Ubique vero *Amoenitatum* librum citamus, qui omnium in manus est, quum *diss. originules* rarissimae sint. Tantummodo sicubi nomen plantae ex eiusmodi dissertatione ortum, tunc hanc ad nomen citamus, deinceps vero nuncupamus locum *Amoenitatibus* (cf. *v. c. Ironicam montanam fl. angl.*).

5. ACTA SOCIETATUM ERUDITARUM, Holmensis nempe, Upsaliensis et Petropolitanae, varias Linnaei elaborationes de plantis, novitates promulgatas et additamenta ad opera systematica continent, quae ex parte conferenda cum Codicis textu, ex parte citanda tantum, ex parte vero reservanda erant, usque dum Operum Linnaeanorum Editione colligi queant. Namque in his quoque plura sunt hodie quasi abscondita neque valde cum orbe terrarum communicata (ut *v. c. in Actis Holmensis tantum Succico et cura Kästneri Germanico sermone extantibus: paucis exceptis, quae latine reddiderit Aulecta transalpina atque Gilibertus in Fundam. bot.*).

6. *EX OPUSCULIS LINNAEI* vix nisi Musa Cliffortiana (cui dissertationum praeter Musae monographiam plura *v. c. de Scitaminearum quarundam char. genericis ad Codicem pertinentia* insunt) et *Disquisitio de sexu plantarum* (*in Am. ac. tomo 10. recusa*) huc duci poterant. — Sed praeterea commemorandum omnino, *quasi-Linnucanos libros* ac teste Linnaei diario (*Egenh. Anteckningar ed. Afz.*) „una elaboratos” ab eo cum autoribus esse *Gronovii Floram Virginicam Tom. I.* 1738. et *Royeni prodromum Florae Leydensis.* 1739. Quae utraque multarum plantarum inde a Linnaeo, in exarandis *Speciebus Pl.* maxime, de promptarum locos principes exhibent: adeo ut diu dubii haeserimus, annon propter eadem Linnaei verba tamquam reliqui *sub N. II.* enumerati libri (n. 19—26.) integri conferendi essent. Sed profecto tunc etiam *Sauvagesii*, *Gerardi*, *Kalmii*, *Osbeckii*, *Jacquinii* adeo aliorumque opera varia huc trahi simili jure potuissent, a quibus *Puter Botanices recentioris* magis minusve bona fide quaedam integra mutuo sumpserit. — Quod ad *Ferberi hortum Agraricum* *scm 1739.* attinet, qui teste eodem diario „*totus Linnaei*”: totus ille catalogus exscriptus est ab editore ex horto Cliffortiano etc.; vix vero Linnaei opus, nec alia re memorabilis.

IV. Aliena,

i. e. aliorum autorum opera, quibus vera autoritas (*authenticitatem vocant*) ad explicandam Linnaei sententiam inest, adhibenda esse videbantur ad lectoris emolumentum et criticam locorum dubiorum perficiendam. — Ex his summa sane autoritas apud auctores Suecicos est, qui loca natalia plantarum e Linnaei Floris Suecicis oriundarum investigarunt. Maxime *Wahlenbergii Flora Lapponica* et *Succica*, interdum eiusdem *Flora Upsaliensis* et *Carpatica* huc pertinent, *Friesii Flora Hallandica*, *Norvici florum Succicae* (Ed. II.) earumque *Mantissa*, *Wahlenbergii Fl. Gothoburgensis.* — E botanicis Anglis inelytus *herbarii Linnaeani possessor Ieonibus plantarum haecenus ineditis* aliquas species illustravit, et observationes de variis exhibuit in *Floris suis Britannicis*, *Linnaeanae societatis actis*, *opusculis epistolisque Linnaeanis ab eo editis*, sparsisque aliis locis, quae forsitan non omnia cognovimus. — *Linnaei filii* opera, quae vivente patre scripta sunt, dignitatem eam, quam propria fere *Patris opuscula sub II. et III. enumerata*, habeant necesse est, seriora vero autoritatem certe Ejus, cui plerumque ante oculos fuere specimina Linnaeana. — Discipulos inter *Ehrhartus* maxime, *Schreberus*, *Thunbergius*, *Retzius*, *Afzelius*, *Gisekius*, *Fabriciusque* ii erant, a quibus Linnaeana sententia communicari et servari poterat. — *Recentiorum* opera saepissime criticis controversias de plantis Linnaeanis moverunt, quas sicubi respeximus, *Willdenowii* maxime, *Schultesii*, *Sprengelii*, *Brownii*, *Decandollei*, *Reichenbachii* aliorumque opera consulentes, ea mente egimus, ut haec a Codice non aliena, lectoribus autem grata fore existimaverimus. Quae si displiceant, alia editione lubenter omittemus. Re vera enim Codicis non est, recentiorum controversias agere, atque fidem ejus infringere, ubi partim studiosi existeremus. Verum ubi Linnaeana dicta factaque ab iniquis iudicibus mirifice torqueri et quasi tironis hallucinationes et incertitudinis perpetuos fontes haberi vidimus, certo vindices ejus esse debuimus. Neque ei tamen vindicavimus aliud quid, nisi ut Linnaeo tribuant similem censuram paremque justitiam quam sibi quisque a posteris expectant.

CAPUT III.

A P H O R I S M I.

1. BOTANICA RES quo magis appropereat ad id fastigium, quo veterem confusionem nimia rerum novarum mole, nimioque cognitionis et ambitu et intensitate (quam vocant) ipsa periclitetur: eo magis necesse est, certam fixamque *basin* Viri Docti sibi conservent. — Fundamentum hoc positum in Ejus Scriptoris operibus, a quo reformatio Scientiae naturalis inde a saeculi praeterlapsi media parte exorta est integra. — Linnæo creante et diagnostice et nomenclatura botanica recentior exorta est, eoque neglecto et seposito seriora quavis necessario vacillant et in tenebras incommodasque controversias aberrant.

2. OPERA LINNAEI cum orbe terrarum communicata fundamentum *Critices Linnæanae* exhibent: sola haec normam exhibere possunt ab unoquoque agnoscendam, quum cuiusque in manu sint; solis his perficiebatur illa reformatio, in nomenclatura et terminologia, unde *Autoritas Linnæana* orinunda est. Nec temere conscripta sunt illa opera, sed consulto, summo cum studio et mira probitate, et vix unquam levitate illa laborant, quae, dum alios furtim sequitur, ipsa quid voluerit, nesciat.

Obs. Opera de quibus hic sermo est, quaeque id, quod modo communicare voluerit L., continent, maxime sunt *Systematica illa sub Cap. II. n. I. enumerata, et quae in his citantur ex reliquis. Classis prima Tabulae I. nostrae chronologicae* i. e. opera ante Spec. I. edita, *secundario tantum momento critico gaudent*; scilicet ut explicent plantarum species, manifeste ex his operibus illic receptas. Ceterum maximi momenti opera illa Linnæana sunt, *Classe secunda* contenta, *ab anno 1753—68. edita.*

3. INTEGRA ET CUNCTA opera haec ad bonum et justum iudicium ferendum adhibenda sunt. Ipsa sese invicem ubique explicant, suppleant, emendant: posterioraque ubivis ad antecedentia respiciunt. Neque in his ultima editio reliquias tollit; etenim objecta diversa vel nova ratione contemplata, (*uti plantae novae vel exemplaria meliora, vel notae ab affnibus novis petitae*), non subjectivae opinionis emendationes, plerumque omnibus hisce mutationibus subsunt. Praeterea vero etiam L. nusquam non priorum operum suorum respectu habito scripsit, immo saepissime ita loquutus est, ut elucescat, intelligi ab eo lectorem, qui proxime praecedentes editiones consulat, et eas novae vel novo libro conferat. Id quod quavis Codicis pag. demonstratur.

Obs. 1. Sic e. gr. in Ophioglosso scandente verba Sp. II. „*Frondes non oppositae, sed conjugatae etc.*” eo pertinent, quod L. in prioribus libris ubique in diagnosi scripserit „*frondibus oppositis*”, quod tandem in Sp. II. verbo „*conjugatis*” mutaverit, rationem addens in ea observatione. Simile quid in Hordeo nodoso cf.

Obs. 2. Dubia saepe solum diversarum editionum collatione solvi queunt. Ut v. c. in *Silene inaperta*. Hanc L. in S. X. cum *S. portensi* junxerat, itaque adscripserat „*Sp. pl. II. 21.*” Quam in Sp. II. rursum utramque (sub N. 24. 25.) distinxisset et inde in S. XII. (*list. num.*) recepisset, oblitus tamen est, in eo, quod loco manuscriptorum adhibuit, exemplari S. X., debere illud „*II. 21.*” quod propterea in S. XII. et XIII. migravit, ubi, qui praecedentia ignoret, mysticos hosce numeros sibi explicare non poterit. — Pari ratione editiones illustrant *Castum arab.*, *Salicornium virginicum*, *Boerhaavicus*, *Agrostides* et plurimas alias. — Ita explicatur, cur unam tantum, v. c. Spec. I. vel II. editionem, tanquam principem et unice consulendam, reme proponere possit.

4. EXPLICANTUR systematica illa et autoritate Linnæana praecipue praedita Opera 1. vagis locis in ceteris opusculis et reliquiis auctoris, 2. aliorum auctorum ab ipso citatorum descriptionibus, iconibus, sententiisque, 3. herbarii Linnæani exemplaribus, 4. locis natalibus ab ipso indicatis, maxime in plantis indigenis. — Nullum ex his per se reliquis ponderosius est, sed „*in plantis Linnæanis, determinandis nec descriptioni, nec synonymis, nec herbario, nec locis unice inhaerendum, sed via eclecticâ procedendum.*” *Fries Nov. p. VI. et p. 95.*

5. HERBARIUM LINNAEANUM saepe fallax, patris senescentis filiique Linnæi dubiis per quindecim et quod excurrit annos ab culmine Linnæano obnoxium, — saepe specierum originalia non continet, vel e vivo descripta quondam, vel saepe in *Cliffortii*, *Gronovii*, *Royenii*, *Burmanni*, *Burseri aliorumque* herbariis conquirenda: — eorumque loco saepe saepius forsitan fovet *serius missu ab aliis exemplaria, male determinata (ut in Comete suratteni)* et raptim a Linnæis inceptiore loco seposita, — vel prorsus caret *plantis vulgaribus*, quas ob id ipsum forsitan nondum collegerat et exsiccaverat herbarii possessor, vel quas aliis dono dederat originales suas, — vel earundem loco formas habitu affines (hodie vero specie distinguendas) *intercalatas* fovet, quas plantae vulgari proxime colligendae comparare voluerat, et quas ob habitum discrepantem servaverat (*ut certum est in Uta hirtu, Andropog. Ischuemo, Agrostide capillari aliisque herbarii Linnæani plantis*). — In aliis contra (maxime exoticis) plantis summam et genuinam auctoritatem ipsi tribuamus necesse est.

Obs. 1. *Herbaria vicorum doctarum hodieque sunt erantque semper documenta aequae summae auctoritate praedita, atque horrea habitorum, errorumque; et nimis fideiiter possessoris domesticam negligentiam amicorumque infelicium studia privata servant produuntque ea posteris, saepe iniquis et Nemesin esse ignorantibus. — Etenim Herbaria praestant quidem*

omni Leone" (ut ait Linn.), respectu possessoris, sed usui publico improviso et sine commentariis tradita decipiunt, ne accerrimus quidem criticus cupiet ipse ex subita creptis collectionibus suis potius quam ex operibus diducari.

Obs. 2. Herbarium Linnæi, cujus adornationem ipse descripsit in *Philos. bot.* et in *Schedulis* ab Afzelio editis (Egeuh. Anteckn. Sect. III. sub 3), mortuo L. Filio a matre eius (vidua Linnæa) etiam pretio 900. Liv. Sterl. venum datum est ad celeb. J. E. Smithium, Banksio et Arello iuvenibus, maxime autem invito Rege Sueciæ, qui fere recuperasset irreparabiles hæc collectiones, navi bellica Anglos in portum usque persecutus. Dein in villa Norricensi a Smithio accuratissime servatum, lustratumque, una cum aliis Linnæi reliquiis. [Quæ de re cf. ipsam Sm. in epist. ad Stöckerum (citæ Linn. tom. II. p. 149.) — vide etiam A. Fée (plugarum veterum Stœveri et Afzelii) in *Vie de Linné. Par.* 1832. p. 349., — recentius autem Smithium in *Laches. Lapp. præfat. et dedic.*, et Schultesium in *Flora, bot. Zeit.* 1825.] — Jam vero anno 1828, pretiosam hæc collectionem 3000 Guinearum pretio a Societate Linnæana Londinensi emtam esse accepimus.

Nondum Eruditis plena quedam et perulicaris notitia de hoc herbario exhibita est ab Anglis. Singula quedam Smithius et Brownius commemorant, quæ vero dispersa variis locis et moleste conquirenda sunt. Nonnulla exemplaria Smithius descripsit et pauca depingi curavit. Ipse cum suo et Bankiano Herbario Linnæo cum diligenter comparavit. Dummodo (quod in partibus certissime fecit) ubique cuncta Opera Linnæi simul adlucisset, aut jam tum ejusmodi comparatum editionem, qualem Codex noster exhibebit, vel novam Systematis editionem, quam voluerat, publici juris fecisset egregius Floræ brit. autor! Forsan serior actus hujus collectionis Monographum, ubique Opera Linnæana et criticam sanam sine partium studio respicientem, aliquando videbit.

Exemplaria hujus herbarii singula folio chartæ papyraceæ agglutinata extant. Nullæ adpositæ sunt notulæ manuscriptæ neque synonyma; sed numerus tantum adscriptus numerus specierum in Spec. pl. indicat: hæc dubie editionis II., cui respondent numeri in S. XII. XIII. Patet ex his, necessario his a Linnæo totum herbarium commutatum esse, se, una cum priore et una cum posteriore Specierum pl. editione; etenim in Syst. X. XII. XIII. numeros ex his servavit. *Auto Spec. I.* certo certius alia erat forma. Forsan adeo tunc schedulas adjecerat, nomina specifica sua et synonyma necessaria continentia? quoniam et tam sæpe plane eadem, et ut videtur facillime evoluta, in variis operibus citavit? (Ipse L. nusquam herbarii a se mutati mentionem facit et schedula illa in Egeuh. Aut., supra commemorata, videtur ante Sp. I. scripta). — Nomina botanicorum, a quibus exemplaria missa sunt, littera singula græca indicaverat L., quorum signorum clavem sibi paraverat Smithius.

6. LOCI NATALÈS a Linnæo indicati, præsertim speciales illi in floribus Sueciis exhibiti, quod specimina principalia attinet, summi hæc dubie momenti sunt et reliquis auxiliis omni modo præferendi. „Necesse enim est, Linnæi plantas crescere, ubi eas se legisse dicit, et nulli dubitamus, quin locus habitationis certissimam nobis præbeat ansam recuperandi ejus plantas originales, eamque multo certiorum, quam speciminum incertum herbarii Linnæani.” *Willd. lapp. p. XI.* — Sed de omnibus hoc non valet, et cuius cognitum est, quomodo res comparata sit in celeberrimo quoque Floristarum locis natalibus. Sæpe tales exorti sunt ex aliorum relatione, immo ex rumore, nec visis exemplaribus, vel ex speciminibus mancis, vel (ut persæpe in itineribus Linnæanis) in transitu fugaci stylo notatis plantis, quæ si domi investigasset, aliena cognovisset inventor, — ita ut sæpe similis tantummodo plantæ indicium dare possint.

Obs. Linnæum sæpe leviter definitivas plantas Sueciæ quasdam (ceterum in operibus systematicis nullibi dubias) in itinere tantum visas, docent v. c. *Sonchus maritimus* Diss. Fl. Rybyens., *Sisymbrium arvensum* Fl. Suec., *Trifolium alpestre* Faun. Suec., *Imula dysenterica*, *Arenaria media*, *Alpestris panicus* et plura, (forsan adeo *Viola montana*?). Quare si hujusmodi loci indicati in planta jam pridem a Linnæo distincta verbis maximeque diagnosticis operum systematicorum contradicant, (ut in *Altriplice patula* Diss. de herbat. Ups.) tunc leve pondus habent, nedum cum Friesio ex singulo aliquo H. Scania loco natali *Rumicem acutum* („foliis cordato-oblongis acuminatis”) quæras in *obtusifolio* contra diagn., syn. et icones. — Forsan itaque hæc in re nimum Floræ Sueviæ Linnæanæ tribuere auctores Suecici; sed ex altera parte tam sæpe veram justamque sententiam Linnæanam illi explicarunt, tam sæpe veterem, discipulorum usu et ipsis Linnæi verbis sancitam interpretationem contra recentiora præstigia et ex herbario petitis dubitationes restituerunt, tantopere postremum in dilucidandis non Sueciis solum, sed Europæis plantis desudarunt: ut vix quisquam e Linnæi interpretibus palmam iis eripere possit.

7. AUTORES a Linnæo citati non raro plantam originalem exhibent. Idque non solum in plantis *Jacquinianis*, *Loeflingianis*, *Brownianis* aliisque a L. vix unquam visis valet, verum adeo in vetustioribus quibusd. *Plumcrianis*, *Sloanianis*, *Morisonianis* aliisque (ut in *Thalia geniculata*, *Nardo Gangitide*). Ubi principalem non exhibent illi, certe (ob magnam Linnæi probitatem in citandis autoribus) similem plantam ibi quæras: hinc *Friesius* (Noct. p. 55.): „Synonymis Linnæanis non coeque quidem fidendum, tamen non vilipendenda sunt: saltem habitum exprimiunt.”

Obs. 1. Præma Linnæi opera, imprimis *Hortus Cliffortianus* et *Flora Laponica*, nimia synonyma cumulant, quibus nec ipse ubique fiderem, aut ab aliis non mutata esse contenderem. Sed inde ab *Horto Upsalicensi*, et maxime in *Spec. pl.*, pauca tantum eaque selecta synonyma citare solebat Linnæus, Equæ, maxime in S. A., Sp. II., S. XII. et *Mant. I.* exhibita, præ ceteris fida et ab ipso autore collata esse existimaverim. — Græco, quo citantur illa, valorem non exprimit, sed *Criticæ botanicæ* (Englb. 1737. a L. editæ) leges sequitur. Illud syn. quod maxime barbaram est, licet primarium, ubique postpositur elegantius sonant (ut in *Amumo Cardamomo*, ubi inde error *Willdenowii*). — In vulgaribus plantis Spec. pl., Bauhiniana synonyma tantum citavit L., quæ, tunc tempore apud omnes usitata, *trivialibus* suis nominibus exterminavit. Equæ re contemporaneis indicavit, velle sese hæc itaque diu cognitam plantam novo nomine comprehendere (cujus affines hodie a nobis distinctus tanquam varietates subsumpsit vel plane ignoravit) eodemque modo nunc quoque sana ratio eas species Linnæanas interpretari jubet.

Obs. 2. Bene igitur, qui et nominis Linnæi criticis: „Opera Linnæana, — ait, — sine collatione antecessorum et coætanorum, — hæc rite intelligantur. Immortalis Vir et Sueciæ decus ipse Antecessorum studia non tollere, sed perficere voluit.” — Sed etiam „Reformatio Linnæi emanans e philosophico intuitu, cuius vim multi coætanorum non perspexerunt, in generalibus nunquam satis celebrari potest, sed in singularibus per multa vera et egregia perisse, ut in omni reformatione fit, non diffidendum.” (*Fries. Nov. p. VI. VII.*)

8. TEXTUS LINNÆANUS, ubicunque id fieri potest, nec ipsa verba vetant (ut in *Alopecuro panicco*, *Ononide Cherleri*), ita semper interpretandus est, ac si ubivis nam eandemque plantam intellexerit autor. — Suedet viri indoles, qui nequaquam is erat, qui sententiam frequenter mutaret aut duo

diversa objecta uno eodemque et triviali et specifico nomine diceret; — suadet praeterea ipsa horum *specificorum* (s. *diagnosticorum*) *nominum* ratio, quae ad vitandas confusiones aptissima Linnæus ubique commendabat, quae aliis omnibus praeferbat, et quibus manifesto invitus et necessitati cedens *nomina trivialia* adiecit. — *Concedendum* contra est, virum contrahendi potius, quam discernendi studio in re botanica faventem saepissime subsumpsisse formas pristinae cuidam affines ac similes, serius allatas vel in itinere visas aut ex autoribus tantum ei cognitatas, ne specierum numerum auget. Id quod hodieque ab ipsis celeberrimis et summa autoritate praeditis botanicis fieri solet. Sed tunc quoque nram formam primariam *menti* ejus observatam esse sanae criticae statuatur necesse est, licet hoc vel illud synonymum, haec vel illa serius adjecta observatio forsitan propterea excludenda sint.

Obs. 1. *Similiter Friesius* (Noc. p. 40.) „Facile largior, Linnæum (cui non ubique subtiles et strictiores limites et differentias eruere licuit immensus studiorum ambitus, indeque in generibus intricatissimis habituales differentias praecipue propositum) peregrinas plantas sub eod. nomine cum Suecica comprehendi potuisse, cum idem ab accuratissimis nostri aevi Botanicis factum vidimus; verum nostrum est, ejus optimam et primariam formam eruere, ejusque species, ut ipse si inter vivos esset, interpretari.“

Obs. 2. „Linnæus *taxon sui aeri, ut saepe nostri, species determinandi genus perspicuus, omnia e novo construxit; (et quis non miretur, cum in his tam multum et cœmia praesidisse?)* — *ubi vera differentias non rite perspexit, ipse, in literis ad Hallerum, fatebitur, se diversas species conjungere, quam varietates distinguere malle. Itaque, ubi species Linnæanae collectivae sunt, — eia electica procedendum.*“ (Fries Noc. p. 94.)

9. **ERRORES LINNAEANI non studiose conquirendi et proclamandi sunt, ubi ipse serius sese emendaverit et ad certitudinem pervenerit (ut in *Rumice acuto*, *Antholyza Cunonia*), vel ubi nos plures quam ille formas distinguere didicimus. — Nec re vera, nisi textui mutatio ejusmodi inest, diversas plantas diversis editionibus intellectas existimare fas est. *Confusiones illae Linnæanae, quas vocant, phantomata mera plerumque sunt, a quibus deterri non debent.***

Obs. 1. „Linnæus controversis ... multis modis ansam dedit. Non is sum, qui metuum, examen integrum criticum laudibus Linnæi immortalibus aliquid detrudere, quamquam exinde facile patet, species ipsi in generibus ab specierum multarum habitu consimilium affinitatem intricatissimis non semper fuisse fixe determinatas s. acute limitatas; aliam alterius locu successu temporis substitutam (ut in *Rosa pimpinellif.*, *Eglantheria*, *Rumicibus*); synonyma et definitiones ad diversas species spectare; immo ipsum aliam definire plantam, quam revera, memoria et habitu fidens, indicare voluit.“ (Fries Noc. p. 94.) — *Ex altera vero parte probe tenendum, ut in paucissimis tantum statuendum esse, et quantum fieri possit, quodvis aliud potius criticis auxiliis, illaeva quidem veritate, adhibendum esse.*

Obs. 2. *Injuste et plane absque ratione saepe confusiones Linnæo tribuebant ipsi confusi scriptores; easque aride propagare solebant nocorum nominum studiosi botanici. — Ita Ballotam nigram, nullo loco dabiam apud L., in Sp. I. aliam quam in Sp. II. intelligi autumatit Smithius, licet tota §. integra hinc recusa sit, salum additis verbis „cat. acuminatis.“ quae logice et diagnosticè adhibebant, quare ipsissimam, si opus esset, indicarent, quamquam antea plantam habuerit Linnæus. Causa vero reprehensionis in eo posita, quod ipse Smithius in Engl. bot. falsam B. nigram pinxerit, erroneaque Linnæi incensare maluit. — B. alba vero in Fl. S. II. „cat. truncatis“ distincta optimeque descripta est, eoque tota §. e Fl. S. in Sp. II. innotata migravit. Jam Friesius, contra diagnosis, contra syn., contra locum natalem a recentiorib. probatum, B. albam Fl. S. pro var. albiflora B. vulgaris (cui ipse cat. subulato-aristatos tribuit), B. albam Sp. pl. evo (i. e. eandem plantam) pro var. albiflora B. foetidæ (cat. rotundata-dilatatis) exhibet! — Aliud exemplar ladhrii critici in Carice leporina L. vituperat Wahlenburgius: „Haec in sylvatica parte crescit, ubi Linnæus ipse suam C. leporinam legit; sequens species autem in solis alpinis occurrit, ubi se nunquam eam vidisse praedicat. Exinde et ex herbario Burseriano certissimum fit, quod haec ipsa Linnæi originalis est; sin minus, nulla mihi adest ratio, repudiandi certam plantam e Flora Suecica, et quaerendi incertam e Flora Lapponica. Estne id umbram quaerere? Num in prima aulescentia ipse suas plantas fixe determinatas habuit? Cur non melius pro certo accipere id, quod sub virili aetate certum determinavit? praecipue Florae Suevicæ plantas, et repudiandum saluberrimo confusiones, quas senex introduxit?“ Wahlenb. lapp. p. 226-9. — Eadem ratio erat in *Costo arabica* (ubi non nisi syn. Jacquinii, non inspecta tabula in Sp. II. additum, detentum est), *Agrastide stolonifera* et *capitulari* alisque. Persæpe adeo Suevicæ auctoris hodie magis dubii sunt ipso Linnæo, ut in *Bromo racemoso*, *Chenopodio viridi*, *Veronica maritima*, *Alismate antea*, *Arenaria media*, *Galio ochroleuco*, *Rumicibus*, *Cerastis*.*

Obs. 3. Linnæus [qui dum propriae mentis indolem depingit, ipse fatebitur: „Incepta opera ad finem perducit nec in opere respexit“] tardus erat in corrigendis erroribus suis, et saepe in iis ad terminos vitae perseveravit (ut in *Carice uliginosa*). — Ubi vero sese correxit, ibi facile tantum mutavit mutanda, raro ipse id indicans. [Forsan timores a Systemate deterri non debuit crebrius indicatis correctionibus, quos autem et peritos ea prioribus libris inspectis inventuras esse existimavit.] Hinc permulta ipsius synonyma hodieque dubia sunt, maxime ex prioribus operibus, et permulta ab iis botanicis innotantur, qui unicam editionem sequi solent. Interdum adeo diagnosis ex novo specimen vel nova icone mutata est, — non semper bene, ut in *Onocle* Cherletii, *Anomo Cardamomo*. — Eaque res maxime videtur expetere editionem comparatam et editionum discrepantiâ instructam.

10. **OMISIT** Linnæus e propriis pauca genera (de quibus egimus *Cap. II. sub L. 1-18.*) et plures species: — ex horto Cliffortiano multas (83, e quibus plurimas interpretari potuimus), item ex Fl. Zeyl. (197, e quibus tamen plurimae erant ipsi incognitae), singulas e Vir. Cliff., Hort. Ups. etc. In Suecicis plautis magis sibi met ipsi confusus (testatur *Carex ulig.*), pauca tantum serius omisit, exceptis *Pungis 28*, et duobus *Lithophytis*; ex ipsa Flora Lapponica dubiae sunt 6 vel septem. — Adeo ipse, ut in *Ophr. lilifolia*, plantae olim descriptae: „non meminim“ adscripsit in Sp. pl. — Sed quod e Sp. I. quoque, et maxime e S. N., tot species (hodie a botanicis ignoratas, immo praetervisitas) omiserit, ipsi mirati sumus. Equilus multae bonae sunt, et ex parte serius restitutae, ut *Atragene sibirica*, *Misembr. aureum*, *Bombux religiosus*, *Plantis italica*, *Ononis arvensis* et *pusilla*, *Alnus incana*, *Mentha verticillata* etc.; — aliae non explicandae, ut *Phyllis indica*, *Barreria*, *Tuerium Pseudochamaecypitys*, *Lia alba*, *Panicum cynosuroides* et *repens*; — aliis vitium tacite correctum subest, ut in *Mimosa purpurea* S. A., quae *Gleditsia* est, *Anagalli capensi*, quae *Paederota*.

Obs. Linnæus longe plures, quam systematicis operibus proposuit, plantas cognoverat, aliena cautissime tantum recipiens, It. v. e. in epistolis ad Burmannum multas species Burmanicas hodie minus cognitatas citavit, et in diss. de herbario Androi-

nensi genera Casuarinae, Pandant al. commemoravit Rumphiana, quae ipse nondum reciperet. Ita in itineribus etiam una aliave Bauhiniana vel similis species commemoratur, quae post Linnaeum tantum civitatis jura adeptæ est! Illic illic ejusmodi plantas in Speciebus plantarum allegavit conferendas (*ut in Ruta grav.: „Cf. Ruta sylvestr. minor Bauh. etc.“*).

11. NOMINA TRIVIALIA Linnaeus proposuit in Spec. Pl. editione I.: coactus necessitate, ut videtur. Sensim enim sensimque in itineribus suis, a specificis (diagnosticis) nominibus suis, tantopere antea commendatis, ad Bauhiniana redit, eaque compendiose proponit, ita ut plane referant seriora illa nomina trivialia. Exemplo sint *Hya-cinthus botryoides*, *Fumaria bulbosa*, *Narcissus luteus*, *Corona imperialis*, *Primula lutea* ex *It. Ocl.*, *Viola palustris*, *Osmunda regalis*, *Lichen geographicus*, *Cynosurus coeruleus*, *Aira coerulca*, *Primula minor*, *Brassica perfoliata*, *Dianthus scanensis*, *Myagrurn monospermum* et alia innumera ex *It. Scan.* — Ubi igitur ejusmodi nomina memoriae melius inhaerentia in itineribus et excursionibus vitari non posse viderat, sancienda quaedam esso intellexit, ne nimis multa orirentur (*qua de re vide praef. Spec. pl. Cod. p. 13.*) — Inde igitur ea derivanda sunt omnia; quae vero ante Sp. I. adhibita, ludibria nec sancta sunt, *soni*, neque nomina. (*Cf. supra Cap. I. §. 20. 2.*)

Obs. 1. Nomina haec ut plurimum ex Bauhinianis aut aliis illo tempore vulgaribus synonymis efformata saepe quidem optima non sunt. Ipse Linnaeus ea initio levitate quadam dedit et adhibuit, (*hinc saepe falsa citantur in Diss. v. c. de herb. Amb.*) Sed nisi haec servemus, quae usu sancta et primaria sunt, quid obstat quominus in posterum omnia commutentur a neologis? — Quare ego quoque „*non video cur multi nomina Linnaeana certa, ubi ab aliis commutata* (s. perperam adhibita) *sint, abolere velint, et nova substituere. Num error veritatem tollit?*“ (*Fries nov. p. 40.*)

Obs. 2. Inutilia synonyma Linnaeana ea sunt, quae v. c. ex uno alterove loco natali dissertationum de herboracionibus Upsaliensibus, flora Rybyensi etc. finguntur. — Mala ea sunt, quibus opera adscribuntur ejus periodi, qua nondum data erant nomina trivialia (*e. c. „Rumex acutus It. Scan.“: cf. supra Cap. I. §. 20. obs. 2.*) — a qua consuetudine Wahlenbergium Friesiumque non abstinuisse, jure dolendum est. — Optime triviali nomini Linnaeano illud opus adjicitur, ubi nomen *primo* datum est. (*nisi quandoque critica retet*): vel statui etiam posset editio singulari, v. c. Spec. I., quae princeps valeat, ita ut solum „*Linna.*“ additum hanc significet, reliquae vero semper adscribendae sint. — *Sed haec Viris Doctis perpendendum relinquimus.*

12. PERIODOS Critice Linnaeana sequentes commode distinguere poterit: 1. Linnaeanam primam ante Species I. editas, — 2. Linnaeanam alteram a Spec. I. ad S. XII. perfectam, — 3. Decrementum Linnaei, — 4. Filii discipulorumque aevum, — 5. Smithium ejusque pedisequos, — 6. Suecicos interpretes recentiores, — Quos jam sequeretur necesse erat 7. eclectica periodus, cunctis sine discrimine auxiliis ad justam stabilemque operum Linnaeanorum interpretationem usura. — E quibus auxiliis jam maxime necessarium erat: Textus operum editionumque comparatus et digestus, quem Codice hoc Botanicis exhibere conati sumus. Ac spes est, fore ut, quibus „*scire, non hallucinari*“ curae cordique est, benevole eum accipiant.

T A B. I.

CONSPECTUS CHRONOLOGICUS

OPERUM PRAECIPUE ADHIBITORUM LINNAEANORUM,

ADDITIS ABBREVIATIONIBUS NOSTRIS.

* PERIODUS I.: ante nomina trivialis.

		Abbreviatio.
Systema Naturae. Edit. I.....	1735. August. seq.	S. I.
Musa Cliffortiana.....	1736. fine anni	Mus. cliff.
Genera plantarum. Edit. I.....	1737. init. anni	G. I.
Flora Lappouca.....	1737. April.	Fl. lapp.
Hortus Cliffortianus.....	1737. Apr.—Jun.	H. cliff.
Viridarium Cliffortianum.....	1737. Jun.—Oct.	Vir. cl.
Corollarium generum plant.....	1737. Oct.	Cor. gen.
Methodus sexualis.....	1737 (simul)	Meth. sex.
Classes plantarum.....	1738. Jan.	Class. pl.
(Gronovii flora Virgin. Tom. I. „una cum L. elaborat.“	1739. init.	Gron. virg.)
(van Royen prodromus florae Leydenis. „una cum Lin.	1740.	Roy. lugd.)
elaboratus		
Systema naturae. Ed. II.....	1740. Mai	S. II.
Genera plantar. Ed. II.....	1742. init.	G. II.
Diss. de Ficu (Am. ac. 1. n. 2.).....	1744. Sept.	Diss. de Ficu.
Flora Succica. (Ed. I).....	1745. aestate	Fl. S. I.
Oeländska och Gothländska Resa	1745 (simul)	It. ocl., It. gottl.
Diss. de plantis Martino-Burscrianis	1745. Dec. 12.	pl. Mart. Burs.
Diss. de Passiflora	1745. Dec. 18.	Diss. Passif.
Diss. de Acrosticho	1745. Dec. 23.	Diss. Acrost.
Wästgötha Resa	1747. Apr., Mai	It. westg.
Diss. nova plantar. genera resp. Dassow	1747. Juni	Diss. Dassow.
Flora Zeylanica	1747. simul	Fl. zeyl.
Hortus Upsaliensis	1748. init. anni	H. ups.
Systema naturae. Ed. VI.....	1748. Aug.	S. VI.
Materia medica	1749. init.	Mater. med.
Amoenitates academicae Vol. I. (diss. annor. 1743—8.)	1749. autumn.	Am. ac. 1.
Diss. plantae Camtschatensens rariores	1750. Dec.	Diss. pl. Camts.
Skånska Resa	1751. Mart.	It. scan.
Diss. nova plantar. genera resp. Chenon	1751. Oct.	Diss. Chenon.
Amoenit. academicae. Vol. 2. (diss. annor. 1748—52.)	1751. Nov.	Am. ac. 2.
Diss. de plantis hybridis	1751. Nov. 23.	Diss. pl. hybr.
Diss. de Euphorbia	1752. Mai	Diss. de Euph.

* PERIODUS II.: post introducta nom. trivialis.

Species Plantarum. Edit. I.....	1753. Mai et Aug.	Sp. I.
Diss. herbarium Amboinense	1754. Mai	Diss. hb. Amb.
Genera plantarum. Edit. V.....	1754. Aug.	G. V.
Diss. Centuria plantarum (prima)	1755. Febr.	Cent. I.
Flora Succica. Edit. II.....	1755. Oct.	Fl. S. II.
Diss. Flora Palaestina	1756. Mart.	Fl. palest.
Diss. Centuria plantar. altera	1756. Jun.	Cent. II.
Amoenit. academicae. Vol. 3. (diss. annor. 1751—3.)..	1756. Sept.	Am. ac. 3.
Diss. de Buxbaumia	1757. Jun.	Diss. Buxb.
F. Hasselquistii iter Palaestinum (ed. Linn.)	1757. Jun.	Hasselq. it.
Diss. de Spigelia anthelmia	1758. Mart.	Diss. de Spig.
P. Loeflingii iter Hispanicum (ed. Linn.)	1758. fine anni	Loefl. it.
Systema Naturae. Ed. X., tom. 2. Vegetab.	1759. Maj., Jun.	S. X.
Amoenit. academicae. Vol. 4. (diss. annor. 1753—7.)	1759. Nov.	Am. ac. 4.
Diss. pugillus Jamaicensium plantar.	1759. Dec.	Pugill. jam.
Diss. plantae Africae rariores	1760. Mai	Pl. afr.

<i>Amoenitates academicae</i> Vol. 5. (diss. annor. 1757—9.)	1760. Sept.	<i>Am. ac.</i> 5.
Novitiae florae Suec. (Faun. Suec. II. append.)	1761.	<i>Faun. S. II.</i>
Diss. de planta <i>Alstroemeria</i>	1762. Jun.	<i>Diss. pl. Alstr.</i>
<i>Species plantarum</i> . Ed. II. Vol. 1. p. 1—784.	1762. Sept.	<i>Sp. II.</i>
Diss. de <i>Raphania</i>	1763. Mai.	<i>Diss. Raph.</i>
<i>Species plantarum</i> . Ed. II. Vol. 2. p. 785.—fin.	1763. Jul.	<i>Sp. II.</i>
<i>Amoenit. academicac.</i> Vol. 6. (diss. annor. 1759—63.)	1763. Oct.	<i>Am. ac.</i> 6.
<i>Genera plantarum</i> . Ed. VI.	1764. Jun.	<i>G. VI.</i>
Diss. <i>Opobalsamum declaratum</i>	1764. Dec.	<i>Diss. de Opob.</i>
Diss. <i>Fundamenta Agrostographiae</i>	1767. Jun.	<i>Fund. Agr.</i>
<i>Mantissa plantarum (prima)</i> p. 1—142.	1767. Oct.	<i>Mant. I., M. I.</i>
<i>Systema naturae</i> . Ed. XII. Tom. 2. Veget.	1767. Oct.	<i>S. XII.</i>
Diss. rariora <i>Norvegiae</i>	1768. Febr.	<i>Rar. Norv.</i>
<i>Systema nat.</i> Ed. XII. Tomi 3. appendix	1768. Sept.	<i>S. XII. t. 3. app.</i>
<i>Amoenit. academicac.</i> Vol. 7. (diss. annor. 1763—8.)	1768. Dec.	<i>Am. ac.</i> 7.

* PERIODUS III.: post culmen Linnæi.

Diss. de <i>Erica</i>	1770. Dec.	<i>Diss. Eric.</i>
Diss. <i>Pandora</i> et flora <i>Rybyensis</i>	1771. Juni	<i>Diss. fl. Ryb.</i>
<i>Mantissa plantarum altera</i> . p. 143—584.	1771. Oct.	<i>Mant. II., M. II.</i>
Diss. <i>Fraga vesca</i>	1772. Mai	<i>Diss. de Frag.</i>
<i>Systema vegetabilium</i> . Ed. XIII. cur. <i>Murray</i> .	1774. Vere	<i>S. XIII.</i>
Diss. planta <i>Cimicifuga</i>	1774. Sept.	<i>Diss. Cimic.</i>
Diss. de <i>Maro</i>	1774. Dec. 3.	<i>Diss. Mar.</i>
Diss. de <i>Viola Ipecacuanha</i>	1774. Dec. 16.	<i>Diss. de Ipec.</i>
Diss. plantae <i>Surinamenses</i> .	1775. Jun.	<i>Pl. Surin.</i>
Diss. de <i>Planta Aphyteia</i>	1776. Jun.	<i>Pl. Aphyt.</i>
Diss. de <i>Hyperico</i>	1776. Nov.	<i>Diss. de Hyp.</i>

* Scripta Actis periodicis inserta.

<i>Acta litteraria Suecicae (Upsal.)</i>	1732—50.	<i>Act. ups.</i>
<i>Acta nova</i> — — — —	1773.	<i>Act. ups. nov.</i>
<i>K. svensk Akad. Handlinger. (Stockh.)</i>	1739—70.	<i>Act. holm.</i>
<i>Novi commentarii Acad. sc. imp. Petropolit.</i>	(1758—9.) 1761.	<i>Act. petrop.</i>

* Posthuma et Linnæi Filii opera.

<i>Linn. fil. Plant. rarior. h. Ups. Decas I.</i>	1762.	<i>Linn. fil. Dec.</i>
— — — — — Decas II.	1763.	<i>Linn. fil. Dec. II.</i>
— — Fascicul. I. pl. rar. h. Ups.	1767.	<i>Linn. fil. fasc.</i>
(Linnæi patris) <i>Epistolae ad Hallerum</i>	1774.	<i>Ep. ad Hall.</i>
(Linn. fil. et patris) <i>Supplement. plantarum</i>	1781.	<i>Suppl. pl.</i>
<i>Amoen. ac.</i> Vol. 8—10. cur. <i>Schreber</i>	1785—90.	<i>Am. ac.</i> 8. 9. 10.
<i>Flora Lapponica. Edit. Smith.</i>	1792.	<i>Fl. lapp. II.</i>
<i>Stöver</i> collectio epistolar. Linn.	1792.	<i>Epist. ed Stöv.</i>
<i>Praelectiones in ordines naturales</i> (habitaæ a Linn. 1768. et 1771. aestate) ed. <i>Giseke</i>	1792.	<i>Prael. ed. Gis.</i>
<i>Epistolae ad Vandellium</i> (in Römer script. hisp. etc.)	1796.	<i>Röm. script. hisp.</i>
<i>Luchesis Lapponica.</i> ed. <i>Smith.</i> (<i>Diarium Linn. in itin.</i> 1732—3. scriptum)	1811.	<i>Luch. lapp.</i>
<i>Smith</i> Select. of a corresp. of Linnæus etc.	1821.	<i>Epist. ed. Sm.</i>
Linnæi <i>Autobiographia</i> ed. <i>Afzelius</i>	1823.	<i>Egenh. Ant. ed. Afz.</i>
<i>Epistolae</i> ed. <i>Lüders</i>	1829.	<i>Epist. ed. Lüd.</i>
— ad <i>Burmann.</i> ed. <i>van Hall.</i>	1830.	<i>Ep. ed. v. Hall.</i>

T A B. II.

EXPLICATIO SIGNORUM

HUIUS EDITIONIS PECULIARIUM.

- * significat *genus e planta viva descriptum* in ea editione, cui praefixum est. Oritur ab ipso Linnaeo. — (Praeterea *Asterisci* nonnunquam a L. ad divisiones et subdivisiones adhibentur, et ad plantas anomalas in *Conspectibus Generum*).
- ✱ — *genus e specimine exsiccato descriptum.* (A nobis loco Linnaeani †, adhibitum, vide praefat. Cap. I. §. 28. obs. I.).
- † — *speciem dubiam.* (Si in parenthesi cum libro citato: illic pro dubia declaratur.) Signum Linnaeanum est.
- ‡. §. ♂. ⊙. ☿. ♀. signa *vulgaria botanicis*, a nobis eodem modo adhibentur. Item in reliquis botanicorum abbreviationibus et signis!
- ♠. significat *deest.* Huic signo citatus additur liber, in quo aliquid deest: v. c. „♠. S. X.“ i. e. „deest hoc verbum vel haec phrasis (*litteris discrepantibus insignia, quibus saepe insuper lineola praefixa!*) in Syst. nat. ed. Xma.“
- a. a. — *additis addendis.*
- e. e. — *emendatis emendandis.*
- o. o. — *omissis omittendis, et sic porro.*
- t. e. — *terminis emendatis* diagnosisum vel descriptionum in aliquo citato opere. His litteris cavimus, ne levissimae quaevis mutationes terminorum technicorum, sensim ab Linnaeo excultorum, recipiendae essent in Codice. Ipse L. eos plerumque tacite mutavit. (*Cf. praef. Cap. I. §. 31.*)
- R. — *interdum nostris observationibus addimus, ut melius a textu distinguantur. Ceterum id litteris cursivis per se manifestum.*
- Litterae rectae: *textus Linnaeanus: Nostra verba semper et ubique litteris cursivis expressa.*
- Litterae cursivae: *Linnaeana et Nostra. Ceterum promiscue adhibitae sequentium ratione.*
- Litterae distantes: *cursivae et rectae: varias additiones, mutationes, omissionesve variarum editionum significant. Cf. Cap. I. §. 12. — Contrarium nobis placuit in brevibus illis Characteribus specificis generum (e S. VI — XIII. sumptis): ibi textus ad lectorem sublevandum distantibus, variationes autem saepe non distantibus litteris excusae sunt.*
- *Puncta post vitatum aliquand addita, sequente uno alterove verbo et nova citatione: significant, antecedentia omnia congruere in utroque libro, sed in posteriore numm alterumve vocabulum additum esse. (Cf. Praef. Cap. I. §. 12. 5.). In locis natalibus puncta illa Linnaeana sunt, et illum incognitum esse indicant.*
- *Lineis vulgari modo ad discernendum textum utitur, ubique circumur, dubia lectoribus aliisquin evasura.*
- [] *rectae parentheses nostrae ubique sunt (curvae et nostrae sunt et Autoris). Ubi illae, citationem includentes, in dextra parte lineae seorsim leguntur, v. c. [Sp. I. II.] tunc tota §. praecedens in libro, v. c. Spec. pl. ed. I. et II. convenit (praeter ea, quae discrepantibus litteris excusa sunt). Valet hoc imprimis de synonymis, locis nat. observationibusque post diagnosin speciei alienius obvis in Sp. I. et II. vel Mantissis. Cf. Praef. Cap. I. §. 22.*
- Numeri *et specierum et generum novi et nostri sunt, ob inextricabilem numerorum Linnaeanorum confusionem: quos si retinuissemus, nec citari Codex noster nisi per paginas, nec evolvi secundum Conspectus singulorum genus potuisset.*
- Reliqua hic non explicata partim *Conspectus chronologicus operum Linnaeanorum Tab. I. additus explicat, partim usus inter botanicos hodie vulgaris.*

PRAEFATIONES LINNAEANAЕ.

Opera JEHOVAE magna!
exposita omnibus qui delectantur illis,
gloriosum et decorum opus Ejus! (David.)
(S. X. XII.)

OBSERVATIONES

IN

REGNUM VEGETABILE ¹⁾.

1. Omnem Plantam Fructificatione gaudere, docet in majoribus nulla autopsia; in minoribus: Filicibus, Muscis, Atzis et Fungis oculus armatus, ut testantur Michellii aliorumque observationes; nec ullam unquam Plantarum speciem Fructificatione carere posse, patet consideranti analogiam, usum, finem, structuram, creatorem harum. Reliquae autem Plantarum partes in multis deficient, ut Radix, Caulis, Folia, Fultura; et tamen Vegetabilia sunt, uti Viscus, Lemna, Cuscuta, Tulipa.

2. Fundamentum Botanicæ consistit in Plantarum Divisione et Denominatione Systematica, Generica, et Specifica.

3. Botanicis paucissimis debetur nitor et certitudo Scientiæ, idque præcipue Auctoribus Systematicis, quorum exempla sequendo debemus confirmare, excolere, ac perficere Divisionem Plantarum Systematicam (vid. §. 2).

4. Systematica Divisio Plantarum (vid. §. 3), pro fundamento assumere debet partem harum primariam; ergo Fructificationem (§. 1), quam unicum esse Botanicæ fundamentum Systematicum confirmat Natura; adeoque pro absoluto fundamento demonstrari potest. Hinc recepta fuit a summis Systematicis, Botanicæ Fulcris et Conditoribus: Caesalpino, Morisone, Hermannio, Boerhaavio, Rajo, Rivino, Knautio, Ruppio, Tournefortio, Plumiero ²⁾, Dillenio, Michellio, Magnolio, Vaillantio, Scheuchzero, Royeno, Gronocio, Burmanno, Hallero, Jussieio (S. II. sq.), J. Gesnero, Gmelino, Guittardo (S. VI.).

5. Fructificationis Partes Universales duae: *Flos* et *Fructus*: Particulares vero septem sunt, cum suis speciebus.

1. *Flos*. 1. *Calyx*. (Species 6: Perianthium, involucrum: Amentum, Spatha, Gluma, Calyptra) — 2. *Corolla*. (Spec. 2: Petalum, Nectarium) — 3. *Stamina*. (Partes 2: Filamentum, Anthera ³⁾.) — 4) *Pistilla*. (Part. 3: Germen, Stylus, Stigma ⁴⁾.)

II *Fructus*. 5. *Pericarpium*. (Spec. 9: Capsula, Conceptaculum, Siliqua, Legumen, Nux, Drupa, Pomum, Bacca, Strobilus.) — 6) *Semina*. (Partes 2: Seminulum, Corona ⁵⁾ — 7) *Receptaculum*. (Spec. 3: floris, fructus, fructificationis.) —

6. Essentia Staminiis consistit in Anthera, Pistilli in Stigmate, ergo *Floris* in Stamine et Pistillo; *Fructus* in Semine ergo Fructificationis in Flore et Fructu; *Plantæ* in Fructificatione; hinc Anthera, Stigma, Semen partes essentielles Fructificationis, imo totius plantæ.

7. Cum omnis Planta gaudet Fructificatione (§. 1): cum Semen omne antecedit Flos; cum Floris essentia in Anthera et Stigmate (§. 6) consistat: patet a priori (§. 1—7) Robur systematis Sexualis ⁶⁾.

8. Antheras et Stigmata (§. 7) constituere Sexum Plantarum, a Palmiculis, Millingtono (¶. S. I.), Graewio, Rajo, Camerario, Godofredo (Groefroy S. II), Motludo, Vaillantio, Blairio, Jussieio, Bradleyo, Royeno, Logano (¶. S. I.) etc. detectum, descriptum et pro infallibili assumtum: nec ullum, apertis oculis considerantem ejuſcunq; plantæ Flores, latere potest, quod demonstratum in Sponsalibus plantarum Ups. 1746. quarto. (S. VI.) ⁷⁾

9. *Antheræ* (5) sunt organa genitalia Masculina, quæ cum Farinam suam genitalem *Stigmati* (§. 5), genitali Feminæ, inspergunt, fit *Fœccundatio*; quam probant Observationes, Experimenta, Analogia, Anatomia, Antecedentia, Consequentia, Usus.

10. Flores itaque (§. 9), qui Antheras habent, Masculi; qui Stigmata, Feminei; qui utraq; simul, Hermaphroditi dicuntur.

11. Planta, quæ Floribus Masculis (10) gaudet, Mas; quæ Feminis (§. 10), Femina; quæ utrisque, Androgyna; quæ Hermaphroditis, Hermaphrodita; quæque Hermaphroditis et simul aut Masculis aut Feminis, Polygama (*Hybrida* S. I. II.) dicitur.

12. Nullum Systema Plantarum Naturale, licet unum vel alterum propius accedat, adhucdum constructum est; nec ego heic Systema quoddam Naturale contendo (*Fragmenta ejus in Classibus plantarum dedi, S. VI.*); neque Naturale construi potuit, antequam omnia, ad nostrum Systema pertinentia, notissima sint. Interim tamen Systemata artificialia, defectu Naturalis, omnino necessaria sunt.

13. Nulla Methodus Botanica, a Fructificatione Systematicæ desumpta, adhuc constructa est, quæ non maximam præbuit utilitatem; nec novit ulla unquam, nisi quantum ex assumtis principiis genera naturalia contra naturam dilaceravit; quod Nos scientes volentesse non commissimus.

14. Genus omne est naturale, in ipso primordio tale creatum: hinc pro libitu et secundum ejuſcunq; theoriam non proterve discindendum, aut concludendum est.

15. Nomina Generica male constructa, quæque confusionem pariunt, Synonymis Veterum melioribus (paucis novis a me collectis) usignavi (*Malta tamen albar minus congrua restant, S. I.*)

16. Nominum receptissimum permutationem, maximam parere difficultatem, exercitatis diu in arte Viris, in confesso est: hinc non mutari deberent si multitudo errantium errori pareret patro

1) *Obs. Haec Introductio in S. I. p. 7., II 2. 64. sq. et VI p. 215. sq., paucis exceptis plane eodem.*

2) *Ex S. I.: Sloaneus et Levillæus ¶.*

3) *(Apex vulgo) S. I.*

4) *Summitas: S. I.*

5) *Flæcus, præterea in S. I.*

6) *Obs.: §. 6. 7. brevius in S. I.*

7) — licet hic ob angustiam loci explicari nequeat Negaturque nostro tempore vix ab ullo alio nisi a solo Pontedera (S. I.)

cinium. Neque auctor sum, ut ad mentem meam seniores Botanici intuent nomina; venit tandem seris dies, quo nova et nostris accuratior Gens, per ordinem successione ætatum, surgat, quam spondeo meam consideraturam fore theoriam, nominaque illa saepius absurda, præcipue specifica expungat, de quibus in *Critica Botanica* plura dixi.

17. Methodum meam difficultatem parere rimam, hortiolorum Botanicis jam dicere, ad examinandas nempe partes has minimas Flores, vix nudis oculis conspicuas. Respondeo: quod si Microscopium, instrumentum maxime necessarium, quivis Curiosus secum habeat, quid plus opus? Ego tamen examinavi hos fere omnes Plantarum Flores nudo oculo, absque omni Microscopium usu. Ultima tamen Classis videtur a Creatore veluti exclusa a theoria Stamina, adeoque secundum numerum non descripti; negat enim Natura conjunctionem harum secundum Stamina; videlicet Micheli opera.

18. Ne ordines nimis longi adeoque difficiliores evaderent, eos subdivisionibus auxiliariis a Fructificatione desumpsi. Inter hos notabilis maxime est Pentandria Digynia, ubi plantae *Gynandropurpureæ* (Æ. S. 1.) seu *Umbellatæ* reoccurunt, quas secundum methodum a Petro Artedio in Umbelliferis excoGITAM disposui; fundamentum has distinguendi desumpsit ab involuero Umbellæ, Umbellens es omnes in tres ordines descripti: 1ma continet plantas Umbellatas, quæ involuero omni carent; 2da, quæ involuero ad Umbellas tantum partiales gaudent; 3ia, quæ involuero ad Umbellas universales et partiales instrumentur; quæ Methodus in hac familia reliquis palmam præcipit.

19. Vires Vegetabilium a Botanico, qua talis, diducuntur secundum theoriam Artis et Sensuum; hinc, qui utriusque signa intelligit, ille vere scit vires plantarum. — Plantæ quæcumque Classe Naturali adhuc magis Ordine N., sed maxime Genere N. conveniunt, etiam viribus propius accedunt, ex. gr.: Triandria Digynia seu *Graminea*, folia aromaticis et juvenis laeta pasena; semina minora avibus, majora hominibus vulgatissima sunt esculenta; — Tetrandria Monogynia seu *Stellatæ Rj.*, Adstringentes sunt, diureticae vulgo dicuntur; Pentandria Monogynia, seu *Asperifoliae Rj.*, Adstringentes, glutinosæ et vulnerariae sunt; — *Monopetalæ Barciferæ*, maximam partem venenatae sunt; — Digynia seu *Umbellatæ T.* in siccis locis aromaticæ, calefacientes, resolventes et emunctivæ, in humidis autem venenatae sunt; Radice et Seminibus pollent; — *Teosandria Baecifera*, Drupifera vel Pomifera; omnis hic fructus cum oblectamento edatur. — *Polyandria* autem omnis probe distinguenda, quæ saepius venenata est. — *Didynamia Gymnosperma* odorata, cephalica et resolvens est; folia virtute pollent. — *Tetradynamia* omnis antiseorbatica et diuretica est; exsiccatione saepius amittit vires. — *Monadelphica* muricaginosa et emolliens est. — *Diadelphica* folia Percoribus; semina Quadrupedibus (non feris) esculenta et flabulenta sunt. — *Syngenesia* amaras continet et stomachicas. — *Gynandria* autem aphrodisiacas. — *Cryptogamia* vegetabilia saepe suspecta includit.

Sensus externi sunt examinatores Diætetici omnis cibi ingerendi, quibus bona a malis distinguuntur, a Creatore omni animali pro diversitate naturæ diversi concessi. — *Sapida*: Dulcisa nutriunt; Lingua emolliunt; Salsa stimulant; Acida refrigerant; Austera adstringunt; Amara alcalina, Acia corrosiva, Nauseosa venenata sunt. — *Odorata*: Suavia salutaria, Suavissima cardiaca, Aromatica resolventia, Hircina aphrodisiaca, Ingrata suspecta, Nauseosa venenata sunt. — *Color ruber* obremque acidum indicat. Irudis et adspetus rotus plantæ tutus suspectas reddit plantas.

20. *Ranuncul* nota essentialis consistit in petalis ad ungues intenus excavatis pro melle; reliquæ partes Fructificationis omnes fedunt, idque patet consideranti.

REGNUM VEGETABILE 1).

Hoc est Plantarum gaudium.

tum se novas, abasque quam sunt, ostendunt.
tum variis colorum picturis in certamen usque
luxuriant. *Ulin.* VII. 20.

1. NATURA creata, continuato Semine, epe elementorum, modificat Terras in Vegetabilia; vegetabilia in Animalia, vix („*ne e'*" S. V.) contra; utraque resolvit iterum in Terras, circulo perenni aucto.

2. VEGETABILE est vita composita, absque moto voluntario. („*... vita multiplicata, coadunata, absque sensatione.*" S. V.)

3. TRIBUS Vegetabilium tres vulgo numerantur: Monocotyledones; Fruges; 1, 2, 3. Dicotyledones; Plantæ; 4, 5. Acotyledones; Cryptogama; 6, 7, 8, 9. 2)

4. GENTES, e quibus incolæ confluerunt, potissimum sunt:

1. PALMAR. Principes, Indici, Spathacri spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi habitantii.

2. GRAMINA. Plebejji, Campestres, Culmiferi glumacei, Rustici vulgatissimi simplicissimi vivacesimi, constituentes vim roborisque regni, quoque magis muletati et caleati, magis multiphævi. Hi Tributarii sunt e vili peni, animalibus plerisque phylthagis, hincque Cerealia imprimis eorum Principi hospitanti.

3. LILIA. Patritii, Lucres, Bulbosi triarii, superbientes vestimentis fulgentibus festiviis. Hi pasunt oculos condecorantque regnum venustate adlocorum splendidissimorum.

4. HERBÆ. Nobiles, Prætorises, Annotini, Polymorphi. Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multivario, Odore fragrante, Colore floribus.

5. ARBORES. Proceres, Sylvatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, stipati pedissequis Servis, sustentantes inauspicato clientes Parasiticos, Hi attollunt capita, arent Ventos, imbrant Austantibus, humectant incenspieno imbre, alliciant Vocales, perficiunt fructus; tanquam totidem Naturæ Horti. — Milites armati Spinis Aculeisque, e Plantis utriusque adscriptivi. Hi arent Mammalium hostium injurias.

6. FILICES. Novæcæolæ, Lachrosi, Stipitati, Dorsiferi, maeres. Hi præparant posteris Terram.

7. MUSCI. Servi, Hyemales, Imbricati Calyptrati, Reviscentes, impasti, loca omnia a prioribus relicta occupant numerosissimi. Hi Radices incolarum fovent; ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exsiccantur a Sirio Aestivo; ne evellantur a vicissitudine Venali; ne corrumpantur a Putraime Autumnali; colligunt etiam pro dominorum peculio Humani daedaleam.

8. ALGÆ. Vernaculi, Apigeni, Squalentes, rediviæ, abstemi, indiusendi. Hi inchoant culturam primam Vegetationis.

9. FUNGI. Nomades, Autumnales, Barbari, Demdati, putidi, farices, voraces. Hi flora reducunt Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquillas sordesque.

5. TEXTURA vegetabilium e Vasis succosis — *Tracheis Aëreis* (Æ. S. V.) — *Utriculis secretariis* (Æ. S. V.).

6. SUBSTANTIÆ (PARTES INTERIAR S. V.) Vegetabilium ex Epidermide externe obducente Corticem, deponemem inferiore latere Librum, secedentem in Lignum amolium rigidum, obducentes Medullam.

7. PARTES (EXTERIAR S. V.) Vegetabilium primariæ tres sunt: — *Radix* descendens, aquosa sorbens,

1) Obs. Hic introitus Præcedentis loco adest in S. VII. XIII. et (mut. mutandis) S. V.

2) §. 3 et 4. in S. A. atque.

§. 3. FAMILIAR vegetabilium sunt Plantæ (Herba, Arbor), Palmæ, Gramina, Filices, Musci, Algæ, Fungi.

§. 4. PARADISUS Telluris obducit terram Pauperimis Muscis, ne Gelu Siriove destruantur radices, quam dein legit Vulgus Gra-

minum vires, primarium animalium alimentum, condecoratque Nobilissimis Herbis, florum structura admiranda, colore lucente, odore fragrante, sapore variante identitibus, inter quas Proceres Arbores pedissequis stipatæ attollunt capita, arent Ventos, imbrant a radiis, humectant incenspieno imbre, multiphævi equam, perficiunt fructus, alliciant vocales aëras; Naturæ Horti!

nutriens. — *Herba* adscendens, aërea spirans, movens. — *Fructificatio* paudens, aetherea halans, generans.

8. (7.) *RADIX* terrenis humentibus inserta exerit Radiculas capillares, saepe superne concurrentes in solidum Caudicem descendente sub terra, aut etiam adscendentem supra terram.

9. (8.) *HERBA* annua, aëreis commissa, constat Herbaceo, Trunco, Folio, Fulcro: —

HERBACEUM compendium Herbae totius, squamosum: — *Rubus* e basibus Foliorum praeteritorum: — *Gemma* e rudimentis Foliorum futurorum.

10. *TRUNCUS*, atollens Herbam Fructificationemque, (Rami Partes Trunci sunt) est vel *CAULIS*, Herbae, foliosus: — *Calmus*, Graminis: saepius gemulatus articulis inanihus: — *Scapus*, Roboris, aphyllus floriferus: — *Pedunculus* ramus Caudis floriferus: — *Petiolus* ramus Foliferus, folio proprio: — *Stipes* a folio non distinctus: *Palms*, Filicibus.

11. *FOLIUM* expandens per aëra superficium, volatile, saepe petiolatum: — *Folium* partiale est folii compositi, — *Frons* folium e stipite factum: in *Palms* et *Filicibus*.

12. *FULCRUM* administrans pro Vitae necessitate: — *Stipula*, foliorum, ad eorum basin, foliacea, — *Braeeta*, Florum, ad florum pedunculorumve basin, foliacea, — *Pulces*, vestiens villositate, — *Glandula*, secretans huiusmodi, — *Spina* eorum tantum cornu lignoso, — *Acutus*, sparsus, ungue corici tantum inserto, — *Cirrhus*, scandens flo. 3).

13. (9.) *FRUCTIFICATIO* temporaria, terminans, lege naturae spontanea delihescens *metamorphosi* (ϕ. S. X.), ut substantia Interna pateat Flore et Fructu: — *Flos* sit e *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Pistillis* — *Fructus* e *Pericarpio*, praegnanate *Seminibus*, affixis *Receptaculo* 5).

14. *CALYX* Tegumentum exterius Floris e *Cortice*, cujus species 7: — *Volva*, *Fungi*, *lucera*; — *Calyptra*, *Musci*, *callata*: — *Spatha*, *Palmae*, *cajiata*; — *Gluma*, *Graminis*, saepius *bivalvis*; — *Perianthium*, *Plantae*, corollae approximatum; — *Involuerum*, *Plantae*, a flore remotum, saepius umbellae, — *Involucellum*, partiale *involuerum*; — *Amentum*, *Gemmaeum*, *imbricatum*, *commune*.

15. *COROLLA* Tegumentum interius Floris e *Libro*: — *Petalum* membranaceum: *Limbo* aut *Laminis*, *Tubo* aut *Unguibus*; — *Nectarium* nectariferum proprium, mel promens.

16. *STAMEN* Viscus exterius e *Ligno* et *Viscido* Masculum: — *Filamentum* sustinens *Antheram*: — *Anthera* foeta granulata *Polline*, et hoc *Fovilla*.

17. *PISTILLUM* Viscus interius e *Medulla*, *Genitale* Feminum: — *Germen*, *Fructus* rudimentum, inferius, — *Stylus*, a germine elevans *Stigma*, intermedium, — *Stigma*, rotidem, pubescens, supremum.

18. *PERICARPIMUM*, *Germen* deloratum seminiferum: — *Capsula*, membranacea, valvis delihescens varie in variis — *Siliqua*, membranacea, bivalvis, sutura utraque seminifera — *Legumen*, membranaceum, bivalve, sutura altera seminifera — *Folliculus*, membranaceus, univalvis, latere delihescens, a seminibus distinctus — *Bacca*, pulposa, *Seminibus* distinctis — *Drupa*, pulposa, *Nucleo* osseo — *Ponum*, pulposum, *Capsula* includente semina — *Strobilus*, imbricatus, *Amenti* coarctati.

19. *SEMIN*, *Ovum*, nova planta praegnanis, deciduum, in uicatum: — *Hilum*, circatrix umbilicalis — *Cotyledones* bibulae, placentam uterinam constituentes — *Corculum*, novae plantae compendium, connectens *cotyledones*: — e *Rubilla* acuminato, dorsum germanante, — e *Plumula* imbricata, sursum exerescente. — *Pappus* interdum coronat semen, — *Afilus* interdum includit partiatim semen.

20. *RECEPTACULUM*: basis partes fructificationes connectens: — *Proprium*, uicis floribus — *Commune*, pluribus floeulis sessilibus, — *Umbella*, inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos: *Umbellula*, partialis umbella, — *Cyma*, umbella composita ramulis alternis, — *Spadix*, intra *Spatham*, praepriis *Palmae*, — *Rachis*, *Spicae* *Graminis*, cui flores inserti 3).

21. *MACHINAE* Vegetabilis substantia constat duplici contraria: — *Corporea* externa, includens, nutritiva, descendens, terrenis adhaerens, studiosè medullam incarcerans, duriuscula, apice tenuerrimo accrescens. *Medulla* interna, inclusa, vivificans, basi delihescens, apice adscendens, multiplicatione divisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, a primordio occulte festinat lenteque versus minimum resistendum ad summum, suum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo claustra citius reserat metamorphosin subitura, quaeque evasura sese cum corpore copulat, ut in novas dispergenda vitas circulus perennet 3).

22. (15.) *GERMINATIO* fit dispersis *Seminibus*, per *Hilum* absorbentibus aquam, unde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, usque dum factus *Rostellum* *Radicalis* exserat, quo erigatur *Plumula* accrescens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* superdecomposita.

23. (12.) *VEGETATIO* fit *Radiculis* sugentibus tincturam aquosam *Humi*, quae, calore quotidie addito, lente, pellitur per corporei externi vas, unde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante superfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis secedentem in substantiam *Ligneam* (ex *Annulis* annuatis interstinctis *Alburno*, demum ab emarcidis inferioribus ramis subsossificato) sustentatarum *Caudicem* adscendentem, intra cujus apices *Medulla* vive proferat. („*Natura ubique in finem sui propebat*: — *in originem parce utitur viribus*: — *in decursu fallentibus incrementis se dispensat*: — *in exitu ad ruinam toto impetu venit*“ *Seneca*. — *S. III.*)

MEDULLAM concipio fasciculum e fibris *Nerveis* isacelem for mantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos, hinc divergentes, penetrans corticem etiamum subgelatinosum, ubi hi nervi medullares apice similiter multiplicantur in *Gemmam*. A dissecto, per hunc nervum, vase adscendente, impeditoque subius adscensu humoris propulsi, extenditur cortice in *Folium*.

FOLIUM hoc, quod exeretor volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis *Parasiticorum*, antea praeparatorum) humores, pagina superiore a luce electricum inspirat, pagina inferiore rotidem perspirat, a casu nunquam renasciturum.

DECLARATUR vero *Larva* herbae, ubi *Medullae* major propulsi, quam includentis *Corporei* retentio, qua aperitur substantia *Corticis* in *Calycem*, *Libri* in *Corollam*, *Ligni* in *Stamina*, *Medullae* in *Pistilla*, terminante vegetationem nova vita, collectis filiis in ultima *Medullae* semina 3).

1) §. 9. 10. 11. 12. in S. X. efficiat unum §. 8. multo abbreviatum. Hinc serius numeri duplires.

2) Paulto utitur disposito S. X.

3) §. 14 — 20. multo brevius, nec tamen cum essentiali discrepantia, sub §. 9. sequuntur in S. X.

4) Huius loco duo §. 10. et 11. omitti e S. X.:

§. 10. *SOBOLES* praesentis anni Folia sunt; in sequentis Braeetae: tertii Perianthium, quarti Petala, quinti Stamina, staminibusque exhaustis Pistillum. Patent haec: per se; ex *Ornithogalis*; e luxuriantibus; proliferis; plenis; et *Cardus*. — (Cf. §. 24. ult.)

§. 11. *VITA* *MEDULLARIS*, fungosa, adscendens, multiplicatione divisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, incarcerata intra *Corpus* *Corticale*, nutritivum, descendens, terrenis adhaerens, a primordio suo occulte festinat etc. *Reliqua* ut supra.

5) S. X. tota haec sectio paullo rubus breviusque — *Reliqua* nunc sequuntur, (in *Diss. de Protepsi* planta rion fusius conferenda. *Amoen.* ac. 6. n. 118. et 120.), plane desunt. ad finem usque, in S. X., eorundem loco tres §. §. exhibentur:

§. 13. *FLOS*, planta interior nuda, exuta *Larva* *Herbae* mera metamorphosi, instar alligati insecti volitantis, coleoprato *Calyce*, alaribus *Corollis*, constat solis viscerum genitalibus *Staminibus* et *Pistillis*, quorum germina adolescent in foecundum ovarium *Pericarpium*, gravidum ovis seminum. — (Cf. §. 25.)

§. 14. *FLORESCENTIA* sistit laetias Vegetabilium generantes, dum *Pollen* vesiculare inaspersum rotido *Stigma*ti, rumpitur ab humidi contactu, efflatque elaterem, absorbendum ad *Semina*, novam vitam resuscitando.

§. 15. (factus est superior §. 22.)

24. PROLEPSIS sistit Metamorphoseos Plantarum mysterium, quo Herbae Larva mutetur in Declaratam Fructificationem; Plantae enim est producere vel Herbam foliosam, vel etiam Fructificationem.

FOLIUM geminum semper in sinu foetus Rami multiplicantis principium, sive actus, sive potentia tale; cumque Folium sit natum ob hujus causam, nec vicissim, nequit existere Folium, nisi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam causam manifestus.

GEMMA gemina est Rami futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma semper constat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. Cumque Folia sine Gemma existere nequeant, necesse est, quod Gemma lateat in sinu cujusvis squamae gemmaeae, confirmante autopsia, adeoque nequit omnis Gemma aliud esse, quam corpus a foliis et gemmulis compositum. Sequitur itaque, quod omnis Gemma constet Foliis cum suis Gemmulis et haec *Gemmulae* similiter ex minoribus squamis et gemmulis, et sic porro usque in quintam progeniem (ut in *Volvoce*), nec ultra, confirmante metamorphosi. Ergo Ramus foliosus praesentis anni, foetus sit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, succedentibus semper novis ad uteros apices, in defoliorum, ad basin, locum, et numerum quinarium peremet. Hoc fit in *Arboribus*, ubi medulla moratur a duriori substantia lignea; in *Plantis* annuis autem, ubi minor resistentia corpori laxioris versus medullam, valet haec brevius, absque mora gemmaeae exire in Flores; quodcumque enim valet propulsionem Medullae augere et inclusivam vim Corpori debilitare, id promovet Florescentiam.

FLOREM dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, simul tum proditoras, formando e foliis gemmaeae futuri anni *Bracteas*, sequentis *Calyccem*, insequentis *Corollam*, consequentis *Stamina*, subsequenti *Pistillum*, referentem Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA sistit Plantarum Sponsalia in Flore, (cf. Sponsalia plantarum, Am. ac. I. n. 12.) et Nuptias in Anthesi.

FLOS, exita Herbae Larva, prodit Planta declarata, interna, nuda et perfecta instar *Insecti* aligati volitantis: *Coleopteri* Calvae, *Alati* Corollae, constantis solum *Visceribus* Genitalibus: *Masculis* staminibus ex Antheris *Testicularibus*, repletis Polline *granulati*, continente *Focillum* vivificantem, et *Femineis* Pistillis ex Germine *ovaria*, terminato *Stigmate* *valiferi*, lecto *pube* tubulosa, residante *Lympham* *genitalem*.

ANTHESIS peractior, dum Antherae ruptae spargunt suum Pollen vesiculare supra Stigma, quo ciliat hoc inclusam *Fovillam* masculam, absorbendam a *Lympham* genitalem femineam residante, ut corporum masculum addito *Femineo* medullari conficiat *ovum*, in justam maturitatem fovendum intra *Ovarium*.

26. PRINCIPIUM Fructificationis, Fundamentum Botanices, est altius repetendum.

PROBLEMA: Supponas D. O. O. in primordio e simplici progressum ad composita; et paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creasse plantas diversas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas ipsam dein ita inter se generando miscuisse, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie distincta existunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae structuram floris non mutant) inter se miscuisse et multiplicasse in *Species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum, ab ejusmodi generatione productis *Plantis Hybridis*, utpote sterilibus.

Genus itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

Character ergo non constituat unquam genus, sed sedulo secundum Genus naturae conficiendus est.

Plantae congeneres sunt quoad genus dignoscendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; sed distinguendae in specie secundum Herbam a sociis sororibus, diverso patre productis.

Diagnosis sic plantae consistit in affinitate Generis et in discrimine Speciei.

Nomen plantae itaque, ut utramque diagnosis indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium — *Specificum* Praenomen triviale — sub hoc vero *Synonyma* vaga authorum.

Botanicus, sequendo Classificationes, per Characteres plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; inde ad hujus *Synonyma*; ex his ad *Authores*; exinde ad omnia, quae de objecto quaestionis, seculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipsa planta suum Nomen suamque Historiam in tanta multitudine specierum imo individuorum; hoc finis Botanices primus, seculi nostri inventum, in quod perliciendo desudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS verus desudabit in augendo amabilem Scientiam.

DESCRIPTIONES conficiat verbis characteristicis, Plantarum imprimis obscuriorum, rariorum novarumque, ad normam Definitionis plantae, more C. L. filii et Schreberi in *Decuriis*. — *Figuras*, si poterit, addat, quae representent Plantam perfectam, quales dederit Vaillant, Dillenius, Ehret, Jacquin, Trew, Schmiedel et alii. — Differentias specificas eruat compendiosas, proximissimasque. — *Synonyma* authorum inquirat, imprimis selectiora: uti Hallerus. — *Genus* naturale semper Speciei praefigat, et ubi novum, Characterem naturali definit ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione. — *Species* vagas novasque ad certa genera referat, uti Tournefort, Plumier, Browne, Jacquin. — *Ordinem* naturalem, ubi patet, indiget. — *Stationes* cujusvis plantae notet, ideoque plures Floras, ubi licet, producat, imprimis Aestrales et Exoticas. — *Proprietates* observet, quales Duratio, Seminatio, Gemmatio, Vernatio, Aestivatio, Nuptiae, Florescentia, Calendarium, Horologium, Somnus, Qualitates. — *Usus* addat: quales *usum Naturae* (Pauis Pandoraeque), *Medicus*, *Oeconomicus* etc. et quaecumque in his cedant imprimis in gloriam Authoris et in commodum generis Humani, ut posteris demum obambolent in serena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hircuitalientes: *Leges* Artis proclamant, antequam Naturales didicere: — *Absonos* extollunt, Praestantiores rodunt zelo stomachoso: — *Compilant* furtim aliena, propria vix detegunt: — *Grano* eruditionis reperto stentorii ebuccinant: — *Genera* e male assumis lacerant, multiplicant: — *Methodum* naturalem sibi notam crepant.

Dedisti mihi DOMINE artem,

meam mercedem, et in illa ludando nomen Tuum.
David. (S. X. XII)

DELINEATIO PLANTAE 1).

I. THEORIA.

GENUS. Nomen selectissimum — Character naturalis, essentialis, artificialis — Classis Ordoque Systematis praestantissimi — Ordo naturalis demonstrandus.

SPECIES. Nomen triviale — Differentia specifica demonstranda: certissima, brevissima — *Synonyma* e descriptione s. figura selecta; vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis generici, specifici — Inventor cum tempore — Eruditio Historica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX duratione annua, biennis, perennis — figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa —

1) Et S. XII. VIII. et (paucis mutatis) S. X. — S. XII. notulam add.: Descriptiones fundamentales secundum hanc de-
lin. Plantae dederunt Linné filius et D. Schreberus in suis *decuriis*.

b. repens, articulata, dentata — *c. globosa*, tuberosa, fascicularis, palmata — *d. bulbosa*, granulata.

TRENCS specie *Caulis*, *Culmus*, *Scapus*, *Stipes* — *duratione* herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arboreus — *solidus*, *inanis*, *fistulosus* — *mensura a.* (proportio ad folia reliquasque partes) — *b. crassities* ex simili notissimo.

directione a. erectus, strictus, rigidus, — laxus, obliquus, ascendens, declinatus, incurvatus, nutans, — diffusus, procumbens, stoloniferus. — *b. sarmentosus* radicans, repens. — *c. geniculatus*, flexuosus, scandens, — volubilis: sinistrorsum, dextrorsum.

figura a. teres, semiteres, compressus, — anceps, 3-10 angulatus, — acutangulus, obtusangulus. — *b. 3-6* gonus, 3-5 quater.

vestitu nudus, aphyllus, foliatus, — vaginatus, squamosus, imbricatus.

superficie a. suberosus, rimosus, tunicatus. — *b. laevis*, striatus, sulcatus, — *c. glaber*, scaber, muricatus, — tomentosus, villosus, hispida, — aculeatus, spinosus, urens. — *d. stipulatus*, membranatus, bulbiferus.

compositione a. e nodis, simplicissimus, simplex, integer. — *b. articulatus*, proflifer, dichotomus, — brachiatus. — *c. subramosus*, ramosus, ramosissimus. — *d. Virgatus*, paniculatus, fastigiatus. — *e. patens*, divaricatus.

Ramis a. *structura Caulis*, *Frondis*. — *b. alternis*, distichis, sparsis, confertis, oppositis, verticillatis. — *c. erectis*, coarctatis, divergentibus, — divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis. — *d. altitud.* caulis, longis, brevibus, patentibus.

FOLIA: DETERMINATIONE, loco radicalia, caulina, ramea, — axillaria, floralia, — numero unicum, duotria, pauca, plurima.

situ a. alterna, disticha, bifaria, — sparsa, conferta, imbricata, — fasciculata, bina, terna, quaterna, quina, — confluentia, approximata, remota. — *b. opposita*, decussata, stellata.

directione a. erecta, stricta, rigida, adpressa, — patentia, horizont. assurgentia, inflexa, — reclinata, recurvata, revoluta, dependentia. — *b. obliqua*, adversa, verticalia, resupinata. — *c. submersa*, natautia, radicantia.

insertione a. petiolata, peltata — *b. sessilia*, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

STRUCTURI figura *a.* subrotunda, orbiculata, ovata, ovalia — *b. oblonga*, parabolica, cuneiformia, spatulata — *c. rotundata*, lanceolata, elliptica, linearia, acerosa.

Nota. Ob loco obverso, e. gr. obovata, obovata, etc. — Sub loco fere, e. gr. subcordata, subovata, etc. — Coadunatum saepe figuræ ejusdem divisionis, non vero diversæ bene „lanceolato-ovata“, „ovato-lanceolata“ etc. — male „lanceolato-acuta“, „ovato-mucronata.“

angulis integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia. — *sinubus a.* cordata, reniformia, lunata, — sagittata, hastata, panduriformia, *runcinata*. (Æ. S. A.). — *b. fissæ*, 2-5 loba, 2-fida, 3-5 partita, — palmata, lyrata, pinnatifida, sinuata, — laciniata, squarrosa.

margine a. integerrima, erenata, serrata, ciliata — dentata, spinosa, cartilaginea; — *b. repanda*, lacera, erosa, daedalea. — *apice a.* obtusa, emarginata, retusa, praemorsa, truncata; — *b. acuta*, acuminata, cuspidata, mucronata, cirrhosa.

superficie a. pagina: superiore, inferiore, — nuda, glabra, nitida, lucida, colorata; — *b. nervosa*: trinervia, *trinervata* (Æ. S. A.), tripplinervia, enervia, lineata, striata, sulcata; — *c. venosa*, rugosa, bullata, lacunosa, avenia; — *d. punctata*, papillosa, papulosa, viscida; — *c. villosa*, tomentosa, sericea, lanata, barbata; — pilosa, scabra, hispida, aculeata, strigosa.

expansione plana, canaliculata, concava, convexa. — *acullata*, plicata, undata, crispata. — *substantia a.* membranacea, scariosa, gibba. — *teretia*, depressa, compressa, carinata; — *b. compacta*, tubulosa, pulposa, carnosata; — *c. triquetra*, ancepita, lingulata, ensiformia, — subulata, acinaeiformia, delabriformia. — *mensura* brevissima, longissima, respectu ad caulem articulosve; —

duratione decidua, caduca, persistentia, perennia, semipervientia.

COMPOSITIO *Composita* articulata, *Conjugata* — *Digitata*: binata, ternata, quinata — *Pedata* — *Pinnata*: bifida, trifida, quadrijuga etc. — *cum impari*, abrupta, cirrhosa — *Folioli oppositis*, alternis, interruptis, decursivis. — *Decomposita* bigemina, biternata, bipinnata. — *Supradecomposita* tergemina, tritermata, tripinnata.

Terminarum Definitiones dedi in Anoen. Acad. 6. p. 27; Figuras autem in Horto Cliffortiano, Philosophia Botanica, Læc. Introduction. Miller Dictionario, Saucagesii methodo. S. II.

FURCÆ: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLUS figura linearis, alatus, clavatus: membranaceus, teres, semiteres, triquet. canaliculatus. — *magnitudine*: brevissimus, brevis, mediocris: longus, longissimus. — *insertione*: insertus, adnatus, decurrens: amplexicaulis, vaginatus, appendiculatus. — *directione*: erectus, patens, assurgens, recurvatus. — *superficie*: glaber, aculeatus, nudus: articulatus, spinosus.

STIPULÆ a. geminae, solitariae, nullae; — *b. laterales*, extrafoliæ, intrafoliæ, oppositifoliæ; — *c. caducae*, deciduae, persistentes, spinoscentes; — *d. sessiles*, adnatae, decurrentes, vaginantes; — *e. subulatae*, lanceolatae, sagittatae, lunatae; — *f. erectae*, patentes, reflexae; — *g. integerrimae*, serratae, ciliatae, dentatae, fissae; — *h. brevissimae*, mediocres, longae.

CIRRHUS a. axillaris, foliari, petiolaris, pedunculatus; — *b. simplex*, trifidus, multfidus; — *c. convolutus*, revolutus.

PUBES a. pili, lana, barba, tomentum, strigae; — *b. setae*: simplices, hamosae, ramosae, plumosae, stellatae; — *c. hami*, glochides; — *d. Glandulae*, Uriculi — foliæ: petiolares, pedunculares, stipulares; — *e. viscositas*, glutinositas.

ARMA a. *Aculei*: recti, incurvi, recurvi. — *b. Furcæ*: bifidae, trifidae. — *c. Spinae*: terminales, axillares, calycinae, foliæ: simplices, divisae. — *d. Stimuli*: pungentes, urentes.

BRACTEAE a. coloratae, caducae, deciduae, persistentes; — *b. una*, duae, plures. — *c. Coma*. — *d. Foliorum caetera addenda*.

PEDUNCULUS partialis (a-e), communis, Pedicellus. — *a.* loco radicalis, caulinus, rameus. — *petiolaris*, cirrhiferus, — terminalis, axillaris. — *oppositifolius*, lateriflorus, interfoliaceus, suprafoliaceus, extrafoliaceus (Æ. S. A.). —

b. situ alternus, sparsus, oppositus, verticillatus. — *c. numero* solitarius, geminatus, umbellula sessilis. — *d. directione* adpressus, erectus, patens, cernuus, — resupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adscendens, — pendulus, strictus, flexuosus, retrofractus. —

e. mensura brevis, brevissimus, longus, longissimus. — *f. multiflorus*, unilorus, biflorus, triflorus, etc. multiflorus. — *g. structura* teres, triquet. tetragonus, — filiformis, attenuatus, clavatus, incrassatus, — nudus, squamosus, foliatus, bracteatus, — geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA — graduali modificatione scandit: Spadix, Cyma, Umbella, Umbellula, Aggregata, Composita, Spica, Amentum, Strabilus, Corymbus, Racemus, Panicula, Thyrsus, Fasciculus, Capitulum, Verticillus, Latriflor. etc. (Æ. S. A.):

Flor es terminales, laterales, sparsi, — sessiles, pedunculati, — unicus, solitarius, terni etc. copiosi, — erecti, cernui, nutantes, *resupinati*, (Æ. S. A.) — *verticales*, horizontales.

A. VERTICILLUS a. sessilis, pedunculatus — *b. nudus*, ino lucratus, bracteatus — *c. confertus*, distans.

B. CAPITULUM a. subrotundum, globosum, dimidiatum — *b. foliosum*, nudum. Fasciculus.

C. SPICA a. simplex, compos. spicillis, glomerata, — *h. ovata*, ventricosa, cylindrica, interrupta. — *c. imbricata*, articulata, ramosa, — linearis, ciliata, foliacea, comosa.

D. CORYMBUS simplex, compositus. — *E. THYRSUS*, nudus, foliatus. — *F. RACEMUS a.* simplex, compositus. — *b. unilateralis*, *serandus*. (Æ. S. A.), pedatus, conjugatus, — *c. erectus*, laxus, dependens. — *d. nudus*, foliatus. — *G. PANICULA*, Trunci structura.

FRUCTIFICATIONE ex numero, figura, proportione, situ partium. — Simplex, Composita ex Flouculis.

CALYX: Perianthium fructificationis, floris, fructus:

Proprium *a.* monophyllum, polyphyllum — *b.* 2-5 fidum, 2-3 partitum, integrum — *c.* tubulosum, patens, reflexum, indatum — *d.* abbreviatum, longum, longitud. tubi — *e.* obtusum, acutum, spinosum, aculeatum — *f.* *aequale, inaequale, tubiatum.* (ϑ. S. X.)

Commune, imbricatum, squarrosum, calyculatum, *scariosum* (ϑ. S. X.).

Involucrum, *a.* universale, partiale, proprium, — *b.* monophyllum, polyphyllum. —

Gluma, *a.* unilora, 2-multiflora, — *b.* univalvis, bivalvis, multivalvis, — *c.* colorata, glabra, hispida.

Arista, *a.* mutica, terminalis, dorsalis, — *b.* recta, torilis, geniculata, recurvata.

Amentum, squamosum, nudum. — **Spatha**, univalvis, bivalvis, dimidiata — **Calyptra**, recta, obliqua. — **Volva**, approximata, remotissima.

COROLLA: **Petali** *a.* Tubus s. Ungues; Limbus s. Laminae — *b.* monopetala, 2-6-polypetala — *c.* regularis, irregularis, inaequalis — *d.* globosa, campanul. infundibuliform. rotata — ringens, personata; labio superiore et inferiore; *Ricta*: *Palata* (ϑ. S. X.) — cruciata, concava, patens — **Papilionacea**: vexillo, alis, carina — *e.* Composita: ligulata, tubulosa, radiata — *f.* Color. — **Nectarium**, proprium, petalinum.

STAMINA, Filamenta, numero, figura, insertione, *proportione* (ϑ. S. X.) — aequalia, inaequalia; connata. — **Antherae**, distinctae, connatae; laterales, *incumbentes, erectae* (ϑ. S. X.) — loculi, apertura. — **Pollen**, figura.

PISTILLUM, Germen superum, inferum. — **Stylus** numero, proportione, divisione, figura. — **Stigma**, numero, figura.

PERICARPIMUM. — **Capsula**: figura, valvulae, loculamenta, dissepimentum — bicapsularis etc. bilocularis etc., *didyma*, (ϑ. S. X.) tricoeca etc. I). — **Siliqua** figura, compressa, torulosa, articulata — Dissepimentum parallelum, transversum. — **Legumen** figura, articulata, 1-2-locularis, *isthmis* (ϑ. S. X.). — **Folliculus** univalvis, *biculis* (ϑ. S. XII.), figura. — **Drupa** succulenta, sicca. — **Pomum** figura, loculamenta. — **Bacca** monosperma etc.: nidulantia semina. — **Strobilus** figura totius, squamarum.

SEMEN numero, figura, loculis, superficie, consistentia. — **Hilum**, **Coraculum**. — **Corona**: Pappus, stipitatus, capillaris, plumosus. Cauda, hamus, calyculus. — **Nux** unilocularis, bilocularis etc. — **Arillus** cartilagineus, succulentus.

RECEPTACULUM fructificationis, floris, fructus. — **Commune** *a.* nudum, punctatum, pilosum, paleaceum, *b.* plannum, convexum, micrum, sulcatum. — **Compositus** flos, *ex Flosculis*. (ϑ. S. X.) — **Aggregatus** flos. — **Umbella** *a.* simplex, composita ex Universalii Partiatique, prolifera, *b.* concava, fastigiata, convexa, *c.* erecta, mutans. — **Cyma** nuda, bracteata. — **Spatix** *a.* multiflorus, multilobus, *b.* simplex, ramosus *Ruchis spicae* (ϑ. S. X.).

III. HABITUS.

GERMINATIO, Bullus solidus, tunicatus, squamatus, caulibus: — *Gemma* (ϑ. S. X.) origine petiolaris, stipularis, corticalis, — contento foliaris, floralis, communis. —

VERNATIO, conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, — imbricata, equitans, obvoluta, plicata, — *reclinata, inclinata* (ϑ. S. XII.), circinalis. — **AESTIVATIO** convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequalis. — **TORSIO** *a.* conformis, difformis. — *b.* dextra, sinistra, reciproca. — *c.* resupinata, circinalis.

VARIATIO coloris, magnitudinis, pubescentiae, aetatis. — **EXTERNA**: plicata, fasciata, — latifolia, tenuifolia, crispata, — mutica. **INTERNA**: *a.* mutilata, grandiflora,

b. multiplicata, plena, prolifera, *cristata*. (ϑ. S. X.) — *c.* vivipara, bulbifera.

SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodica. — **Generatio** mysteria. — **SEMINATIO** Seminis cauda, ala, pappus, — hamuli, gluten, curvatio. — **Pericarpium** baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas, structura. — **PLUCENTATIO** Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. STATIO. (Locus S. X.)

CLIMA boreale, mediterraneum, Alpinum, — *Marinum* (ϑ. S. X.) — orientale, australe, occidentale, indicum.

SOLUM lacustre; litorale, maritimum, *salsum*, (*littorale* S. X.), — palustre, inundatum, uliginosum, caespitosum, (*alpinum*, S. X.) — nemorosum, sylvaticum, arvense, — pratense, campestre, montanum, — ruderale, cultum.

TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena. — Parasitica.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, mensium, annuum, biennae. — **FRONDESCENTIA** Vernatio praecox, aequalis, serotina; Autumnatio praecox, lenta, cunctanea. — **CALENDARIUM** 1. Germinati, Frondescentiae, Florescentiae; 2. Grossificationis, Maturationis, Messis; 3. Exsolutionis, Defoliationis, Congelationis; 4. Brumalis, Glacialis, Regelationis. — **HOROLOGIUM** *a.* Vigiliae meteoricae, tropicae, aequinoctiales; *b.* apertiones, reclusionis. — **SOMNUS** comivens, includens, circumsepiens, muniens, conduplicans, involvens, divergens, dependens, invertens, imbricans. — **DURVIO** Planta e caduceae, sensiles, perpetuae; Flores ephemeri, tridui, menstrui; Fructus praecoces, serotini, annui.

VI. QUALITAS ?).

ODOR: Ambrosiacus, Fragrans, Spirans, Aromaticus, Orgasticus — Hircosus, Nidorosus, Teter, Nauseosus, Virusus. — **SAPOR**: Aquosus, Acidus, Pinguis, Dulcis, Mucosus — Siccus, Amarus, Stipticus, Acris, Salsus. — **COLOR** Hyalinus, Ruber, Purpureus, Albus, Tristis — Niger, Luteus, Viridis, Cinereus, Testaceus. — **TACTUS** Hamidus, Tomentosus, Succosus, Carnosus, Viscidus — Aridus, Lucidus, Scariosus, Membranaceus, Scaber. — **MENSURA** Linearis, Pollicaris, Spithameus, Pedalis — Unguicularis, Palmaris, Dodrantalis, Orgyalis.

VII. USUS. (Utilitas S. X.)

NATURALIS Oeconomia naturae *ejusque Politia* (ϑ. S. X.). — Sympathia l. antipathia. — Pan mammalium phytiphagorum domesticorum. — Pandora insectorum.

ARTIFICIALIS Civiliaris: Radices, Olera, Finctus. — **Officialis** *a.* simplicia, praeparata, *b.* pretium, locus. — **Medica**: Vires, Usus. — **Oeconomica** instrumentalis — pastoralis tinctoria — culturae: *Cercalia, Macellum, Officinalis, Arboretum, Fructum, Pomona, Pascua.* (S. XII.) [*Cercalium, medicum, hortorum, arborum, sepium, pratorum, S. X.*].

1) Hic nobis optime adungi posse videtur *Nata*, in S. X. et XII. ut *Classis VIIae conspectum generum annua*, (ubi spatium vacuit), quae sequens est: Circumscissam Capsulam dextimus illam, quae maturo fructu horizontaliter discedit. — Superius Flos S. Calyx, cui germen sub receptaculo, vel ejus Calyx abit in fructum, secundum Tournefortium. — Inferius Flos S. Calyx, cui germen sub receptaculo, vel ejus Pistillum abit in fructum, ex mente Tournefortii. — Ergo Fructus inferus et

Flos superus idem sunt; ut ex opposito Fructus superus et Flos inferus.

2) Totus §. in S. X. talis: **ODOR** inodorus, fragrans, ambrosiacus, aromaticus, hircosus, teter. — **SAPOR** siccus, stipticus, amar, salsus, acris, aquosus, pinguis, acidus, dulcis, viscosus. — **COLOR** *a.* hyalinus, albus, emerus, niger, luteus, ruber, cinereus, viridis. *b.* mutabilis, autumnalis. — **CONSISTENTIA** *a.* exsiccata, carnosus, succosus, glutinosus, *b.* aquosus, viridis, albus, luteus, rubrus.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS ¹⁾.

NUPTIÆ PLANTARUM.

Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.
Florescentia.

PUBLICÆ.

Nuptiæ, omnibus manifestæ, aperte celebrantur.
Flores unicuique visibiles.

MONOCLINIA.

Mariti et uxores uno eodemque thalamo gaudent.
Flores omnes hermaphroditæ: stamina cum pistillis in eodem flore.

DIFFINITAS.

Mariti inter se non cognati.
Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

INDIFFERENTISMUS.

Mariti absque subordinatione.
Stamina longitudine indeterminata.

1. MONANDRIA.
2. DIANDRIA.
3. TRIANDRIA.
4. TETRANDRIA.
5. PENTANDRIA.
6. HEXANDRIA.
7. HEPTANDRIA.
8. OCTANDRIA.
9. ENNEANDRIA.
10. DECANDRIA.
11. DODECANDRIA.
12. ICOSANDRIA.
13. POLYANDRIA.

SUBORDINATIO.

Mariti certi reliquis præferuntur.
Stamina duo semper reliquis breviora sunt.

14. DIDYNAMIA.
15. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.

Mariti propinqui et cognati sunt.
Stamina cohererent vel inter se, vel cum pistillo.

16. MONADELPHIA.
17. DIADELPHIA.
18. POLYADELPHIA.
19. SYNGENESIA.
20. GYNANDRIA.

DICLINIA (a δῖς bis et κλίη thalamus) duplex thalamus.

Mariti et Feminae distinctis thalamis gaudent.
Flores masculi et feminei in eadem specie.

21. MONOECIA.
22. DIOECIA.
23. POLYGAMIA.

CLANDESTINÆ.

Nuptiæ clam instituuntur.
Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

¹⁾ Obs. Pluræ sic in S. I. II. X. XII. XIII. et S. XVI. Tom. 3., typis tantum aliter dispositis. Eadem etiam in G. VI. In G. I. II. et Class. plantarum brevius, omissa nempe ubique Nuptiarum allegoria. — In Syst. I. latus sinistrum vacuam hujus tabulæ his verbis ornat: ..

..Flos est plantarum gaudium!
,, — — — — sic planta propagat.⁶⁾

CLAVIS CLASSIUM 1).

- I. MONANDRIA. a *μόνος* unicus, et *ἀνήρ* maritus. Maritus unicus in matrimonio. Stamen unicum in flore hermaphrodito.
- II. DIANDRIA. Mariti duo in eodem conjugio. Stamina duo in flore hermaphrodito.
- III. TRIANDRIA. Mariti tres in eod. conjugio. Stamina tria in flore hermaphrodito.
- IV. TETRANDRIA. Mariti quatuor in eod. conjugio. Stamina quatuor in eodem flore cum fructu. (Obs. Si Stamina 2 proxima breviora sunt, referatur ad Cl. 14.)
- V. PENTANDRIA. Mariti quinque in eod. conjugio. Stamina quinque in flore hermaphrodito.
- VI. HEXANDRIA. Mariti sex in eod. conjugio. Stamina sex in flore hermaphrodito. (Obs. Si ex his Stamina 2 opposita breviora, pertinet ad Cl. 15.)
- VII. HEPTANDRIA. Mariti septem in eod. conjugio. Stamina septem in flore eodem cum pistillo.
- VIII. OCTANDRIA. Mariti octo in eod. thalamo cum femina. Stamina octo in eodem flore cum pistillo.
- IX. ENNEANDRIA. Mariti novem in eod. thalamo cum femina. Stamina novem in flore hermaphrodito.
- X. DECANDRIA. Mariti decem in eod. conjugio. Stamina decem in flore hermaphrodito.
- XI. DODECANDRIA. Mariti duodecim in eod. conjugio. Stamina duodecim in flore hermaphrodito.
- XII. ICOSANDRIA. ab *είκοσι* viginti et *ἀνήρ*. Mariti viginti communitè saepe plures, raro pauciores (ϕ. S. X. seq.). Stamina (non receptaculo) calicis lateri interno adnata.
- XIII. POLYANDRIA. a *πολύς* et *ἀνήρ*. Mariti viginti et ultra in eod. cum femina thalamo. Stamina a 20 ad 1000 in eodem, cum pistillo, flore.
- XIV. DIDYNAMIA. a *δύς* bis, et *δύναμις* potentia. Mariti quatuor, quorum 2 longiores, et 2 breviores. Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.
- XV. TETRADYNAMIA. Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito. Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 autem opposita breviora.
- XVI. MONADELPHIA. a *μόνος* unicus, et *ἀδελφός* frater. Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt. Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.
- XVII. DIADELPHIA. Mariti e duplici basi, tamquam e duplici matre, oriuntur. Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.
- XVIII. POLYADELPHIA. Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt. Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.
- XIX. SYNGENESIA. a *σύν* simul, et *γένεσις* generatio. Mariti cum genitalibus foedus constituerunt. Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.
- XX. GYNANDRIA. a *γυνή* femina, et *ἀνήρ* maritus. Mariti cum femini monstrose connati. Stamina pistillis (non receptaculo) insident.
- XXI. MONOEIA. a *μόνος* unicus, et *οἶκος* domus. Mares habitant cum fem. in eadem domo, sed diverso thalamo. Flores masculi et feminei in eadem planta sunt.
- XXII. DIOEIA. Mares et feminae habitant in diversis thalamis et domiciliis. Flores masculi in diversa planta a femineis nascuntur.
- XXIII. POLYGAMIA. a *πολύς*, et *γάμος* nuptiae. Mariti cum uxoribus et inuuptis cohabitant in distinctis thalamis. Flores hermaphroditi et masculi aut feminei in eadem specie.
- XXIV. CRYPTOGAMIA. a *κρυπτός* occultus, et *γάμος* nuptiae. Nuptiae clam celebrantur. Flores intra fructum, vel singulari modo occultati (S. A. G. VI. S. XII.) (vel parvitate oculos nostros subterfugunt. S. I—II).

ORDINES a Feminis seu Pistillis, ut classes a Maribus seu Staminibus, desumuntur; in Classe Syngenesiae autem a caeteris differunt Ordines. E. gr.: Monogynia, Digynia, Trigynia etc., a *γυνή* femina, praepositis numeris graecis *μόνος*, *δύς*, *τρεῖς*, *τέσσαρες* etc., i. e. *Pistillum* I, 2, 3, 4, etc. Numerus hic pistilli desumitur a Basi styli; si stylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.

Polygamia Aequalis (*Monogamia* S. I. II.) constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus: — i. e. multis flosculis, staminibus et pistillis instructis. — Flores ejusmodi maximam partem vulgo *Flosculosi* (*Compositi* S. II) dicuntur.

Polygamia Spuria (*Polygamia* S. I. II.), ubi thalami vere nuptiarum discum occupant, et ambitum emittunt thalami concubinarum (G. VI. S. XII., antea: meretricium) maritis destitutarum, ut a maritis uxoribus fornicantur: i. e. ubi flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem circum flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo:

(a.) Superflua dicitur, cum feminae maritalitatis fertiles sunt, et familiam propagare queunt; adeo ut *Concubinarum* (Meretr.) auxilium videatur superfluum: — i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmatate instruuntur et semina proferunt; flores quoque feminei radium constituentes similiter semina ferunt.

(b.) Frustranea dicitur, cum feminae maritalitatis fertiles sunt et speciem propagare queunt; *Concubinae* (Meretr.) autem ob defectum vulvae, veluti castratae, impregnari nequeunt: — i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmatate instruuntur et semina proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigmatate careant, semina proferre nequeunt.

(c.) Necessaria dicitur, cum feminae maritalitatis, ob genitalium labem et vulvae defectum steriles, familiam propagare nequeunt; *Concubinae* (Meretr.) a maritis feminarum foecundatis, uxorum locum suppleentibus, solentemque lute propagantibus: — i. e. cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatate pistilli semina perficere nequeunt; foris autem feminei in radio semina proferunt.

(d.) Segregata, cum thalami plurium, cujuscumque sexus et conjugii, ita uniantur, ut unicum Thalamum communem constituent: — i. e. cum calyces floriferi plures comprehenduntur a calyce communi, ut unicum florem conficiant. (ϕ. S. I—X.)

1) Obs.: *Paucis mutatis, eodem exhibetur in S. II, VI., X., XII. et G. VI., nec non in S. I., ubi cum praecedentis tabulae classibus in unum corpus conjuncta est, Folio Maximo, prout S. I. apparuit.*

PRAEFATIO GENERUM PLANTARUM 1).

Haec non sola mihi patefecit opinio famae
Vulgares, quaesita libris nec lectio precis.
Sed Labor et Studium, quibus otia longa dierum
Postposui, *exp. etiam rebus doctave probatum.*

[*Gen. I. II., et. omnis. ult. G. I. VI.*]

RATIO OPERIS 2).

1. OMNIA, quae a nobis vere dignosci possunt, dependent a clara Methodo, qua distinguimus similia a dissimilibus. Haec Methodus quo magis naturales comprehendit distinctiones, eo clarior rerum nobis nascitur idea. Quo circa plura versatur noster conceptus objecta, eo difficilior elaboratur methodus, at magis necessaria evadit. Nullibi tot objecta humanis sensibus obiecti Summus Conditor, ac in Regno Vegetabili, quod totum istum, quem inhabitamus, globum tegit, replet. Ergo si ullibi pura methodus e re est, sane hic: si Vegetabilium claram ideam obtinere sperabimus: hinc Caesalpinus: „Nisi in ordinem redigantur, et velut castrorum acies distribuantur in suas classes, omnia fluctuari necesse est.”

2. Nota itaque ei sunt Vegetabilia, qui (§. 1) similia similibus conjungere, et dissimilia a dissimilibus separare novit.

3. BOTANICI est ille, qui Vegetabilia similia similibus, et distincta distinctis Nominibus, cuiusque intelligibilibus, nescit (§. 2) nominare.

4. NOMINA (§. 3) Plantarum sunt GENERICAE et (ubi plures species) SPECIFICA. Haec debent esse certa et fundata, nec vaga, lubrica vel varie applicabilia; qualia autem esse possunt, necesse est ut sint imposita certis nec vagis generibus (§. 2 §. 6): his enim vacillantibus vacillant et Nomina, ac per consequens Doctrina Botanici (§. 3).

5. SPECIES tot sunt, quot diversae et constantes (*G. II.*) formas in hoc globo (*G. II.*) ab initio produxit Infinitum Eas; quae deinde formae secundum generationis inditas leges produdere plures, sibi similes, quam quae fuere ab initio²⁾. Ergo Species tot sunt, quot diversae formae seu structurae Plantarum, rejectis istis, quas locus vel casus parum differentes (Varietates) exhibuit, hodie nun occurrunt.

6. GENERA autem tot sunt, quot attributa communia proxima distinctarum specierum (§. 5), secundum quae in primordio creata fuere: confirmant haec revelata, inventa, observata. Hinc

Omnia Genera et Species (*Gen. II.*) naturalia sunt. Non enim licet conjungere sub eodem genere Epum et Suen, licet ambae monogulae sint; nec Capreolam, Rangiferum et Alcen genere distinguere, licet cornuum figura differant. Generum itaque limites attenda et sedula observatione inquirere debemus, cum a priori difficilior determinentur, licet hoc opus, hic esset labor, nam „Confusis generibus omnia confundi necesse est.” Caesalp.

7. A FRUCTIFICATIONE plantas distinguere in genera (§. 6) Infinitae Sapientiae placuisse detexit posterior aetas,

et quidem primus, saeculi sui Ornamentum, Conradus Gernerus, uti patet ex Epistolis ejus posthumis, ex tabulis per Camerarium editis. At primus, qui summum hoc inventum cum publico communiavit (*Gen. II.*) itaque usum deduxit, Andreas Caesalpinus fuit. At exspirasset mox, nisi Roberti Morisoni cura resuscitatum fuisset, et a Josepho Pittono Tournefortio ad Regulas Systematicas puras curatum. Confirmarunt hoc deinceps quotquot fuerunt in arte Heroes.

8. Dato haec fundamento (§. 7), haec puncto fixo, mox in usum vertere, mox Systema struere allaborarunt omnes huic laboribus apti: omnes quidem eodem animo, et in eundem finem; at non omnes eodem cum successu. Paucis quippe notus fuit Canon fundamentalis, quem si non observant aediles, illico ruit prima oborta tempestate splendissimum quamvis aedificium: Boerh. Inst. 31. *Docenti procedendum a generalibus ad singularia quaque, dum inventa explicat; ut Inventori, contra, a singularibus ad generalia eundem fuit.* Assumpserunt enim Varii diversas partes Fructificationis pro principio Systematico, et cum eo secundum divisionis leges a Classibus per Ordines descenderunt ad Species usque, et hypotheticis ac arbitrariis his principiis tregant et dilacerant naturalia, nec arbitraria (*Gen. I. II.*) (§. 6) genera; naturaeque vim intulerunt: e. gr. alius a Fructu negat genere conjungi posse Persicam et Amygdalum; alius a regularitate Petalorum negat Valerianam et Valerianoidem Kn. (*G. I. II.*); Capriam Boerh. et Pevikaei (*G. I. II.*); alius a Numero negat Linum et Radiolam Mill.; alius a Localis (*Agrifolium T. et Doctouicum Pl.*) (*Gen. II.*) ubi ipse L. disjunct); alius a Sexu negat Urticam androgynam et sexu distinctam etc. Genere inter se combinari posse; quod si, dicitur, non classe conjungi possunt, multo minus genere; sed non observant se construxisse Classes qualescumque, ipsam vero Creatorem Genera. Hinc tot falsa genera! tot controversiae inter Auctores! tot mala nomina! tanta confusio! Imo eo tandem redacta est res, ut, quoties surgat novus Systematicus, toties horreat orbis Botanicorum. Et nescio sane ipse, num plus damni vel emolumenti attulerint Systematici; certe si iudicet conferantur cum doctis, longe plures fuere. Dolent haec fata Medici, Pharmacopoei, Hortulani, nec sine ratione. Fateor Theoria eorum quod optima esset, si modo Summo conditori placuisset omnes Fructificationes ejusdem generis aequae similes inter se produxisse ac individua ejusdem speciei. Quod cum factum non sit, nihil superest auferri, quin Nos, qui naturae Magistri esse non possumus, nec secundum nostrum conceptum omnes plantas iterum creare, Nosmetipsos Naturae subjiciamus, Notasque plantis inscriptas solerti studio legere addiscamus. Si siagula differens nota fructificationis sufficiens dijudicaretur pro distinguendo genere, quid haesitaremus exemplo tot proclamare genera, quot fere sunt species, vix enim noti nobis sunt duarum specierum flores, inter se adeo similes, quia aliqua intercedat differentia. Et allaboravi quoque quondam a solo flore etiam differentias specificas tradere omnes, licet, facilius cum detur via, minus fructuoso conamine, licet, agnoscenda itaque studeo omnibus Botanicis sanis, si quae certitudo

1) Obs.: *Perpuncis mutatis, quae notavimus, eodem in Genere. Id. I. — VI.*

2) *Cariosum satis nobis videbatur Dedicaciones variarum Editionum reproducere, quae sequentes sunt.*

Gen. I.: Viri illustriss. summoque medico Hermanno Boerhaave. Nullum profecto deest quaerere aliud patrocinium, quod hosce tueri posset flores, quam tuum, Vir Illustris, praeclarum Nomen. Tu enim primus et mirus fuisti, qui in constituendis plantarum generibus partes omnes fructificationis, rejectis ludicris iocibus, adhibuisti. Quantum promoveris rem botanicam, abunde testatur Hortus Lugduno-Batavus, per Te numero plantarum duplo auctior. Tua vel in frigidis terris resonantia merita stimulos addidere mihi ut Tui ad exemplum solis observationibus imitans hosce per decennium haud defatigandis continuaverim labores. Infinitas Tibi jam dudum persolverunt grates vel summam in Arte Viri, quod divina Tua cum orbe literario communicare volueris singulari eruditione et concinna dictione elaborata Scripta. Nomen Tibi quoque debetur sanctorum laus, quod egregia praeclarissimum vi-

rorum opera jamjam peritura dederis immortalitati, Vaillantii vi delict. Swammerdamii, ut taceam Aliorum? Tu igitur qui Aliorum opera tanto studio prosequeris, nec haec parvam opusculum tueri dedigneris. Accipias illud, ut me haecenus consueveris, serena fronte, nec cum, qui Tuis esse studet, favore prosequi desinas. Vale.

Gen. II., I.: Excellentiss. Celsissimoque comiti, Dom. Carolo Gustavo Tessin, regis regniue Sueciae Senatori, Maecenati maximo — ob summa et plane Divina in me collata beneficia, gratus haec genera, in perennem memoriam, devotissima mente conservo.

Gen. VI.: Excellentiss. Celsissimoque Comiti ac Dom., Dom. Andr. J. v. Kopken, Regis Regniue Senatori, Regiae Cancellariae Praesidi, Acad. Upsal. Cancellario, Ord. rez. Equiti et Commendatario. In perennem gratiam erga optimum Evergetam, qui solvit senescentem mature equam, ne curreret ad extremum ridendum et ita duceret, hoc opus devotissime consecrat — C. v. L.

3) *Ante Ed. VI. coalcarium evaniscit L. adhibis rebus* — prod. plures, at sibi semper similes, ut species nunc nobis non sint plures, quam quae facte ab initio.

unquam in arte desideretur „Genera e Species esse naturalia omnia.“ sine quo assumpto principio nulla solus in arte potest obtineri. Vide Fund. Bot. §. 132, 157. *S. I—II. praef. §. 1—4. (G. I. II.) — Supponamus, D. T. O ab iuit o crasse unquam tantum speciem e quovis genere. Supponamus etiam has primas Species dein (vel in primordio, vel in tempore) ab alior. generum speciebus foecundatas; sequetur inde, quod plures videntur Species, dum hac Floris structura evaderent quodammodo Matri similes, ut Herbae structura Patri. Confer. Am. acad. 6. p. 279. — (G. II.)*

9. Assumpto hocce postulato (§. 9) procedant secundum eam Methodum singuli; dividant Genera haec in Ordines et Classes; Causalinus, Hermannus, Rajus, Kuant p. a tractu, Tournefortius a figura Corollae, Rivinus a numero et aequalitate Petalorum, Magnol a Calyce, et rei noxae adferent hae methodi omnes; sed contra, si bene elaboratae, summam utilitatem; dum videre licet, quantum haec vel illa pars fructificationis considerata valeat in his vel illis Classibus Naturalibus. Parum refert, qua methodo potestis pervenire ad genera frulliana via. Ista reliquis praeferenda est, quae certiori tramite securus ad ea ducit, quaeque maxime universalis est; vix enim credo ullos facili adeo natos esse memoria, ut, absque Systemate, genera tenere queant. Methodus itaque erit viae dux; Ordines enim sunt Classes subalternae; et pauca distinguere genera facilius esse, quam omnia, nullis inficiis ibit. Non quidem nego aequè dari Classes naturales ac Genera naturalia; non nego quin methodis naturalis et nostrae et omnium inventarum methodis longe praeferrì deberet; sed ideo omnes methodos naturales haecenus exclamatas, et in me defensionem provocatus suscipio, quod nulla, ne unica classis, antea data, in ullo systemate, naturalis sit, quamdiu ista genera istique characteres, qui jam sunt, sub ipsidem militent. Facile est maxima in (G. I. II.) (plus quam dimidium G. I. II.) notorum generum partem ad suas Classes amandare, at eo difficilius reliqua. Nec sperare fas est, quod nostra acta Systema quoddam Naturale videre queat, et vix seri Nepotes. Attamen plantas nosse studentes; ideoque interim Artificiales assumendae sunt Classes et Succedaneae.

CLASSES NATURALES omnibus ariderent, modo quis eorum characteres enire posset; has autem sistere absque characterè propria genera comprehendente et aliena removente, esset idem, ac antem methodum rejicere et ad accessam faciem velle coequiri. Veteres tempore Bauhinorum arte classibus naturalibus adhaerebant, sed deficiente characterè nondum rite detectis fructificationis partibus, usque dum Tournef. clara fructificationis luce descendebat ad obscura antea genera. Ex. gratia: Conveniat necesse est ordine naturali Melianthus, Epimedium, Hyscopium, Fumaria, Impatiens, Utricularia etc., sed quis ex ulla fructificationis parte dabit characterem combinantem et distinguentem? Flores Compositi comprehendant Corymbium calyce umbello, Eriogoni speciem filamentis 4, Kuhniam antheris distinctis, Strampion fructu baccato: quis unquam potuit dare characterem hos determinantem nec alios? — [Gen. II.]

10. Assumptis Generibus naturalibus (§. 6. 7.) ad ea tenenda pura et inculcata duo requiruntur, ut scilicet verae Species, nec aliae, ad sua genera reducantur, utque Genera singula veris circumscribantur limitibus et terminis, quos Characteres vocamus genericos.

11. Characteres hos (§. 10.) cum Auctores evolvere reperio nullos certos et fixos ante Tournefortium, ut ipsi non in merito inventionis gloriam circa Genera concedere debeant; dedere et alii Systematici aliarum Sectarum, ego tamen nullos Antecessorum intelligo praeter Tournef., eumque, qui ejus vestigia presserunt, ut Plumierus, Petitus, Boerhaavius, Vaillantius, Dillenius, Ruppis, Pontederia, Buxbaumius, Michelis et panis Alii; quorum quidem nunc, quamvis a Classibus et Ordinibus seu methodo Tournefortiana recesserint, in Generibus tamen ejus assecrtae fuerunt. Assumpsit Tournef. Petala et Fructum pro notis generum diagnosticis, nec partes alias; assumpserunt et easdem ejus assecrtae fere omnes; at Recen-

tiores, obruti copia novorum nuperque detectorum generum, has partes solas pro genericis omnibus distinguendis non sufficere intellexerunt, ac inde ad habitum faciemque plantarum; folia pura, situm floris, caulem, radicem etc. colligere sese coactos crediderunt, id est, recessere a fundamento fructificationis (§. 7.), et ad priorem barbariam descendierunt. Quod quam malo ordine fecerunt, facile esset demonstrari, si locus et tempus haec in praesenti non prohiberent. Quicquid denum sit, tamen agnoscam partes has non sufficientes esse, *) a Tournef. descriptas, ut (G. I. II.), si sola petala et fructus vota hic ferant, et ego omne fructificationis mysterium negarem, respueremque. Sed quaeso, quae docuit unquam ratio, quod a solis hae Notae sint petendae? quae docuit unquam autopsia? quae revelatio? quae a priori vel posteriori desumpta argumenta? sane nulla, nisi vana auctoritas (9. G. II.). Auctoritatem agnoscam nullam nisi autopsiam solum in Re herbaria; nonne nobis patent longe plures in fructificatione partes? cur illae agnoscaendae, aliae non? nonne idem, qui creavit istas, creavit et reliquas? nonne aliae aequè necessariae sunt partes in fructificatione ac unquam illae? patent nobis Calycis 1. Juvolucrum, 2. Spatha, 3. Perianthium, 4. Anentum, 5. Glimba, 6. Calyptra, Corollae 7. Tubus seu Ungues, 8. Limbus, 9. Nectarium, Staminium 10. Filamenta, 11. Antherae, Pistilli 12. Germen, 13. Stylis, 14. Stigma, Pericarpium 15. Capsula, 16. Siliqua, 17. Legumen, 18. Nux, 19. Duipa, 20. Bacca, 21. Pomum, Semen 22. ejusque 23. Corona, Receptaculum 24. fructificationis, 25. floris, 26. fructus. Plures sane hic partes, hic litterae, quam in litteris linguarum seu alphabetis. Hae Notae omnes sunt nobis totidem litterae vegetabilium, ex quibus lectis characteres (§. 10.) addiscamus plantarum; has inscripsit Conditor; has legere nostrum erit studium.

12. TOURNEFORTIUS suis characteribus stupenda praestitit, cum vero dein detecta sunt tot tamque multa et nova genera, nostrum erit ejus principis quidem imitari, sed ea augere novis inventis, ut scientia crescat. (Gen. II.)

Tournefortius nihil de alio meritis optimis; nego tamen ejus Characteres perfectos esse, nego ex his distinguì posse genera. Neque ejus characteres alios praeferram; nisi figuras seu icones addidisset fructificationum, quae ejus genera magis intelligibilia reddiderit. Ut si non plura in his detexisset Pictor, quam Author in definitione, longe pauciores habuisset assecrtae. In figuris ejus plurimis eherent plures partes, plures notae, figura floris etc. quam ex descriptione. — (Gen. II. I.)

13. Icones solas (G. II.) pro determinandis generibus non commendo, sed absolute rejicio, licet fatear has magis gratas esse pueris, iisque qui plus habent capitis quam cerebri; fatcor has idiotis obliquè imponere? Antequam litterarum mortalibus innotuit usus, necessarium fuit omnia picturis exprimere, ubi oris sonus praesens esse non potuit, at inventis his facillor certiorque datur via communicandi ideas scriptis. Sic etiam in Botanicis ante detectas litteras (§. 11.) figurae hae auxilium praebere sumuntur; at datis his compendiosiori itur via; nobis sunt litterae ultra viginti sex (§. 11.), quibus scribamur nostras ideas.

a. Ab icone enim quis potest unquam aliquid argumentum haurire desumere, sed a verbis scriptis facillime.

β. Si generis cuiusdam characterem in opere aliquo in usum traherem recensere, non possum semper commode iconem depingere, incidere, imprimere, exprimereque, at descriptionem facillimam.

γ. Si in eodem genere, ut in plurimis, differret partes, uti numero vel figura inter se in dictis speciebus, tenerer tamen tradere partium situm et proportionem. Non possum haec ullo modo exprimere icone, nisi totidem different figuris. Si itaque 50 essent species, et totidem differentes (9. G. II.), totidemque deberem tradere picturas; quis ex hisce tam multis ullam certitudinem dicere posset; at in descriptione differentes partes sibi, convenientes describere facillor longe est labor, intellectu quo facillimum.

*) In G. I. II. ubi „idemque tum clare demonstrat Hestera, ut plura ubi supra citatum. I. sane si“ etc.

2 Verba haec dantur in G. I. plura omittit in G. II.

14. Verbis itaque tentabimus omnes exprimere notas aequae clare, si non clarius, ac alii splendidissimis suis iconibus. Huic viae institit primus incomparabilis Boerhaavius; ea autem incedere cum eo via, quam patefecit, tentavit nemo; *miri hominum conceptus; miri oculi sole meridiano eaccutientes!* (§. G. V. II)

15. Triplici modo obtinentur Characteres (§. 11.) Generici; Factitii scilicet, Essentiales et Naturales. Vide Fund. Botan. §. 186—302.

16. Factitius (§. 15.) Character unicam notam generi imponit, qua unum a reliquis sub eodem Ordine militantibus (non ab aliis) distinguere tenetur. Character ejusmodi est intellectu omnium facilissimus, et instituitur per Dichotomias seu Tabulas Synopticas, uti a Rajo (in praecedentibus Synopsis editionibus), Knautio, Kramerio dati. Sane si nulla unquam dubia moverentur de Classe vel Ordine, et omnia in rerum natura existentia Genera detecta essent, reliquis facilior foret; quae cum detecta non sint, nec esse possint, fallit et fallitur; cum aliquo Genus aliquote detegitur novum, fallaces evadunt proximi et quotquot e ramo, cui annecti debet, enati sunt characteres.

17. Essentialis (§. 15.) Character notum generi, cui applicatur, unicam propriissimam subministrat. Hic commendat se brevitate et certitudine, uti in Parnassia, Nigella, Helleboro, Ranunculo, Aconito a solis necniis facillime percipitur. Sed an obtineri unquam queat in omnibus generibus, maxime haereo; vellem enim essentielles videre Characteres in Umbelliferis, aliisque.

18. Naturales (§. 15.) itaque haec trado Characteres, qui notas omnes in fructificatione obvias et communes exhibent: Tales autem me quantum novi, dedit nullus. (*Hos tamen vidit, ut diximus, incomparabilis Boerhaavius* — G. I.) Usus et praerogativae Characteris Naturalis sunt:

α. Applicabilis est ejusmodi Character Methodis omnibus datis et dandis, si modo indestructibili fundamento fructificationis superstructum sit Systema. Desumat quis Methodum vel a calyce, vel corolla, vel staminibus, vel pistillis, vel fructu: idem tamen erit nobis Character naturalis, ubi idem genus. — Antea necesse fuit tot componere Characteres omnium generum, quot prodire Systemata; hocce autem dato, non item.

β. Si vel mille detegerentur nova Genera, non unicam Notam eam ob causam Generi Naturali proximo vel adde-re vel auferre necesse est, uti in aliis omnibus inevitabile fuit.

γ. Distincte potest tradi absque methodo hic Character seu Generis haec definitio, in quocunque libro placeret, aequae perfecte teneri et intelligi, ac dum sub sua militabat classe.

δ. Exprimunt eandem ideam, si vel nomina milles mutarentur.

ε. Plures vides notas, quam quibus necessario ab aliis distinguere debet subjectum Genus: hae confirmant Te certum habere Genus, nec aliud. An notae aliquae superfluae sint, si omnia detecta essent Genera, serus determinabit dies.

19. Notas in describendo singulas partes fructificationis selegi certas et reales, nec vagas vel lubricas. Assumere alii saepe saporem, odorem, colorem, irngitudinem (absque proportionem). Has apud me allegatas nunquam videbis, sed tantum quatuor ista certa et firma principia mechanica: Numerum, Figuram, Situm et Proportionem. Haec quatuor Attribute, cum Literis istis viginti sex (§. 11.) distinguunt Genera adeo certe a se invicem ut ne quid supra; non deficiunt notae pro generibus determinandis, hisce solis consideratis; sed superfluae forent reliquae, nec cogit ulla necesse ad habitum plantarum confingere, *qui mutus est* (G. II.)

20. In Characterem ejusmodi conficiendo assumenda sunt omnes detectae Species: Notae quatuor (§. 19.) in omnibus partibus fructificationis obviae probe sunt describendae; quaeque non conveniunt Speciebus omnibus excludendae, et convenientes solae retinendae. Cumque non uni detur homini omnes videre Species, debet ille, qui plures videt, notasque in istis differentes observat, has in characterem excludere, ut tandem Posteris absolutos videant labores.

21. Minimas Fructificationis scrutari partes difficultatem plurimis molestam fore, certe iis, qui absque labore do-

ctrinam desiderant, praevideo; nihilominus certiorum dari viam nullam spondeo: e. gr. Nullus mihi negabit, quia animalia omnia, etiam Insecta, a Nota inscripta vel Structura dignosci debeant; si itaque Insectum esset adeo parvum, ut vix oculis percipi posset, tamen ejus partes lustrare debes, antequam scire queas, num Monooculus sit, vel Acaerus; sic etiam in plantis. Omnia, quae descripsi nudo, nec armato, oculo vidi; nec alteri difficilior nobis erit labor, at gratus et jucundus.

22. Floram longe praeferrere debere Praeriti intellexi in determinandis Generibus, licet aliter longe sentiant Alii; quodque NECTARIA majoris essent considerationis pro determinandis Generibus, quam fore pars ulla alia, licet tantopere neglecta et nihili habita ab Aliis, imo ne nomine quidem distincta.

23. NOMINA nullum terreant nova, sed si ea non placeant, nova ipse finge, vel Synonyma allegata retineo, si magis arrideant. Rationes cur ea mutavi, dedi in *Critica Botanica* 1).

24. Authoribus nullis fidem adhibui praeter Dillenio in Horto Elthamensi, Rheede in H. Malabarico, quos accuratius esse observavi; et Plomerio in Americis, (*minori tamen fide digno, attamen necessario*, §. G. VI.) ubi nulli alii erant Authores. Distinxi tamen caute. ASTROSCUM 2), adpositi, ubi plantas vivas examinare licuit: CACTUM 3) ubi siccas solam habere potui; et nullam notam, ubi nil vidi Authoribus fisis, eorumque, quantum videre licuit, claris iconibus.

25. Paucissimis quibus potui verbis ideas meas expressi, sollicitus magis de ponderosis, quam pomposis, et eloquentibus latinitatis flosculis.

26. TERMINI paucis ARTIS usus sum, nec fere alii, quam qui cuique notissimi; magnitudinis notam nunquam nisi respectivam ad reliquas partes allegavi. Ubi dubia occurrerant, magis sollicitus fui vanis altercationibus me eripere, quam his miscere, e. gr. ubi dubium de Calyce et Corolla fuit. Secundum modum solis inflexum esse florem, vel contra eundem, ex conceptu vulgi dixi; quod aliis dicitur a sinistris dextrorsum; vel contra.

27. SPECIES haec nullas trado; quos dignoscere facillimum erit Botanico ex datis Characteribus; qui has desiderat ex meo principiis, eas partim in Flora Lapponica quaerit; sed maximum numerum ex Horto Cliffortiano petat. (G. I. II.) — *Spec. ab generibus militantes dedi in Speciebus Plantarum* (G. V. VI.)

28. Partium fructificationis Definitiones brevitas danda supersedeo, cum cuique examnanti unum alternativae florem facile pateant, vel solum ex Schemate in Systemate Naturae exhibitio (G. I. II.) — *P. f. D. coelestium a tyronibus in Piliis botanica* (G. V. VI.)

29. USUM Systematis alicujus Botanici ne tyronibus quidem commendare fas est, cum absque eo nulla in Botanicis detur certitudo. Introeant hortum exoticis plantis et incognitis refertissimum, eumque simul Bibliotheca Botanica optima instructum, duo curiosi, alter Systematicus, alter Empiricus, cum ille facile redigit plantas ex lectis in fructificatione litteris (§. 11.) ad suam Classam, Ordinem et Genus, quo dato paucae restant species distinguendae; tenetur alter omnes evolvere libros, omnes perlegere descriptiones, et figuras omnes aspicere infinito labore; nec de planta, nisi casu, certus fiet.

30. Plura praefari superfluum duco. Rationem et leges theoriae nostrae qui desiderat, adeat Fundamenta nostra et Philosophiam (G. I. VI.) Botanicam, quae de Methodo nostra sexuali pira velit, evolvat Systema nostrum Naturae, in quo triplici modo Classes explicavimus, methodique nostrae valorem a priori demonstravimus per Scrum plantarum, cum usu Classium Naturalium generali (§. G. VI.) 2).

31. (§. G. VI.) Sumas itaque hos nostros per decennium labores durissimos, eosque justus rerum censor atque bonique sensus: scias hos non esse hujus aetatis, vix centum senum: scivimus et hoc ipsi proinde annis illos seris destinavimus; at labore exhausti, Amicorum consiliis suasi, longorum moliminum

1) G. I. — „tradam in Critica botan., quae nunc typum subit eundem, et majoris forte erunt momenti, quam prius in tuitu auzurares, nea argumenta.“

2) cf. supra p. 4—7. Ed. nostr. B.

inopinatis saepe fati edocti, summam edendi occasionem arripimus; obtulit enim museum, hortum, itinerum impensas, vitam optatissimam, beatissimamque Magnus noster Maecenas, aeternaeque venerationis Nob. et Geneross. D. D. Georg Clifford J. U. D. praestitit. — [Tota §. 6. VI.]

32. Restat ut ultimo ipsis debitas reddam gratias, qui raras plantas perexamine communicarunt. Illi fuerunt O. Rudbeck, Prof. Bot. Ups.; O. Celsius, Prof. Th. Ups.; K. Stobaeus, Prof. Hist. Lund.; J. H. Sprekelsen, J. H. L. Hamburg.; G. Clifford, J. U. D.; J. J. Gronovius, M. D. Lugd. Bat.; J. Burmannus, Prof. Bot. Amstel.; A. v. Royen, Prof. Bot. Lugd. Bat.; J. J. Billenius, Prof. Bot. Oxon.; H. Sloane, Praef. Soc. R. Angl.; Th. Miller, Praef. hort. Chelaeusis; *Anton. et Berth. Jussieu Fratres, Professores Parisiæ. (G. II.)* Hisce vale. L. C. et vivere. Dabam ex Museo Cliffordiano 1736. Novemb. 20. — [Tota §. 6. VI.]

In hac editione disposuimus genera secundum eandem seriem, qua usi sumus in speciebus plantarum (Ed. I.); Varios errores typographicos emendavimus; citationes auctorum pro determinandis speciebus expunximus¹⁾; vocabula nonnulla terminis magis aptis permutavimus; varias novas observationes adjecimus, recentiora genera plurimaeque nova suis locis inseruimus. — Upsaliae 1754. d. 24. Junii ex Museo. — [Gen. I.]

In hac editione varia emendavimus, imprimis adjecimus characteres omnium novorum generum, quorum plantas recensuimus in speciebus plantarum II. editionis. — Upsaliae 1763. d. 20. Dec. — [Gen. II.]

*Opera Domini omnia sunt optima,
nec licet dicere, quid haec, quaequam hoc?
Omnia enim in usus suos creata sunt.*

Syrach. 39. 21. 26. [G. VI.]

QUAERENDA. ²⁾ Omnes Botanicos quaero, num liceat sequentia reanungere Genera; affluvia valde sunt; et sic certe mihi videtur. — Canna: Maranta. — Veronica: Paederota. — Salvia: Rosmarinus. — Valeriana: Boerhaavia. — Gladiolus: Antholyza. — Scirpus: Cyperus: Eriophorum. — Bromus: Festuca. — Galium: Apariæ. — Asperula: Sphardalia, Spermocœr. — Ammannia: Isuarda. — Alchemilla: Aphaeus. — Amaranthus: Achyranthos. — Primula: Androsacœ. — Lysimachia: Anagallis, Trientalis. — *Lonicera: Diercilla.* — Solanum: Capsicum. — Convolvulus: Ipomœa. — Hedera: Vitis. — Cameraria: Tabernaemontana, Plumieria, Vinca, Nerium. — Saucula: Astragalus. — *Viburnum: Tams, Opalus.* — *Cuscutæ: Mauruccia.* — *Rhus: Colobus.* — Aloe: Yucca. — *Allium: Cepa, Porrum.* — *Risorta: Polygonum, Helcine.* — Cassia: Parkinsonia. — Erica: Andromeda. — Mitella: Heuchera. — Bannistevia: Triopteris. — *Agrastemma: Coranaria.* — Lychnis: Cucubalus, Silene. — Sedum: Sempervivum, Rhodiola, Tillea, Crasula, Cotyledon. — Mespilus: Crataegus, Sorbus. — *Spiræa: Filipendula, Acanthis.* — Prunus: Crataegus. — Potentilla: Tormentilla. — Euphorbia: Dalechampia. — Papaver: Argemone, Chelidonium, Bocconia. — *Capparis: Breybia.* — Triumfetta: Hellocarpus. — Ranunculus: Myosuros. — Marubium: Ballota, Moluccella. — Poterium: Sanguisorba. — Tilius: Bosia. — *Portulaca: Aucauperos.* — Tribulus: Fagonia. — Astragalus: *Tragacantha, Biscerula.* — Alsine: Cerastium. — *Aconite: Pulsatilla.* — Ononis: Crotalaria. — Hottentia: Samolus. — *Ophrys: Neottia, Herminium.* — Jasmium: Ligustrum. — *Kleinia: Poraphyllon.* — Cupressus: Thuja. — Nigella: Garadella. — *Esculus: Paria.*

PRAEFATIO COROLLARIUM GENERUM.

— LECTORI BOTANICO AUCTORI. —

Ab eo tempore, quo ante semestre spatium Genera mea plantarum (ed. I.), ex omnibus fructificationis partibus de-

¹⁾ Obs. Hoc et nos avissimus, ubi collatis Sp. pl., illi casu tabulis incensimus, Aliquis non. R.

²⁾ Obs. Haec „Quaerenda“ tandem in Gen. II. inseruntur, et ex parte plantae superlativatae videntur, quoniam Linnaeus, plures ex his gener. nonnulla, quae litteris cursivis expressimus, etiam ipse cognovit.

sumta Tecum communicavi, non modo plurima mihi innotuere, maxima ex parte nova, genera, sed et mecum plura communicare non gravati sunt varii Celeberrimi Botanici: ne itaque rem Tibi non ingratae praestare autumo, dum et haec publici juris facio. Cum Characteres hi nil nisi descriptiones generum sint, cuique patet, quae nostros aliorumque intercedat differentia: eadem scilicet, quae specierum Descriptiones cum Nominibus Specificis; Differentiae enim specificae tot modo notas sistunt, quot necessario requiruntur ad distinguendas species detectas a congeneribus: si vero plures admittant, culpam incurrunt; Descriptiones vero specierum exhibent omnes differentias quae existunt, adeoque persistit inconcussa descriptio semper, licet myriades novarum detegerentur specierum, dum Nomen Specificum, quod exclusit modo notas species a novis detectis, insufficienti evadit; ne divam quod descriptio speciei, si in se ipsa perfecta sit, fundamentum continet omnium differentiae nominis speciei. Pari modo se habent characteres, qui, si mihi nostri, descriptiones sunt, nullam subeunt (quatenus perfecti sint) metamorphosin ob nova detegenda in futurum genera, dum alii, qui non plures notas suppeditant, quam necessario requiruntur ad distinguendum propositum genus ab aliis modo notis, non possunt non deficere, novis detectis, nec praevisis antea, generibus. Notas minimas in minimis floribus, et uli parvi sunt flores, ne quidem obtuse intuentibus fructificationibus nascantur excitatas, dum a nobis allegantur, speramus; cum Summo Conditori tales placuit nobis obijcere, certe non iis displicent, qui proprio periculo experti sunt, quoties fellelerit genus, ubi minimarum partium in his desitit ipsis notitia. Mihi certe nulla unquam absoluta notitia ullius generis, nisi cuiusdam partium fructificationis-innotuerit structura, imo vix in istis generibus, ubi essentiales occurrunt Characteres. Species generum nostrorum, tam horum quam praecedentium dedimus magna ex parte in Horto Cliffordiano, paucis quibusdam exceptis, quas aliquando V. D. publici juris facere in animum induximus, et quibusdam rarissimis ex America Gronovianis, quas Clarissimus Author ipse sistere non gravabitur. Ultimo Methodum nostram Sexualem sistimus, partem reformatam et emendatam; quod paucissima hic alio tradantur ordine, quam olim a nobis factum, illi certe nimium non erit, qui norit et nos sylvam intrasse antea nullius tritam pede.

PRAEFATIO METHODI SEXUALIS.

L. Bot. A. Sisto hic nomina generum plantarum a nobis descriptorum ad proprias suas Classes et Ordines reducta, ut habeatur Systema a sexu plantarum desumptum confirmata serie. Numerus singula nominibus adjectis, qui indicant characterem sub eodem numero in Generibus plantarum vel Corollario reperiri. Quae genera se invicem proxime excipiunt sub singulo ordine res indifferens est, nisi in his fragmenta aliqua methodi naturalis latent, quae servanda sunt. Ordines longiores, non ex lege systematica, sed solum ut Tyronebus inservirent, subdivisi. Pauca aliquot genera aliter hic a nobis disposita sunt: causa est, quod Dies dum docuit, Classium Ordinumque definitiones et clavam methodi dedimus in Systemate Naturae. Vale. Dabam 1757. Septembris 2. Amstelodami.

PRAEFATIO SPECIERUM PLANTARUM ³⁾.

(Obs. Praeter pauca addita et omissa plura in Ed. II. ut in Ed. I.)

Homo sui conscius observat Minus Omnipotentis theatrum, modique adornatum summis omnisciae Sapient

³⁾ Etiam hic pretiosa Linnaei verba pericent, si Dedicatio Linnaei utriusque Editionis praeterpreteremus, quam sequentibus caventi sumus et simone qua conscripta est remando a latu non veritate.

Potentissimi et gratiosissimi Rex Regique, ADOLPHI FRIDERICI, LUISA ELISABETHA, Sveciae, Gothiae et Vandaliae Rex, et Regina;

tiae miraculis, se vero in hunc tamquam Hospitem introducunt, ut hisce deliciis sese delectando magnificentiam Domini agnoscat. Indignus profecto is censendus hospes, qui, pecoris instar, tantum gulae inservit, nec magna Possessoris intueri atque aestimare novit.

HOSPITES id digni evadamus orbis, opera haec Creatoris scrutari nobis necesse est, quae ita cum nostris commodis combinavit summum Eius, ut eis, unde omnia nostra bona desumimus, carere nulla ratione queamus; et quo magis haec intelligimus, eo etiam plura in usum generis nostri humani cedunt.

COGNITIONEM horum ut rite acquiramus, singula distincta Idea et distincto Nomine complecti oportet, quibus sepositis copia rerum nos obruat necesse est, et commercium omne, deficiente communi lingua, cessabit.

SCIENTIA NATURAE inde inter Homines nata est, quae comprehendit sub Physica et Chemia Elementa: sub Zoologia, Botanica, Lithologia tria Naturae regna.

REM HERBARIUM heic libere lubet, quae quondam paucarum plantarum erat Scientia; hodie vero copia detectorum evasit omnium amplissima.

INVENTORUM recentioris aevi indefessis laboribus notitiam debemus plurim Plantarum, quam omnibus priscorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi Clusius, Columna, Bauhini, Hermannus Rheede, — *Rumphius, Sloane (ed. I.), Sherardus, Rajus, Plukenetius, Tournefortius, Plumierus, Vaillantius, Dillenius, Burmannus, Gronovius, Royenus (ed. I.), Gmelinus, Millerus, Brownius, Jacquinus (ed. I.)* et alii.

NOTITIA plantarum constabat quondam Nominibus arbitrariis, memoriae tabulae infixis, quam vacillantem Icones sublevabant.

SYSTEMATICON sapientia indagavit ordinem, qui memoria succurreret, et scientiam solidis fundamentis inaedificaret, quem debemus Principibus Viris Gesnero, Caesalpino, Bauhino, Morisone, Hermanno, Tournefortio, Vaillanti, Dillenio, aliisque.

ARIADNEM hoc filium Systematicorum terminatur Generibus, quod tentavi ad Species usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etiam in hisce sua sibi constaret certitudo, quom omnis vera cognitio cognitione *specifica* („specierum” *Ed. I.*) innitatur: hac enia deficiente vacillat et historia, ut in ple-risque Peregrinatorum diaris.

SPECIES plantarum ut mihi familiares redderem, peragravi Alpes Lapponicas, totam Sveciam, partem Norvegiae, Daniae, Germaniae, Belgii, Angliae, Galliae; perquisivi deinde HORTOS Botanicos: Parisinum, Oxoniensem, Chelsejanum, Hartecampensem, Leidensem, Ultrajectinum, Amstelaedamensem, Upsaliensem aliisque; evolvi etiam HERBARIA Barseri, Hermannii, Cliffortii, Burmanni, *Oldenlandi*, Gronovii, Royeni, Sloanei, Sherardi, Bobarti, Milleri, Tournefortii, Vaillantii, Jusiaci, Suriani, Baekii, *Brownii* etc. Meo stasui DISCIPULI quondam dilectissimi: P. Kalmius Canadam, F. Hasselquist Aegyptum, P. Osbeck Chinam, — *Toren Suratte, Solander Angliam, Alstroemer Europam australem, Martin Spitsbergam, Pontin Malabariana, Koehler Italiam, Forskahl Orientem (Sp. I.)*, P. Loefling Hispaniam, Montin Lapponiam adierunt, plantasque lectas

meum communicarunt. E variis terris demum miserere Amici Botanici semina plantasque siccas non paucas, uti B. Jussieu, Royenus, J. Gesnerus, Wachendorffius, Sibtorpius, Montius, Gleditschius, Kraschenimikoffius, Miumartius, Velezius, — *Keulinhoff, Ortega, Ellis, Segnier, Allionius, Zinnius, Gouanus, Gevardus (Sp. Ed. I.)*, nec non O. Muechhausen L. B.; S. C. Bielke, L. B.; J. Rathgeb, Eq.; Demidoff Nob.; Collinson, *Toreu (Ed. I.)*, Braad, aliique. Clifford omnes, quas in duplo habuit; Lagerström Indiae orientalis plurimas; Gronovius plerasque Virginicas; Gmelinus Sibiricas facile omnes; *Bormannus praeter plurimas proprias et intueudas misit Capenses Oldenlandi (Sp. Ed. I.)*; at Sauvagesius integrum suum thesaurum plantarum dedit, exemplo raro et inaudito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocre.

DIFFERENTIAS Specificas antehac Plantis non paucis imposui in Flora Lapponica, Svecica, Zeylanica; in Horto Cliffortiano, Upsaliensi. Iisdem principiis insistere praestantissimi Botanici Gronovius, Royenus, Wachendorff, Gorter, *Jacquin*, Colden, Hill, *Hudson, Goiran, Daibard, Kramer, Leyser, Meese, Lee, Le Monier, Gvettard, Sauvages*, inque non paucis Hallerus, Gmelinus, *Allionius, Segner, Scopoli, Gerard, Burmannus, [Sp. II., quae litt. curs.]* aliique, quorum opera plurimae Species evasere ratae et evidentes.

NOMINA haec, passim dispersa, in gratiam studiosorum consultum duxi colligere, acquisitas dein plantas addere, inque unum Systema reducere; at vero pluribus Species observatis, praestantioribus notis detectis, aptioribus Terminis cisis, debui interdum differentias euendare, antea quamvis optimas.

Characteres essentielles pro NOMINE SPECIFICO constituere non levidense opus est; requirit enim Specierum plurimum accuratam *collationem* (cognitionem, *ed. I.*), harum attentissimam partium indagationem, differentium selectionem, Terminorum denique artis propriam applicationem, ut evadant compendiosissimi tutissimique.

NOX Visas plantas heic omisi, toties elusus ab auctoribus, ne dubia certissimis miscerem; si vero aliquando contigerit non sufficienter inspexisse plantam, vel specimen imperfectum obtinuisse, signo † hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

Non nominatas in hoc *Libello* plantas, siquis ad *me mittere velit, eas in proxima editione V. D. recensbo cum honorifica recensione datoris (Ed. I.)*.

NUMERUM plantarum totius orbis longe pauciorum esse, quam vulgo creditur, satis certo calculo intellexi, utpote qui vix 10000 attingat.

TRIVIALIA nomina in margine apposui, ut missis ambagibus, uno quamlibet Herbarii nomine complecti queamus; haec vero absque selectu postui, quippe quem alius dies poscit. Caveant autem quam sanctissime omnes sani Botanici, unquam proponere nomen triviale sine sufficiente differentia specifica, ne ruat in pristinum barbariem scientia. *Mutatio horum, licet in melius, plus nocet quam proderit (Ed. I.)*.

SYNONYMA paucissima in Europaeis plantis adhibui, contentus C. Bauhino et Iconographo praestantiore; in Exoticis vero plura, quum difficiliora minusque trita sint.

„VESTRIS MAJESTATIBUS devotissime debeo hoc opus, fructum plurimae atque optimaе vitae meae („*frukten af min bästa och bästa lefnad*”) quod nominis sub V. Maj. elementi imperio potui contento et tranquillo animo perficere.”

„V. MAJ. inde a primo faustoque ad Regnum adventu me semper elementi humie intuebantur, persequenter me ad aulam suam accersebant, secuto stelleaque honorabant (*Sp. I.*) et erga me omnem Regiam Gratiam demonstrabant.

V. MAJESTATES etiam illis quibus ego studeo litteris splendorem et auctoritatem in Suo Regno dedere, quum non solum gratiosissime permisissent Creatoris Miracula sibi met describi, vetum etiam varios terrae incolae e tribus naturae regnis convocarint jusserintque cunctos habitare splendidissimas Villas Regales suas

Ulricidalenses et Drottingholmenses, ubi illi tanquam totius terrarum orbis legati quotidie coram M. V. oculos adparere possunt. — Neque igitur nimium effari audeo, quum aperte confiteor, nunquam inde a sapientis Salomonis et Reginae divitis Arabiae temporibus, existisse principes, qui magis aestimaverint Miracula omnipotentis Creatoris.

„Huc nostra sententia cum omnibus quae extant monumentis decernit necesse est, ut aeterna exhibeat VESTRAR. MAJESTATUM nomina, ideoque illa inscribat libro Naturae, qui quotannis recens editur, ut aeterna maneat tanquam globus Terrarum.

„Fasit D. O. M. VESTRARUM MAJ. dies imperiumque et diturnum et fausta, tam certo, quam ipse vivo et morior Majestatum Vestrarum Regiarum devotissimus fidelissimusque servus et subditus — Carl Linnaeus.”

DESCRIPTIONES tantum in obscuris adhibere necessum fuit, easque sine ambagibus, ut obtinerem compendium fructibus gratum.

LOCA natalia more meo adjeci, inque notissimis Fructificantibus ♀, Perennes ♂, Biennes ♂, Annuae ⊙ notavi.

GENERA nonnulla nova, nonnulla immutata adhibui; quae in nova editione Generum plantarum propediem sistere animus est.

ADVERSARIORUM tela nunquam retorsi, acerrima convitia, insimulationes, cavillationes, buccinationes (praestantium longe Virorum, omni aevo, laboris praemia), tranquillo animo sustinui, nec suis auctoribus haec invidio, si inde ipsis apud vulgus gloria major. Fero haec, quae in me ne capillum quidem mutant, et cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis et quidem consummatissimis, quibus assurgere debent illi, summis cumulatim sim encomiis. Parem deinde adversariis referre gratiam, nec anni ingravescentes, nec mutas, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi superest brevioris aevi, tranquillius utilioribus observationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitae persistunt, ut quemadmodum errores in his commissi a nullo defendi, ita nec veritates observationibus inimicae a toto eruditorum orbe conculcari possunt; iudices itaque provocho seros Nepotes.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit;

Tum suus ex merito quemque tuetur honos.

Dabam 1753. d. 2. Maii. Upsaliae. (Ed. I.)

Dabam 1762., d. 1. Septembris. Upsaliae. (Ed. II.)¹⁾.

PRAEFATIO SYSTEMATIS Eb. X.

(Obs. Nulla datur in S. VI. et S. XII.)

PLANTAS in hoc libro proposui compendiose, ut Liber evaderet portabilis.

1. IDEAM generalem vegetabilium dedi. — 2. Delineationem genuinam Plantarum tradituris elenchum Terminorum ordine naturali proposui. — 3. CLASSIBUS singulis genera ita distribui, ut facillime evantur. — 4. TERMINOS artis nullos novos introduxi; dixi tantum Flores *speros* aut *infervos* ex receptaculi floris situ supra vel infra Germen, et Fructus *circumscissus*, qui horizontaliter discedunt. (Cf. *supra* p. 6. Not. I.)

5. Genera designavi numeris iisdem, quibus occurrunt in editione 5ta Generum plant. Holm. 1754, ut conferri possint. — 6. Nova Genera: Propria, Hasselquistii, Loellingii, Brownii etc. suis locis inserui. — 7. Characteres essentialia generum, plurimis in locis, praestantiores reddidi.

8. Species enumeravi ex libro: Species plantarum. Holm. 1753., numerisque iisdem. — 9. Differentias specierum non paucas ex novis observatis conferi praestantiores. — 10. Novarum Specierum aliquot Centurias suis locis inserui, praefixis literis A. B. C.

11. Synonyma nonnulla ex Auctoribus recentissimis adjeci. Et: *Nostra* Flora Suec. 2da, Centuria plantar. I. et 2, *Hasselquist* It. Palaestin., *Loelling* It. Hispanie., *Osbeck* It. Ind. orient., *Kalm* It. Amer. sept., *Kamphii* Herbar. Amboinae, *Burmamii* Plumier. pl. Americ., *Milleri* Dictionar., Edit. 6., et

It. plantarum., *Brownii* Hist., nat. Jamaicae, *Trewii* Tabulae Ehretii., *Russel* Hist. nat. Aleppii., *De Hamel* Tract. de Arboribus., *Allioni* Strep. Pedemont., *Zianni* Hort. Göttingens., *Kraueri* Fl. Austriae., *Gorteri* Fl. Geldrica 2.

12. Communicatas ab amicis plantas et in horto cultas etiam addidi: Capenses *Burmamii*, — Asiaticas *David Gorteri*, — Americanas *Burmamii*, *Milleri*, *Ellisii*, — Alpinas *Seguieri Allioni*, *Schmidtii*, — Orientales *Gorteri*, *Hebenstreitii*, — Europaeas *Sauvagesii*, *Gerardi*, *Barnudet Gabriels cupuccini* — ut taceam conjunctissimorum *Hasselquistii* Pakistanas, *Loellingii* Hispanicas, *Solanarii* Laponicas, *Martini* Spitsbergenses, *Forskaehl* Germanicas, *Haltman* Gallicas.

FLOS est plantarum Gaudium,
tum se novas aliasque quam sunt ostendunt,
tum variis colorum picturis in certamen usque
luxuriant. *Plin.* XVI. 25.

PRAEFATIO MANTISSAE ALTERAE 2).

Nulla res confirmata est dum incipit,

Nec in hac re omnium maxima et involutissima,

In qua, etiam cum multum actum erit,

Omnis tamen actus, quod agat, incipit.

Senec. quaest. VI.

PRAEFATIO. Vitae meae sub crepusculo sarcinas collecturus, occurrunt sparsim disjecta Adversaria, cum observationibus non omnibus notis; haec corrasii addidit ea Mantissae priori, quae cum pag. 142. desinit. — Differentias Specificas nonnullas emendavi, visis scilicet pulchrioribus vivisque specimenibus, quo tutiores evaderent, imprimis detectis demum pluribus indies Generum Speciebus. — Synonyma dubia, quondam data, hic saepius exclusi; imprimis ubi non prosunt adhibita, nec nocent ommissa; neque in multis synonymis, sed in genuinis differentis specificis constat artis robor. — C. *Bauhini*, olim summi Botanici, synonyma lubens in Europaeis assumi, sed et illa interdum obscura, solis Helvetis eruenda. — Novas plurium autorum Species libenter inseruissem, si notas specierum essentialia addidissent; his vero deficientibus, a non visis abstinere coactus fui. — Ordines Naturales, loco methodi, crepant nonnulli Botanici; sed quamdiu nota nulla essentialis ordinis, quibus aut Genera ejusdem ordinis combinantur, aut a diversis ordinibus distinguantur, sunt hi certe Campanae sine Pistillo; utut eorum usus aliquo summus. — Si quis post mea fata Systema, Genera aut Species mea edat, eum evixit oro rogoque velit inserere suis locis singula, quae notavi in Mantissis, Systemate et Appendicibus variis; si vero desideret Descriptiones Specierum, plurimas reperiet in Horto Clift., Upsal., Flora Svec., Zeylan., Amoenitatibus, Itineribus meis, et de Animalibus in Fauna Svec., Museo Regis et Reginae, passimque alibi. — Upsaliae 1771. Sept. 1.

1) Hanc praefationem in Sp. I. et II. sequitur brevis index auctorum in his libris maxime adhibitorum. Dividuntur illi in Reformatores, Restauratores et Fundatores. His usque atque Auctores in Gen. I. et II. post praefationem enumeratos omisimus. „Clavum auctorum“ in fine libri datur.

2) Dedicatio: „Illustrissimo Generatissimo, Dno. Frid. Carlvert Baroni de Bullimore. Domino in tota Marilandia C. v. L.

Dno in Itinere Tuo Septentrionali Muscum meum praeterrolitibus, Te per hocvultu momentum vidi, nec sapienterem quidem quendam. — Affectum tuum in me, tot, utinam meritis, evocatis declarasti, ut majorem nullus. — Dato insuper me beasti, tum liberali et dade, ut de proprio non alius majore. — Utinam tui beneficiis procuratus rurs reddere possem, cum aeco nequam, haec sempiternum meum declarabit gratulationem.

CLASSIS I. MONANDRIA.

MONOGYNIA.

* SCITAMINEAE: INFERAE, FRUCTU LOCULARI INFERO.

- II. Amomum.* Corolla 3partita: labio ovato.
VI. Curcuma. Cor. 4partita: labio ovato. Stam. 4 sterilia.
VIII. Thalia. Cor. 5partita. Drupa nucleo 2loculari.
V. Maranta. Cor. 5fida, ringens: labio 2partito magno.
VII. Kaempferia. Cor. 6partita: labio 2partito, plano.
I. Canna. Cor. 6partita: labio 2partito revoluto. Cal. 3phyllus.
IV. Alpinia. Cor. 6fida ventricosa: lobis lateralibus 2 emarginatis.
III. Costus. Cor. ringens: labio 3fido: media emarginata.
(*Anomat. Valeriana rubra, Calcitra.*)

** MONOSPERMAE.

- IX. Boerhavia.* Calyx 0. Cor. 1petala, campanulata.
XI. Hippuris. Cal. 0. Cor. 0.
X. Salicornia. Cal. 1phyllus. Cor. 0.

DIGYNIA.

* PLANTAE.

- XII. Corispermum.* Cal. 0. Cor. 2petala. Semen 1.
XIII. Callitriche. Cal. 0. Cor. 2petala. Capsula 2locularis.
XIV. Blitum. Cal. 3fidus baccatus. Cor. 0. Semen 1.

** GRAMINEAE.

- XV. Cinna.* Cal. Gluma 1flora. Cor. Gluma 2valvis.

[*Obs. Hic conspectus generum plane convenit in S. X, XII, et XIII. — Ord. I, in S. I. dieiditur in ca. fl. spathaceis, et β. fl. nudis. — De Scitamineis cf. uberius Praet. ed. Gis. p. 188. sq.*]

ORDO I. MONOGYNIA.

I. **CANNA** S. I.: Cor. 6partita, erecta, labio bipartito revoluto. Stylus lanceolatus, corollae adnatus. Cal. 3phyllus. S. X. XII. n. 1. — Cor. 6part., lac. unica recurvata. S. VI. n. 1.

CANNA Ric. I. 164. 166. (G. I. II.) — Cannacorus Tourn. 192. — CAL. Perianth. triphyllum, foliis lanceol., erectis, parvis, coloratis, persistentibus. — COR. 1petala, 6partita; lacini lanceolatae, basi coalitae, quarum 3 exteriores, erectae, calyce bipartito (G. II. V.) duplo (G. I.) majores; tres interiores exterioribus majores (duae erectae, unica reflexa), labium superius constituentes (G. VI.). — Nectarium petaloidium, bipart., longit. et figura petalorum, lacinia super. ascendente, infer. revoluta, labium inf. corollae mentiente. (G. VI.). — STAM. Filam. 0. [Filam. 1, lanceolatum, laciniae ultimae corollae simillimum eique oppositum, concavum. G. I-V.] Anthera linearis, adnata margini nectariferue laciniae (filamenti G. I-V.) superiori. — PIST. Germen subrotundum, scabrum, inferum, Styl. unicus, ensiformis (lanccolatus G. I.), nectar. antherifero (filamento G. II, V.) adnatus lanceolatus, longit. et figura petali. Stigma lineare, margini styli adnatum. — PER. Capsula subrotunda, scabra, coronata, 3sulca, 3locul., 3valvis. — SEM. nonnulla globosa. [* G. I. n. 2., II. V. VI. n. 1., t. c.]

„Spathae universales et partiales in notis nobis speciebus adunt.“ G. I. Monend. p. 379.

Obs. S. I. syn. Tourn. — Nectarii loco filamenta descr. in H. cliff. G. I-V. — Cf. char. gener. fusius descr. in H. cliff. p. 1.

1. **C. indica** Sp. I.: C. fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis. Roy. lugdb. 11. Fl. zeyl. n. 1. H. ups. n. 1. Sp. I-S. XII. n. 1. — C. spatulis bifloris. H. cliff. p. 1. — Cannacorus Ruuph. amb. 5. p. 177. t. 71. f. 2. Katu-Balu Rheed. mal. 11. p. 85. t. 43. (Sp. II.) — Arundo indica latifolia Bauh. pin. 19. — Habitat inter tropicos Asiae, Africae, Americae. 4. [Sp. I. II.]

„Varietates hujus 3 communiter in hortis obviae sunt: 1. Naturalis allegata planta, flore rutilo est; 2. Cannacorus fl. luteo punctato Tournef.; 3. amplissimo fol., fl. rutilo, Tourn.; 4. fl. coccineo splendente Tourn.“ H. cliff. — [Obs. Subsunt his C. latea Ait., C. patens Rosc. et C. coccinea Rosc. — R.]

H. ups. syn. C. indica Clus. hist. 81. Sloan. flor. 181. hist. 1. p. 253., Roy. Bauh. fl. ec., var. β. fol. ampliss., etc. Tourn., l. nat. simil. — Fl. zeyl., H. cliff., syn. plara restuta, cf.

2. **C. angustifolia** Sp. I.: C. fol. lanceol. petiolatis, H. cliff. p. 1. n. 2., nervosis. Sp. I-S. XII. n. 2. Arundo indica florida angustif. Moris. hist. 3. p. 250. s. 8. t. 14. f. 6. — Albara s. Pacivira Pis. bras. 213. fig. bona. (Sp. II. App.) — Habitat inter tropicos Americae: umbrosis spongiosis. 4. [Sp. I. II.]

„Sp. haec vix distinguenda est a praecedente, quamvis humilior et angustior evadat; qui itaque pro varr. utramque assumunt, vix errant.“ Sp. II. — „Petala interiora tria emarginata, uti in C. latifolia; horum petalorum alteram laterale ita flectitur, ut intermedium evadat.“ Sp. II. App. p. 1675.

„Cum antecedenti plurima habet communia; an distincta sit species nec ne, determinat autoptici in loco nat.“ *H. cliff.*, cum *syn. iisd.* et Riv. mon. 166. Herm. lugdb. 114. Toura. inst. 367. Boerh. lugdb. 2. p. 127. Maregr. bras. 5.

Obs. S. X. syn. Rumph. t. 71. cf. sp. praec.

3. **C. glauca Sp. I.**: C. fol. petiolatis lanceol. enervibus. Roy. lugdb. 11. *H. ups.* p. 1. *Sp. I-S. XII.* n. 3. C. fol. enervibus Vir. cliff. p. 104. Cannoides II. cliff. app. p. 488. Cannacoros glaucophyllus, ampliore fl., Iridis palustris facie. Dill. elth. 69. t. 59. f. 69. Habitat in Carolina? — *in aquosis (S. XII.)*. 2. [*Sp. I. II.*]

„Cannoides. Mala-Inschi. Rheed. mal. II. p. 29. t. 4? Cresc. in Africa et forte in Malabar. Ex sem. africanis Cannae similibus enata est planta ante annum, cujus radix singula subrotunda vix bulbosa, sed potius callosa, fibris filiformibus instructa, almodum repens. Fol. lanceolata, magna, pallida, avenia, petiolata, petiolis inferne se invicem amplexantibus.“ *H. cliff. sub Indefinitis.* — [*Obs. Haec planta „dore se prodidit d. 7. Oct. 1737.“ (Vir. Cliff.) et inde luc ducta.*] *Vir. cliff.*, *H. ups. syn.* Dill. l. c.

II. **AMOMUM** *Mus. cliff.*: Cor. 4fida, lacinia prima patente. *S. II. X. XII.* n. 2.

AMOMUM *Mus. cliff.* §. II. 5. *Vide Hort. mal. XI.* 5. et 12. (*§. G. I. sq.*) — **CAL.** *Spathae plures, partiules simplices imbricatae.* (Per. tridentatum, obsoletum, superum. *G. II.*) — **COR.** Ipetala. Tubus brevis. Limb. tripartitus, lacin. oblongis, media majori, sinu hinc opposito patente, nec. Nectar. Iphyllum, lacinias petali vix superans, ejusd. sinui majori insertum. — **STAM.** Filam. mucum, oblongum, petali laciniae simile. Anth. adnata. — **PIST.** Germen subrot., inferum. Styl. filiformis, longit. stam. Stigma obtusum. — **PER.** coriaceum, subvatum, trigonum, 3lobul., 3valve. — **SEM.** plura. [*Mus. cliff.* p. 26. n. 5., *G. I. app. n. 824.*, *G. II. V. et VI. n. 2.*]

„Char. Amomi, Alpiniae, Curcumae et Thaliae ab autoptis in pl. vivis accuratius describendus est.“ *S. X. XII.* — „Singulare in totu haec genere est, quod folia caulifera discum non coelo obvertant, sed meridie.“ *H. cliff.* p. 3.

1016. **A. alpina** *Sp. I.*: *A. foliis digitatis*, *Fl. lapp. n. 67.* *Fl. svec. l. n. 136.* *Hort. cliff. p. 39. n. 2.* *Roy. lugdb. 232.*, *serratis. Sp. I—S. VII. n. 2.* *Fl. S. II. n. 142.* — *Oed. dan. 49. (S. VIII)* — *A. perennis* *incana* *argentea*, *s. sericea*, satium provocans. *Moris. hist. 2. p. 195. s. 2. t. 20. f. 3.* *Tormentilla alpina*, foliis sericeis. *Bauh. pin. 326.* — *Var. β. hybrida* *Sp. I.*: *A. alpina pubescens* *minor*, *Tournef. inst. 508.* *Pluk. phyt. 240. f. 1.* — Habitat in Alpibus Europae. 4. [*Sp. I. II.*]

„Affinitas summa cum praecedenti: convenit enim stipulis foliaceis bracteisque aphyllis et omnibus, nisi quod folia sint fissa in 7 foliola, subtus nitida, apice tantum serrata.” *Fl. S. II., cum syn.*: *A. alp. pentaphyllus* *Raj. hist. 209. angl. 3. p. 157.*, *Bauh. l. c.*, *Stellaria argentea* *Cam. epit. 909.*

Fl. S. I. sign. ead. et A. alp. Quinquefol. folio subt. argenteo *Tournef. inst. 508.* — *descr. O.*

II. cliff. n. 2. sign.: *A. alp. fol. sericeo* *instar Pentaphylli* *profunde secto*, *Rupp. jern. 51.*, *A. alp. Quinquef. fol.* *Tournef. l. c.*, *A. argent. mont. 5phylla* *Barr. rar. t. 756.*, *Moris. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 92.*, *Pentaphyllum* *s. potius Heptaph. argenteum* *fl. muscoso*, *Bauh. hist. 2. p. 398.*, *Bauh. pin. l. c. — loc. nat.*, „in omni. mont. alpestr., ut in alp. Helv., Apen., Lappon., Pyren. etc.”

Fl. lapp. var. 2: α. *A. alp. quinquef.* *Bauh. pin. 320.* *Schench. alp. 29.*, *A. alp. minor* *Tournef. inst. 508.* — *et β.* *A. alp. quinquef. fol. (etc.)* *Tournef. l. c.*, *Torn. alp. f. ser. C. Bauh. l. c.*, *Pentaph. s. potius Heptaph. (etc.)* *J. Bauh. l. c.* — *add. obs.*: „Etiam ex hac unica 2 species, α., β., conferunt nonnulli, quarum prior α. folia radicalia caulibus minoribus, contra vero posterior β. inverse fol. radicalia caulibus majora exhibet, uti etiam tota pl. major: sed hujus differentiae causae itidem a loco derivantur; cum enim in Alpibus tempore vernali frigido exerescant fol. radicalia, a frigore coercita permanent minoribus (α.): si autem erant hortulanis committitur, majora exerescant folia radicalia contra frigidi coeli injurias munita et saepe 7 luxuriant foliolis (β).” — [*Benr. ibid. in Ed. II. obs. ζ. monet Smith., varietatis α. sign. ad A. pentaphyllum pertinere, in Lapponia non obviam. R.*]

Var. β. hybrida *Sp. I. II.*: *amplius illustratur in Diss. de pl. hybridis, Am. ac. 3. p. 49., q. cf. — Ad hanc manifeste pertinet:*

A. (etc.) n. I. var. γ. (lege β.) II. cliff. p. 38., cum syn. A. alp. pub. minor *Tournef. Pluk. l. c. et Boerh. lugd. 2. p. 92.*, *A. minor* *hirsuta cinerita* *Barr. rar. t. 728.*, — *et obs.*: „*Var. γ. gaudet fol. minoribus et subtus villositate sericea nitida tectis, ut in seq. specie (A. alp.), attamen examinatis omnib. partibus nullam observare potui notam, qua distinguisset. An sit spec. hybrida ab A. fol. digitatis cum A. fol. palmatis? vel an sit solus locus qui inserit? haec enim in solis alpibus crescit.*” [*Obs. Melius omnino in II. cliff. sub A. vulgari, quam in Sp. pl. sub A. alpina collocata huc erat. R.*]

1017. **A. pentaphyllea** *Sp. I.*: *A. foliis quinatis multi-* *fidis glabris. Sp. I—S. VII. n. 3.* *A. alpina* *quinquefolia* *Bauh. pin. 320. prodr. 138.* *A. alp. pentaphyllea* *minima*, *lobis fimbriatis.* *Bocc. mus. I. p. 18. t. 1.* Habitat in monte Cenisio, Furca, Gotthardo *Rhactiorum* (*Sp. II.*), 4. [*Sp. I. II.*]

ORDO II. DIGYNIA.

CLXXIX. **APHANES** *G. I.*: *Cal. 8fidus* (*4fidus. S. VIII*). *Cor. nulla. Sem. 2, nuda. S. X. n. 154., VII. VIII. n. 166.* — *Sem. 2* *intra fauces cal. 8fidis. Cor. 0. S. II. n. 123.*

APHANES, *Percepiet* *Dall. gen. 3.* — **CAL.** Perianth. Iphyllum, tubulatum, persistens: ore plano, spartito: laciniis alternis minimis. — **COR.** nulla. — **STAM.** Filam. 4. erecta, subulata, minima, ori calycis imposita. Anth. subrotundae. — **PISR.** Germen 2. ovata. Styli filif. longit. staminum, germinibus ad basin inserti. Stigma capitata. — **PER.** nullum. Calyx in fundo semina continens, ore connivens. — **SEM.** 2. ovata, acuminata

compressa, longit. styli. — OBS. Ad Alchemillam proxime accedit. [§ G. I. n. 90., II. 123., I. 154., VI. 166.]

„Aphanes in Gen. et Syst. emendatur: cal. 4fidus (non 8fidus): pist. et sem. unicum (nec duo).” S. XII. App. *tomii* 3. p. 236. — „Cal. 4fidus. Variat pistillo l.” S. XIII.

1018. **A. arvensis** Sp. I — S. XII. n. 1. Fl. S. II. n. 143. Aphanes H. cliff. p. 39. *Act. holm.* 1741. p. 181. Fl. svec. I. n. 137. Roy. lugdb. 231. Gron. virg. 17. Dalib. paris. 53. Chaerophyllo nonnilil similis. Bauh. pin. 182. Alchemilla minima montana. Col. ephr. 145. t. 146. Habitat in Europae et Orientis (Sp. II.) arvis. ☉. [Sp. I. II.]
H. cliff. syn. Perceperit anglorum Dill. gen. 94. giss. 60. Bauh. hist. 3. p. 74. Boerh. lugd. 2. p. 93., Col. I. c., Alchim. annua minima hirsuta, fol. inferne albicaulis. Moris. hist. 2. p. 195. s. 2. t. 20. f. 4., Bauh. pin. I. c.

Act. holm. syn. Bauh. utiq., Col., II. ec. — *Fl. S. I. II.* Dill., Col., C. Bauh., II. ec., Scandix minor Tabern. ic. 96. (et *Roy. I. c., Act. holm. I. c., in ed. I.*)

CLXXX. **CRUCITA** Loefl. it. (em.): Cal. 4phyllus: exterius 3phyllus. Cor. 0. Sem. I. S. X. p. 900. n. O., S. XII. XIII. n. 167.

CRUCITA Loefl. — CAL. Perianth. 3phyllum: fol. anteriore lineari, acuto: lateralibus ovatis, concavis (,oppositis, intus lunationem corollam distinguentem continentes,” Loefl.); persistens. — COR. Petala 4, calycis facie, ovata, concava: exterioribus 2 integerrimis; interioribus margine piloso. (Loefl.) tenuissimo, laevo. — STAM. Filam. 4, capillaria, calyce paulo breviora. Anth. parvae, — PIST. Germen ovatum, obtusum, compressum. Stylus breviss., bipartitus (max bifidus, Loefl.) laciniis patentibus. Stigm. simplicia. — PER. 0. Corolla connivens, decidua cum semine. — SEM. unicum, nudum. [Loefl. it. p. 203., S. X. App. p. 1362. n. 117., G. VI. n. 167.]
OBS. *Cruzeta* Loefl. et S. X., *Crucita* Sp. II. G. VI., et *Cruzita* S. XII. XIII. scripta.

„Calycem saltem esse Bracteas floris et Corollam descriptam Calycem, forte quis dicat; at sedulo idem videmus in Gomphrena et Celosia, in quibus florum exteriora foliola 3 Calycis nomine indigantur, quamvis spatulo ab interioribus remota sint.” It. Loefl. p. 204. [Linnaei verba?? R.]

1019. **C. hispanica** Loefl. it. p. 203. S. X. n. A., Sp. II. S. XII. n. I. — Habitat in Cumana Americae.

[Sp. II.]
„Rad. fibrosa. Caulis erectus, firmus, altus, 4-5pedalis, superne brachiatus. ramis erectis oppositis. Fol. opposita, lanceol., utriusque acuta, integerrima, fusca. Flor. spicati, in paniculam collecti: ramulis alternis saepe spiratis, fl. imbricatis minimis.” Loefl. it. I. c., et (excl. curs.) Sp. II.

CLXXXI. **BUFONIA** Diss. Dass.: Cal. 4phyllus. Cor. 4petala. Caps. 1locularis, 2valvis (S. X.), 2sperma. S. VI. p. 83. n. 1034. et S. X. p. 855. n. 41. sub Cl. II. 2., S. XII. XIII. n. 168.

BUFONIA Sauvages. Alsinoides Raj. — CAL. Perianth. tetraphyllum, erectum, persistens; foliolis subulatis, carinatis: marginibus membranaceis (G. VI.: -alternis brevioribus, G. V., Am. ac.). — COR. Petala 4, ovalia, emarginata (ovato-linearia, integerrima, Am. ac., G. V.), erecta, aequalia, calyce (dimidio Am. ac.) breviora. — STAM. Filam. 4 (2, Am. ac., G. V.), aequalia, longit. germinis (corollae, Am. ac., G. V.). Anth. didymae. — PIST. Germen ovatum, compressum. Styli 2, longit. staminum. Stigmata simplicia. — PER. Caps. ovals, compressa, unilocularis, bivalvis. — SEM. 2, ovalia, compressa cum torula, hinc concava (G. VI.). — [Diss. Dass. in Am. ac. I. p. 386. et § G. V. p. 17. n. 41., sub cl. II., 2.; — § G. VI. n. 168.]

„Stam. 4 observavit, sed dein ipse retraxit, P. Loefling” G. V. VI. [cf. Loefl. it. 44!, 55!, 289! R.]; „semper vero stamina 4 attentè vidit Alstroemer; aliquando 2, raro 3, saepe 4, Gerard.” G. VI. — „Stamina 4 numeravit in flore Loelling.” Sp. I. II. „confirmavit C. Alstroemer.” Sp. II. — „Variat stam. 4 et 2.” S. XII. XIII.

[OBS. Ab Diss. Dass. usque ad S. VI. sub cl. II. 2.; ad Class. IV. 2. ducta in Sp. I., rediit ad priorem locum in G. V., S. X.: demò ad cl. IV. redux in Sp. II. seq. — Nomen iniqua mente a L. in *Bufonia* (pro *Buffonia*) mutatum esse, probent ii, qui narrant. R.]

1020. **B. tenuifolia** Sp. I — S. XII. n. 1. — Ger. prov. 400. descr. (S. XII.) — *Bufonia* Sauv. monsp. 141. Amoen. acad. I. p. 386. — *Buffonia* II. ups. p. 12. — *Loefl. it. p. 44. (Sp. II.)* — Alsinoides Raj. angl. 3. p. 346. *Herniaria* angustissimo gramineo folio, erecta. Magn. hort. monsp. 97. t. 97. — *Polygonum angustiss. gramineo fol., erectum.* Magn. bot. monsp. p. 211. (*Mant. II.*) — *Alsine* polygonoides tenuifolia, flosc. ad longit. caulis velut in spicam dispositis. Pluk. alm. 22. t. 75. f. 3. Habitat in Anglia, Gallia, Hispania. 2.

[Sp. I. II.]
„Caudes herbaeei, tenues, erectiss., vix ramosi, Polygoni facie. Fol. subulata, opposita, basi coadunata, marcesca.” Am. ac. I. c. (cum syn. Magn. bot. m. I. c. et Raj. hist. 126., Pluk. I. c. et Raj. syn. 3. p. 346.)

H. ups. (casu omis. in Sp. I. II.?) syn. Raj. syn. I. c., Magn. bot. monsp. I. c., *Polygonum* angustissimo folio affinis, Bauh. pin. 281. Raj. suppl. 131. — *Luc. nat.* Angl., Monspek

CLXXXII. **HAMAMELIS** G. II.: Involucr. 3phyllum. Cal. proprius 4phyllus. Petala 4. Nux 2cornis, 2locularis. S. VI. n. 125., X. 155., XII. 169.

HAMAMELIS. *Trilopus* Mitch. 22. — CAL. Involucr. 3phyllum, 3lorum: foliolis 2 interiorib., subrotundis, minorib., obtusis: tertio extimo, majori, lanceolato, Perianth. duplex: exterius 2phyllum, minus, subrotundum: interius 4phyllum, erectum, foliolis oblongis, obtusis, aequalibus. — COR. Petala 4, linearia, aequalia, longissima, obtusa, reflexa. — Nectarium foliolis 4, truncatis, corollae adnatis. — STAM. Filam. 4, linearia, calyce breviora. Anth. bicornis, inflexae. — PIST. Germen ovatum, villosum, desinens in Stylis 2, longit. staminum. Stigmata capitata. — PER. nullum. — SEM. *Yax* ovata, calyce semitecta, obtusa, apice utriusq. sulcata, bicornis corniculis horizontalibus, 2locularis, 2valvis. (Per. *Capsula ossca* ov., cal. semit. etc. Sem. *Nucleus solitarius ovato-obl., glaber, basi utriusque mutilatus.* G. V.) — [§ G. V. n. 155., VI. 169.]

„HAMAMELIS Gron. Virg. Cal. Per. 4phl. erectum: foliolis obl., obtus., aequ. Cor. Petala 4, lin., aequ., longiss. Stam. Fil. 4, subulata, longit. calycis. Anth. simplices. Pist. Germ. ovat., vill., desinens in Stylis 2, longit. staminom. Stigm. simplicia. Per. Caps. biloc., 2valvis. Sem. Nucleus solit., ov.-obl., glaber, nitidus.” [G. II. n. 125.]

OBS. *Primam* descr. Gronovianam mutata ab L. in *Act. ups.* 1741. p. 84, ubi *Peric. et Sem. ut in G. V. descriptum.* — *Tota dein e sicco spec. mutata in G. V.: sed in G. VI. demò mutata, peric. descriptione ad sem. relata, ut supra conspicis.* — *Mirum vero, quod jam in S. VI. terminis usus est autor iis, quos in Act. ups. et G. V. repudicaverat.*

1021. **H. virginiana** Sp. I. II. S. X., n. I. *Mant. II. p.* 333. *H. virginica* S. XII. XIII. n. I. *Hamamelis* Gron. virg. 139. Cold. noveb. 18. Catesb. car. 3. p. 2. t. 2. — *Duham. arb. I. p. 287. t. 114. (S. X. Sp. II.)* — *Trilopus* Mitch. gen. 22. *Pistacia* virginiana nigra, coryli foliis. Pluk. alm. 298. Habitat in Virginia. [Sp. I. II.]
„Floret autumnò, insequente vere semina perficit.” *Mant. II. (t. e.) et S. XIII.*

„Frutex huic similimus, cui cor. nulla, stam. plurima (20-40), longa, flava, filiformia, compressa, antheris minutis; an itaque flores sexu diversi? Misit D. Garden.” S. XII. (S. XIII.)

„Ad Polygonium certo spectat. *Virginica* dioica flor. axillaribus pedunculatis confertis, quae Milleri, Carolina monoica flor. terminalibus spicatis polyandris apetalis, Garden. Utrum virginiana et carolina sint distinctae species, haesito ob herbam similissimam.” *Mant. II. (S. XIII.)*

[OBS. *Planta* Gardeniana illa, in S. XIII. omis. fuit *Fothergilla* S. XIII. q. cf.]

CLXXXIII. **CUSCUTA** S. I.: Cal. 4fidus. Cor. 1petala. Caps. 2locularis. S. VI. n. 124., X. 156., XII. 170.

CUSCUTA Tournef. 422. — CAL. Perianth. monophyllum, cyathiforme, semi-quadrifidum, obtusum, basi carnosum. — COR. monopetala, ovata, calyce paulo longior, ore 4fido, obtuso. — *Nectarium e squamis 4, linearibus, bifidis, acutis, ad basin staminum corollae adnatis* (G. V. VI.). — STAM. Filam. 4, subulata, longit. calycis, Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum. Styli 2, erecti, breves. Stigmata sum-

plia. — **PER.** carnosum, subrotundum, biloculare, *circumscissum* (G. I.). — **SEM.** bina. [* *G. I. n. 89., II. 124., I. 156., II. 150.*]

„In quibusdam $\frac{1}{2}$ pars additur fructificationis partibus." *G. VI.*

„**Cuscutae** T. Pericarpium membranaceum horizontaliter delibescens. **Basellae** semen unicum nudum calyce succulenter dehiscente vestitum: addit unitatem in omni numero floris. — Si flos sexfidus evadat, sit stylus triplex." *G. II.*

„Si pericarp. maturum capsula evadat, horizontaliter delibescit, si vero bacca sit, habet lezem propriam." *G. I.*

Obs. In *S. I. add. syn.* „**Basella** Rheed, mal. Boerh.": idem adjectam in *G. I. II.*, quum generi huic antea *Basellam conjungeret L.* [vide *H. cliff. p. 28.*, in *Colicis pag. 20. b. sub Blito*], et sub *Cuscuta H. cliff. p. 39. Basellam rubram haberet. Huc etiam spectant notulae e G. I. II., serius omissae. — Nectaria s. dentes staminum primus Linnaeo indicasse videtur *Loefl., il. p. 74.**

1022. **C. europaea Sp. I.:** C. floribus sessilibus. *Sp. I—S. III. n. 1. Fl. S. II. n. 144. — Oed. dan. 199. (S. III.) — C. nuda repens filiformis. Fl. suec. I. n. 138. Mat. med. n. 55. Dalib. paris. 53., funiformis. Sauv. monsp. II. C. major Bauh. pin. 219. Cuscuta Cam. epit. 984. — Habitat in plantis Europae, parasitica. C.* [*Sp. I. II., o. β.*]

„Parasitica planta cotyledonis, dehiscente semine absque cotyledonibus, extendit spirale corpusculum, nec terram petit radicanda, sed absque omni radice contra solem volubilibus adscendit plantas, quas emissis vasis exhaurit; nec folia gerit praeter squamam hinc inde minimam, membranaceam, arectam sub ramo. Hos apud nos saepius quadrifidos; in Europa australi saepius quinquefidus." *Sp. II. — „Caret omni radice et cotyledonibus." S. X.*

„Planta singularis, foliis prorsus destituta, parasitica, repens, affigitur proximis et circumstantibus, pereunte versus radicem caule et evanescente, haurit ex aliis succum, vires, qualitates odoris, saporis, virtutis. Humulo et Lino maxime noxia. Urticae dioicae saepius hospes gravis. — Flores in Saecica planta plerumq. 4fidi, nec nisi rarissime 1 alterve in tota planta 5fidus; in Hispanica planta, observante *Loeflingio*, Abrotano campestri saepius inhaerente, II. semper 5fidi, quibus, et facie, a nostrate nonnihil diversa. — Tincti colore purpurascente." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. var. 2.: α. C. major Bauh. l. c., Cam. l. c. et Till. ic. 217.; — β. C. minor Tourn. inst. 632. Cels. ups. 9. Bauh. l. c. [*vide seq.*] — *l. nat.* „in Urtica, Lupulo, Lino, Canabae passim." — *Mat. med. eur. eued. α. β., cum syn. Bauh.* — *Cf. de his, et de var. β. Epithimum Sp. I. II., speciem sequentem.*

1023. **C. epithimum S. VIII.:** „C. flor. sessilibus quinquefidis bracteis obvallatis. *Loefl. it. 216. Oed. dan. 427. S. III. p. 140. n. 0. — „C. nuda repens filiformis. Sauv. monsp. II. Epithimum s. Cuscuta minor Bauh. pin. 219." Sp. I. II. n. 1. [sub: C. europaea β. epithimum.]*

Obs. Pertinet huc var. β. *Mat. med. et Fl. S., q. v. supra.* — *Determinate de hac egit Loefl. in epist., R. p. 74. et 88., (ubi verba ubiq. adject. L.), et p. 216. eandem commemorat, de 2 americanis sermonem faciens. R.*

1024. **C. americana Sp. I.:** C. floribus pedunculatis. *Sp. I—S. III. n. 2. — Loefl. it. 216. (Sp. II.) — Jacq. am. 24. (S. VII.) — C. caule aphylo volubili repente. Gron. virg. 18. C. inter majorem et minorem media, filam, longis et floribus late super arbores et campos se extendens. Sloan. jam. 85. hist. 1. p. 201. t. 128. f. 4. Habitat in Virginia (in fruticibus. *S. XIII.*). [*Sp. I. II.*] [*Obs. Duae species l. c. a Loefl. commemorantur: utraque denuda comparandae, quales sint? R.*]*

CLXXXIV. **HYPECOUM S. I.:** Cal. 2 phyllis. Petala 4; exterioribus duobus latioribus, 3fidis. Fructus siliqua. *S. II. n. 126., X. 157., XII. 171.*

HYPECOUM Tournef. 115. — **CAL.** Perianth. diphyllum, parvum: foliolis ovatis, acutis, erectis, oppos., diviciduis. — **COR.** 4petala. Petala 2 exteriora opposita latiora, triloba, obtusa. Pet. 2 interiora, cum exterioribus alterna, semitrifida: lacinia media concava, compressa, erecta. — **STAM.** Filam. 4, subulata, erecta, à lacinia media petalorum (a lacinia pet. int., *G. I—V.*) intimorum tecta. Anth. erectae, oblongae. — **PIST.** Germen ob-

longum, cylindraceum. Styli 2, brevissimi. Stigm. acuta. — **PER.** Siliqua compressa (G. VI.), longa, incurva, articulata, articulis discedens (G. I.). — **SEM.** solitaria in singulo articulo pericarpium, globoso-compressa. [* *G. I. n. 87., II. 126., I. 157., VI. 171.*]

Obs. Audias praeterea *Linnaeum in praef. ed. Glis. p. 371. — Hypocoon apud Tourn. Dod. aliosque dicitur genus. R.*

1025. **H. procumbens Sp. I.:** H. siliquis arcuatis compressis articulatis. Hort. ups. p. 31. n. 1. *Sp. I—S. III. n. 1. Hypocoum Bauh. pin. 172. Dod. pempt. 449. Hort. cliff. p. 39. Roy. lugdb. 402. Habitat inter Archipelagi, Narbonae et Salmanticensis segetes. C.* [*Sp. I. II.*]

„Planta terrae incumbit, nec erecta est. Siliquae inflectuntur, nec reflectuntur. Siliqua delibescit articulata, nec in binas valvulas." *H. ups., cum syn. Moris., C. Bauh., Dod., II. c., et l. nat. cod. (excl. Archip.).*

*H. cliff. syn. Bauh. pin., Dod., II. c., H. siliq. erectis artic. incurvis Moris. hist. 2. p. 279., H. latiore folio Tourn. inst. 230. Boerh. lugdb. 1. p. 307., H. legitimum Clus. hist. 2. p. 93., H. siliquosum Bauh. hist. 2. p. 899. „fig. mala", Cunium sylvestre 2. Dalech. hist. 697.; — l. nat. ut H. ups. — Add. obs.: „Si altera species [i. e. H. pendulum, R.] ut Moris. refert, gaudeat siliqua bivalvi nec articulata, diversae speciei planta videtur; sin minus, non dubito, quin ead. sit cum hac nostra, ejusque sola varietas. — Singularis et huic flos est, qui nunquam cum alio genere confunditur et secundum veteres certe sui generis plantam reddit." [*Obs. Respiciant haec verba ad Epimedium, ubi cf. notulam ex H. cliff. — Obs. Extat praeterea descr. in Hasseltg. it. ed. Linn. p. 454-5., q. cf. R.*]*

1026. **H. pendulum Sp. I.:** H. siliquis certis teretibus cylindricis. *H. ups. p. 31. n. 2. (t. e.) Sauv. monsp. 263. Sp. I—S. III. n. 2. H. siliquis pendulibus non articulatis bivalvibus incurvis. Moris. hist. 2. p. 280. — H. altera species. Bauh. pin. 172. (Sp. II.) — Cunium sylvestre siliquatum ponae. Dalech. hist. 698. Habitat in Galloprovincia. C.* [*Sp. I. II.*]

„Planta erecta. Siliquae rectae, deorsim omnino pendulae, pedunculo rigido affixae, longitudinaliter 2valves, non articulae." *H. ups. l. c., cum syn.: H. alterum Raj. hist. 1328., H. tenuiore folio Tourn. l. c., Mor., Dal., II. c., Cunium alterum dioscoridis sylvestre siliquosum Lob. ic. 743. — loc. nat. „non procul Aquis sextis."*

Obs. Hanc et praecedentem misit etiam Loefl., il. 289.

1027. **H. erectum Sp. I.:** H. siliquis erectis teretibus torulosis. *H. ups. p. 32. n. 3. Sp. I—S. III. n. 3. H. tenuifolium, siliquis erectis teretibus. Amm. ruth. 58. t. 9. — Hall. goett. 229. (Sp. II.) — Habitat in Dauria.*

[*H. ups., Sp. I. II.*]

„Flos quadruplo major, quam in reliquis. Siliquae 2valves, erectae, torulis nodosae, neque pendulae, neque incurvae." *H. ups. — „Stam. videntur tetradynamata." S. III. XIII. — „In uno, quem vidi, flore erant stamina tetradynamia; observandum an sic semper?" Sp. II. app. p. 1677.*

ORDO III. TETRAGYNIA.

CLXXXV. **ILEX S. I.:** Cal. 4dentatus. Cor. rotata. Stylus 0. Bacca 4sperma. *S. II. n. 127. (t. c.), V. 158., XII. 172.*

ILEX. Aquifolium Tournef. 311. Dodonaea Plum. 12. — **CAL.** Perianthium 4dentatum, minimum, persistens. — **COR.** 4petala. 4partita, plana: lacini subrotundis, concavis, patentibus, majusculis, unguibus cohaerentibus. — **STAM.** Filam. 4, subulata, corolla breviora. Anth. parvae. — **PIST.** Germen subrotundum. Stylus nullus. Stigmata 4, obtusa. — **PER.** Bacca subrotunda, 4locularis. — **SEM.** solitaria, ossea, oblonga, obtusa, hinc gibba, inde angulata. [* *G. I. n. 91. (et add. p. 380.), II. 127., I. 158., VI. 172.*]

„*Dodonaea Pl.* excludit unicum quartam partem numeri in omni fructificationis parte." *G. I—VI., . . . „hinc flos trifidus." G. II—VI.; . . . „an hujus vera species?" G. VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. — Dodonaea Pl. (n. 1031-2.) plane desideramus in S. XIII., delictus vel ab autore vel Murray. ut Comocladis insererentur? Cf. n. 1032, et n. 275, not.

* FLORES QUADRIFIDI.

1028. **I. Aquifolium** *Sp. I.*: I. foliis ovatis acutis spinosis (*dentatis*, *H. cl.*). *H. cliff.* p. 40. n. 1. *II.* ups. p. 32. *Roy.* lugdb. 400. *Gron. virg.* 12. *Dalib.* paris. 54. *Sp. I* — *S. VII.* n. 1. — *Oed. dan.* 508. (*S. VIII.*) — I. aculeata baccifera. *Bauh.* pin. 425. Habitat in Europa australiori, Japonia, Virginia. *†* [*Sp. I. II.*]

„Polygama dioica. Planta hermaphrodita 5petala, pentandra. *Ger. Mill.* t. S. XII. et (*add. Mill.*) III

H. cliff. *syn.* *Bauh.* l. c., *Azrifolium* *Dod.* pempt. 639., *Aquif.* s. *Agrif.* *lob.* hist. 582. *Bauh.* hist. l. p. 114. *Tournef.* inst. 600., *Aquif. lacris rubris* *Herm.* lugdb. 56. *Boerh.* lugdb. 2. p. 419., *Koo* — *Kotz* *Kaempf.* japon. 781.: — *loc. nat.* German., Angliae, Galliae, Japoniae sepes umbr. — *Add. varr.* 3. vide infra. — *H. ups. syn. Bauh. Lob., l. nat. item (excl. Japon.)*.

„Varietates hujus speciei primariae sunt: α . foliis glabris integerrimis, exacte folia lauri referens; — β . fol. variegatis ex albo vel rubro, aureo dissessem vel argenteo; — γ . foliorum disco supra echinato: *Aquifolium* echinata folii superficie *Cornut. canad.* 180. — *Hae varr.*, si stolonnes demergantur, ut novae accrescant arbores, mutant faciem et transeunt in primam, hinc insitione semper opus est. Mira metamorphosis! tamen nec imbellem progenerant aquilae columbam! tamen nec unica species alteram diversam producit.” *H. cliff.*

„*Var. beta.* foliorum pagina superiore echinata. *Aquif. (etc.)* *Cornut. l. c.*” *Mant. II.* p. 333., *S. XIII.*

Obs. Gemmae hujus describuntur in Am. ac. 2. p. 209.

1029. **I. Cassine** *Sp. I.*: I. fol. ovato-lanceolatis serratis. *H. cliff.* p. 40. n. 2. *Mat. med.* n. 56. *Roy.* lugdb. 400. *Sp. I* — *S. VII.* n. 2. *Aquifolium* carolinense, foliis dentatis, baccis rubris. *Catesb. car.* 1. p. 31. t. 31. Habitat in Carolina. *†* [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. *Catesb. l. c.*, *Cassine* vera floridanorum arbusecula baccifera (*etc.*) *Pluk. mant.* 40., *l. nat. item.* — *Mat. med. syn.* *Pluk.* (*mant.* 40. t. 376. f. 2.) et *Catesb.* (2. p. 57. t. 57.) — *l. nat.* Carol. Virginia.

1030. **I. asiatica** *Sp. I.*: I. foliis lato-lanceolatis obtusis integerrimis. Habitat in India Asiae. *†* [*Sp. I. II.*]

** FLORES TRIFIDI.

1031. **I. cuneifolia** *Sp. I.*: I. foliis cuneiformibus tricuspidatis. *Sp. I* — *S. XII.* n. 4. — I. aculeata, folio tricuspidi. *Plum. hist. mss. (Sp. I.) ic.* 108. f. 2. (*S. A. sq.*) Habitat in America meridionali. *†*

[*Sp. I. II.*; — Φ . in *S. XIII.*]

1032. **I. Dodonaea** *Sp. I.*: I. foliis pinnatis. *Sp. I* — *S. XII.* n. 5. *Dodonaea* aquifolii folio tricuspidato. *Plum. gen.* 20. *ic.* 118. f. 1. (*S. A. sq.*) — *I ar. beta. Sp. I.*: *Dodon. aquif. fol. anguloso et ucculato. Plum. gen.* 20. (Φ . *Sp. II.*) — *I ar. gamma. Sp. I.* (β . *Sp. II.*): *Dodon. aquif. fol. anguloso non aculeato. Plum. gen.* 20. — Hab. in America meridionali. *†* [*Sp. I.*, \dagger . *Sp. II.* (*a. a.*); — Φ . in *S. XIII.*]

„Folia pinnata: foliolis 21, sessilibus, rigidis, ovatis, acuminatis, in medio utrinque denticulo angulatis. Flores racemosi ut in *Rhoe*,” *Sp. I. II.* — „ferte diversi generis?” *Sp. II.* — „*Cal.* 3dentatus. *Cor.* 3fida. *Stam.* 3. *Sem.* 3.” *S. XII.* — „In hoc genere excludenda; an *Camorcladia* species?” *Mant. II.* p. 333. — [*Hinc plane excidit, cum priore, in S. XIII., forte ut Camorcladiis insererentur, quod casu neglectum? R.*]

[*Obs. Var. beta. Sp. I.*, nescio quare amissa in ed. II., et *syn. est. Camorcladia angulosa* *Willd. R.*]

CLXXXVI. **COLDENIA** *Diss. Dass.*: *Cal.* 4phyllum. *Cor.* infundibulif. *Styli* 4. *Sem.* 2. bilocularia. *S. VII.* VIII. n. 173. — *Cal.* 4ph. *Cor.* (4petala *S. I.*) infundibulif. *Sem.* 4. *S. I.* p. 88. n. 1043, *A.* n. 159.

COLDENIA. — **CAL.** Perianth. 4phyllum: foliis lanceolatis, erectis, longit. cordatae. — **COR.** Ipetala, infundibulif: limbo patulo, obtuso. — **STAM.** Filam. 4, tubo inserta. *Inf.* subrotunda. — **PIST.** Germina 4, ovata; *Styli* totidem, capillares, longit. staminum. *Stigmata* simplicia, persistentia. — **PER.** 0. *Fruetus* ovatus, compressus, scaber, acuminatus, terminatus rostris 4. — **SEM.** 4, hinc convexa, scabra, inde angulata, acuminata. (*Sem.* 2, muricata, 2locularia,” *Mant. I. app.*

p. 139.) — [\times *Diss. Dassow. in Am. ac. 1. p. 393. et Fl. zeyl. app. p. 6., n. 1043., G. I. n. 159., Fl. 173.*]

1033. **C. procumbens** *Sp. I* — *S. VII.* n. 1.: *Coldenia* *Fl. zeyl.* n. 69. — *Mill. dict. decer. (Sp. II.)* — *Teucrii* facie hisnagarica tetracocos rostrata. *Pluk. alm.* 363. t. 64. f. 6. *Raj. suppl.* 281. *Moris. hist.* 3. p. 423. Habitat in India. \odot . — *Fructificationem* ulterius examinent alii in vivente planta, ego perfectam non (siccam tantum *Sp. I.*) vidi. [*Sp. I. II.*]

„Planta depressa ramis alternis. Folia alterna, subpetiolata, obovata, latere superiore sublanata, plicata secundum serraturas profundas, tomentosa exceptis plicis. *II.* axillares, nonnulli, sessiles. *Styli* 4. *Sem.* 2, bilocularia, intus plana, extus muricato-angulata.” *S. XII.* XIII.

„Herba facie *Neuradae*, procumbens, diffusa. Rami alterni, villosi. *Fol.* alterna, petiolata, lunata s. ovalia: latere inferiore versus basin deliquescente s. attenuato. marginem crenato-lobata, lobis *II.* plicata, villosa. *Fruet.* axillares, sessiles.” *Am. ac. (l. c. tom. 1. p. 394.)*, *cum syn.* *Pluk. l. c.*, *Hansape Herm. zeyl.* 13. *Burm. zeyl.* 113.

„Herba procumb., ramis altern., confertis, pilosis, spithamaeis, diffusis. *Fol.* alt., pet., oval., latere anteriore versus caulem angustiora, repando-serrata, lobis *II.* circiter, plicata, subvillosa. *Ex* alis *II.* aut *fruct.* solitarii, vel cum ramulo enati, sessiles.” *Fl. zeyl.*, *cum syn. Pluk. Herm. Burm.*

Obs. Meliora specimina misit Burm., teste epist. Linnaei (ed. r. Hall. n. 42. p. 79., d. 27. Jul. 1764.): „Laetor quod inter tuas Indicas reperire poteram perfectum specimen *Coldeniae*: habet certe 4 pistilla, quidquid reclamant alii; sed habet hoc singulare, quod ejus 2 semina sunt singula bilocularia.”

CLXXXVII. **POTAMOGETON** *S. I.*: *Cal.* 0. *Petala* quatuor. *Stylus* 0. *Sem.* quatuor. *S. I.* n. 128., *A.* 160., *III.* 174.

POTAMOGETON *Tournef.* 103. *Vaill. B. P.* 32. f. 5. (*G. I. II.*) — **CAL.** 0. — **COR.** *Petala* 4, subrotunda, obtusa, concava, erecta (*patentia* *G. I. II.*), unguiculata, decidua. — **STAM.** *Filam.* 4, plana, obtusa, brevissima. *Anth.* didymae, breves. — **PIST.** *Germina* 4, ovato-acuminata. *Stylus* 0. *Stigm.* obtusa. — **PER.** 0. — **SEM.** 4, subrotunda, acuminata, hinc gibba, inde compressa, angulataque. [\ast *G. I. n. 92., II.* 128., *I.* 160., *Fl.* 174.]

1034. **P. natans** *Sp. I.*: *P.* foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus (Φ . *H. cl.*). *H. cliff.* p. 40. n. 1. *Fl. succ.* 1. n. 139. *II.* 145. *Roy.* lugdb. 212. *Hall. helv.* 199. *Dalib.* paris. 54. *Sp. I* — *S. VII.* n. 1. — *P.* foliis ovato-obl. natantibus. *Fl. lapp.* n. 68. *P.* rotundifolium *Bauh.* pin. 193. — *I ar. beta. Sp. I.*: *P.* foliis lanceolato-obl., petiolis longis. *Gron. virg.* 139. — Habitat in Europae lacubus et fluviis. *†*

[*Sp. I. II.*]

„Folia natant supra aquam uti *Nymphaeae*: petioli saepius foliis longiores sunt.” *Fl. S. II.* — „Haec est unica species, quam novi, cujus folia aquarum superficiei innatant *Nymphaeae* ad instar. — Si crescat in loco qui per aestatem exsiccatur, mire mutat faciem et erecta, ut *Plantago parva*, exerescit.” *Fl. lapp. obs. beta. gamma.*

Fl. lapp. syn. *Bauh. l. c.* et *Lind. wiks.* 90. *Potamogeton* *Fuchs.* hist. 651. fig. „optima,” — *Fl. S. syn.* *Bauh.*, *Fuchs.* *II. c.* (et *Hall. Lind. II. cc. Vets. ups.* 28., in ed. I.). — *H. cliff. syn.* *P.* rotundiore *fol. Bauh.* hist. 3. p. 776., *C. Bauh. l. c.* et *Boerh. lugdb.* 1. p. 196., *P.* primum *Dalech.* hist. 1007.

1035. **P. perfoliatum** *Sp. I.*: *P.* foliis cordatis amplexicaulis. *Fl. lapp.* n. 69. *Fl. succ.* 1. n. 140. *II.* 145. *Roy.* lugdb. 212. *Hall. helv.* 199. *Dalib.* paris. 54. *Sp. I* — *S. VII.* n. 2. — *Oed. dan.* 196. (*S. VIII.*) — *P. perfoliatum* *Raj. hist.* 185. *P. foliis latius splendentibus. Bauh. pin.* 195. (*Sp. II.*) — *P.* rotundif. alterum *Loes.* pruss. 205. t. 65. Habitat in Europae lacubus fluviisque argillosis. *†*

[*Sp. I. II.*]

„Folia in hoc genere saepius alterna, sed ad divaricationes caulium fructificantis opposita.” *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. *Loes. l. c.* „bona”, *Raj. syn.* 149. — *Fl. S. l. II. syn.* *Raj. hist. l. c.* et *angl.* 3. p. 149., *P.* tertia *Dod. pempt.* 582., *Loes. l. c.*

1036. **P. densum** *Sp. I.*: *P.* foliis ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora. *Sp. I* — *S. XII.* n. 3. *Guett. stamp.* 1. p. 102. *deser.* —

P. minus, fol. densis mucronatis non serratis. Magn. monsp. 303. — *Fontinalis media lucens*. Bauh. hist. 3. p. 769. *Raj. hist.* 189. (Sp. II.) — *Tribulus aquaticus minor alter*. Clus. hist. 2. p. 252. (S. X. Sp. II.). — Habitat in Gallia, Italia (Sp. I.). [Sp. I. II.]

„Pedunc. e dichotomia caulis brevissimus. Spica 4flora.” Sp. II. *Obs.* Sp. I. signo 4. dubia, e Guett. — S. X. add. sign. Clus. — Syn. Magn. Bauh. dein ad *P. gramineum*. β. M. II. ductum.

1037. *P. lucens* Sp. I.: *P.* foliis lanceolatis planis (Sp. I. sq.) in petiolos desinentibus. Hort. cliff. p. 40. n. 2. Fl. suec. I. n. 141. II. 147. Roy. lugdb. 212. Dalib. paris. 54. Sp. I — S. VII. n. 4. — Oed. dan. 195. (S. XIII.) — *P.* foliis angustis splendidibus. Bauh. pin. 193. Fontinalis lucens major. Bauh. hist. 3. p. 769. Habitat in Europae lacubus, stagnis, fluviis argillosis. 2. [Sp. I. II.]

„Folia venis reticulata s. nervosa, striis obliquis decussata, pellucida, basi in petiolos desinentia, magnitudinis plurimum variant.” Fl. S. II.

H. cliff. syn. *P.* aquis immersum. fol. pellucido lato oblongo acuto. Raj. syn. 148. Stoa. flor. 48. Bauh. pin. I. c. — t. nat. „in fluviis et lacubus sub aqua, solum spicam florentem exserens, vulg. in Europa, nec non in Jamaica.”

Fl. S. I. syn. *P.* fol. ov. longissimis petiolatis. Hall. helv. 190. *P.* alpinum plantagineis folio. Tourm. inst. 233. C. Bauh. I. c., Raj. hist. 188. — Fl. S. II. syn. Bauh. utrq., Raj. hist., II. c.

1038. *P. crispum* Sp. I.: *P.* foliis lanceolatis alternis oppositis vae (S. VIII.) undulatis. Roy. lugdb. 212. Fl. suec. I. n. 142. II. 148., serratis. Sp. I — S. XIII. n. 5. — It. scan. p. 95. (descr. brev.) — Potamogeton foliis crispis s. Lactuca ranarum sarmentis planis. Bauh. pin. 193. Habitat in Europae fossis et rivulis. [Sp. I. II.]

„Caulis valde compressus. Variat fol. alternis et oppositis.” Mant. II. p. 333.

Fl. S. syn. Bauh. I. c., Fontinalis crispa Bauh. hist. 3. p. 770. Fontinapathum pusillum Lob. ic. 286. (et: Pot. s. Fontin. crispa, fol. alternis, cauliculis compressis. Boerh. lugdb. I. p. 197., in ed. I.)

Hinc etiam pertinere videtur: *P.* fol. oblongis undulatis obtusis, caule compresso. H. cliff. app. p. 496. n. 4., cum syn. Bauh. utrq., Boerh., II. cc., *P.* fol. ang. et undulatis Tourm. inst. 233., *Tribulus* aq. minor Clus. hist. 2. p. 252. — t. nat. „frequens per Europam, praesertim in fossis Hollandiae sub aquis.” — [Vasquum a Linnaeo serius citatur hic locus.]

1039. *P. serratum* Sp. I.: *P.* foliis lanceolatis oppositis subundulatis. Sp. I — S. XII. n. 6. — *P.* fol. lauc. obscure undulatis, caul. longe ramosis. Guett. stamp. I. p. 102. Dalib. paris. 55. *P.* longo serrato folio. Bauh. pin. 193. Habitat in Europae rivulis. [Sp. I. II.]

„An var. praecentis?” S. XII. XIII.

1040. *P. compressum* Sp. I.: *P.* foliis linearibus obtusis, caule compresso. H. cliff. p. 40. n. 3. Fl. suec. I. n. 143. II. 149. Roy. lugdb. 213. Dalib. paris. 55. Sp. I — S. XII. n. 7. — Oed. dan. 203. (S. XIII.) — *P.* caule plano, fol. gramineis undulatis, spica exigua. Hall. helv. 201. *P.* caule compresso, folio gramineis canui. Raj. hist. 189. Habitat in Europae fassis paludosis. [Sp. I. II.]

„Caulis compressus. Variat globis alternis et oppositis.” S. XIII.

H. cliff. syn. Raj. (61. pro 189.) — Fl. S. syn. *P.* ramosum, caule compr., fol. gr. can. Raj. cant. 124. Dill. giss. 112., Raj. hist. I. c. (et Hall. I. c. in ed. I.)

„Obs. Species in Succia frequentior, caule complanato insignis et ex Raji synonymo, quod princeps, huc pertinens, est *P. zosteracifolius* Schum.: in quo speciem Linnaeanam unice quaerendum esse, eiecit Friesius Novit. ed. II. p. 44., q. cf.: R.]

1041. *P. pectinatum* Sp. I.: *P.* foliis setaceis parallelis approximatis distichis. Fl. suec. I. n. 145. II. 150. Dalib. paris. 55. Sp. I — S. XII. n. 8. — *P.* foliis linearibus acutis longissimis alternis confertis. Roy. lugdb. 213.

P. gramineum ramosum. Bauh. pin. 193. prodr. 101. Habitat in Europae fossis et paludibus. [Sp. I. II.]

Fl. S. syn. Roy. I. c., *P.* millefolium s. fol. gramineis ramosum Raj. angl. 3. p. 150. (et Vaill. paris. 163. Cels. ups. 29., in ed. I.). Bauh. I. c., *Millefolium* tenuifolium Ger. hist. 828.

„Obs. Solum formam scoparium (Fr.) hujus speciei intellexit L.: hinc fig. Pluk. ad *P. marinum* (n. 1044.) duxit. Cf. Fries. Novit. R.]

1042. *P. setaceum* Sp. I.: *P.* foliis lanceolatis oppositis acuminatis. Roy. lugdb. 213. Dalib. paris. 55. Sp. I — S. VII. n. 9. — Potamogeton ramosum angustifolium Bauh. pin. 193. — prodr. 101. (Sp. II.) — Habitat in Europae fossis paludosis. [Sp. I. II.]

„Obs. „Hanc nec in Herb. Linn. nec alibi rudi.” Smith. — Ob syn. Bauhini ad *P. densi* var. angustifolium pertinens? — Rogent vero planta ex synonymis potius var. *P. crispi*? R.]

1043. *P. gramineum* Sp. I.: *P.* foliis lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipula latioribus. Fl. suec. I. n. 144. II. 151. Sp. I — S. XII. n. 10. — Oed. dan. 222. (S. XIII.) — *P.* gramineum latiusculum, foliis et ramificationibus densissime stipatis. Raj. angl. 3. p. 149. t. 4. f. 3. Fl. lapp. n. 70. — *P. gramineum latifolium*. Loes. pruss. 206. t. 66. (Sp. II.) — Habitat in Europae fossis et paludibus. ☉ [Sp. I. II.]

„Var. β.: *P.* fol. lanceolatis oppositis acuminatis planis. Ger. prov. 124. *P.* minus, fol. densis mucronatis non serratis. Magn. monsp. 363., Fontinalis media lucens. Bauh. hist. 3. p. 777.” Mant. II. p. 333., S. XIII.

Fl. lapp. syn. Raj. I. c. — Fl. S. syn. Raj. I. c. (et Cels. ups. 28. in ed. I.). Loes. I. c. — Explicanda e planta lapponica, de qua in diario itin. lapp., Luch. lapp. II. p. 112. L. ipse haec: „Omnes hoc loco (in Lapponia lulesi. d. 28. Jul. 1732.) fluviis minores et rivuli prodaxere Potamogeton quoddam, quod an a vulgari specie [i. e. *P. natante*] distinguendum esset, dubius eram, quum eximie variaret habitu, sed folia magis graminea essent.”

„Obs. Dissensio inter autores de hac specie extat. Cf. Wahlenb. fl. lapp. p. 52., fl. ups. p. 57. et fl. suec. p. 104., et Friesium Novit. ed. II. p. 37—41., et interpretibus Linnaei facile principem; quo teste lapponica planta est *P. heterophyllus* recentiorum, a quo differt Raji planta (*P. obtusifolius* M. K.) et Loeslii fig. (*P. compressum* L. referens), atque atque *P. gramineum* Wahlenbergii (*P. nitens* Web.) et Smithii (*P. obtusif.*) — Dubia quoque est var. β. Mant. Hlae. cujus syn. cf. ad n. 1036. R.]

1044. *P. marinum* Sp. I.: *P.* foliis linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus. Fl. suec. I. n. 146. II. 152. Sp. I — S. XII. n. 11. — Oed. dan. 186. (S. XIII.) — *P.* pusillum floatans. Bocc. sic. 42. t. 20. f. 5. It. gotl. p. 221. — *P. marit. ramosissimum, grandisculis capitulis, capitulaceo folio*. Pluk. atm. 305. t. 216. f. 5. (Sp. II.) — Habitat in Europa ad maris littora. ☉ [Sp. I. II.]

„*P.* pusillum floatans. Bocc. Hinc erat caul. ramosissimus, fol. alternis lineari-subulatis angustissimis, ad ramificationes vero caulis notatus stipulis latis amplicaulibus, e quarum dorso fol. solitaria.” It. gotl. I. c. [unde species orta]; e flucio Gothum.

„Folia stipulis ipsis insident in hac specie, nec stipulae distinctae in aliis foliorum, uti in reliquis.” Fl. S. II., cum syn. Bocc., It. gotl. I. c., Pluk. I. c., mala.”

Fl. S. I. syn. *P.* pediculis florigeris longissimis, glomerulis florum remotis. Hall. helv. 201., Bocc. I. c. et Cels. ups. 29.

„Obs. Haec quoque litigiosa species ab acutissimo Friesio Novit. II. p. 54—6. (cf. etiam p. 52—3.) aptime explicata. — Noli tamen imitari ejusdem: „*P. pusillum* L. it. gotl.” — Neque asterisci apud Linnaeum locus principales indicant, qua de re cf. praef. nostr. q. 28. obs. I. — Excludenda syn. Fl. Dan. et Pluk., ad *P. pectinatis* formas latiores, cum nostro facile commutandas et a L. commutatas, pertinentia. R.]

1045. *P. pusillum* Sp. I.: *P.* foliis linearibus oppositis alternisque distinctis: basi patentibus, caule tereti. Fl. suec. I. n. 147. II. 153. Dalib. paris. 56. Sp. I — S. XII. n. 12. *P.* foliis linearibus alternis remotis. Roy. lugdb. 213. — *P. minimum, capillaceo folio*. Bauh. pin. 193. prodr. 101. *P. gramineum tenuifolium* Loes. pruss.

206. t. 67. (Sp. II.) — *P. pusillum*, gramineo folio brevioribus. Vaill. paris. t. 32. f. 4. Habitat in Europae paludibus. ☉ [Sp. I. II.]

Fl. S. syn. Roy. l. c., *P. pusill.* gramineo fol., caule tereti. Raj. syn. 3. p. 130., Vaill. l. c., „opt.“, Loes., Bauh., ll. cc. (et: *P. caule tereti fol. angustiss., spica minima.* Hall. hets. 201., in *Fl. S. I.*)

„Synonymon C. Bauhini certus adpono, cum plantam habuit ipse a Bursero; et in herbario Burseri nostra planta est. Valde fragilis est haec planta et minima inter nostrates *Potamogetones*. *Folia ipsius stipulis saepius angustiora.*“ *Fl. S. I. et (addit. q. vrs.) II.*

CLXXXVIII. **RUPPIA** *S. I. (cm.)*: Cal. 0. Cor. 0. Sem. 4, pedicellata. *S. II. p. 88. n. 842., A. n. 161., VII. 175.*

RUPPIA. Bucca ferrea Mich. 35. — CAL. Spatha praeter vaginas foliorum vix ulla. — Spadix subulatus simplicissimus, rectus, maturescente fructu incurvatus, fructificationibus distiche obvallatus. — Perianth. nullum. — COR. nulla. — STAM. Filam. nulla. Anth. 4, sessiles, aequales, subrotundae, subdidymae. — PIST. Germina 4 s. 5, subovata, conniventia. Stylus 0. Stigmata obtusa. — PER. 0. Semina insident pedicellis propriis filiformibus, longit. fractus. — SEM. 4 s. 5, ovata, obliqua, terminata Stigmatate plano, orbiculato. [* *G. I. n. 161., II. 175.*]

[*RUPPIA*. (*Syn.*, *Cal.*, *Cor.*, *Filam.*, ut supra.) ... Anth. reniformes, bivalentes, plures, longitudinaliter affixae, — Pist. Styli tenues, capillares, singuli gerentes Germen ovatum, Stigmatate simpliciter. — Per. Cortex ovatus, acuminatus, obliquus, stylo elongato insidens, numero pistillorum. — Sem. solitarium, subrotundum.“ * *G. I. p. 277. n. 699. et II. p. 442. n. 842., sub Cl. XX., ord. polyand.*]

Obs. In *S. I.*, cum *syn. Mich.*, (e quo solo haustam signo indicator) sub *Cl. XX.* habitat, ut et *serius*, usque dum *Zosteræ* genere (q. cf.), ante ut videtur cum nostra connotato, melius cognito, utriusque rectum locum indicare autor in *S. VI. et sequentibus*. — De nom. gen. *arigine agit H. cliff. l. c.*

1046. **R. maritima** *Sp. I* — *S. VII. n. 1. Fl. S. II. n. 154. — Oed. dan. 364. (S. VII.) — Ruppia II. cliff. p. 436. It. vestg. p. 186. Guett. stamp. 2. p. 416. Bucca ferrea maritima, foliis acutissimis. Mich. gen. 72. t. 35. Potamogeton maritimum, gramineis longioribus foliis, fructu fere umbellato. Raj. angl. 3. p. 134. t. 6. f. 1. Fucus folliculaceus, foeniculi folio longiore. Bauh. pin. 365. — *Fucus ferulaceus* Lob. ic. 255. *Gramen maritimum fluitans cornutum. Bauh. pin. 3. prodr. 7. (Sp. II.)* — Habitat in Europae maritimis. ☉ [Sp. I. II.]*

„Planta hodie (d. 17. Jul. 1746., ad Marstrand) primum in solo Suecico inventa: caule fere sub arena repit, folia emittens quasi subularia, florescent in alis ferens ut minimum Potamogeton gramineum. — Rad. simpliciss., descendens, Caul. albus, ramosus, articulatus, filii crassitie et figura, e singulo geniculo ramos demittens. Fol. oppos., angustiss., plumose. aciculae figura, mollia, basi membranacea latiuscula, se invicem amplectentia. Primordia ramorum duor., singula duob. foliis constantia, inter descripta continentur folia. Spica sessilis, oblonga, inter ramorum primordia. Cal. vel cor. nulla; sed flos singularis constans antheris 4, sessilib., aequalib., subrotundis, subdidymis. Pistilla sunt Germina 4, 5, 6, subovata, conniventia, stigmatib. obtusis. Fructus in pedicello elongato, pro singulo flore ex seminib. 4, 5, 6, ovatis, obliquis, terminatis stigmatate plano, orbiculato. Fructus hi singuli insident pedunc. propriis longitudine fructus, hinc fructus, ejujusvis floris, quasi umbellatus.“ *It. vestg. p. c., (cum syn. Mich., Raj., Pluk. et Bauh.)*

H. cliff. (sub Cl. XX., ult.) syn. Raj. l. c., „charact.“ Pot. marit. pusill. alterum, Raj. hist. 190., ... seminib. longis pediculis insidentibus, Pluk. phyt. 248. f. 4., alm. 305., Mich. p. 72., Bauh. prod. l. c., Gramen aquae innatans cum utriculis s. Foeniculacea marina, Bauh. hist. 3. p. 784., Bauh. pin. 365. l. c., Corallina foeniculi folio longiore Tourn. inst. 571., (et: *Fluctatis gram. fol. polycarpos* Vaill. paris. 54., exclus. in *line libri.*) — *Add. var. β.* Bucca ferrea, marit. foliis minus acutis, Mich. l. c. t. 35. — *Loc. nat.* „in fossis maritimis Italiae, Galliae, Angliae, Belgii; nos plantam ad pagum Katwyk legitimus.“

Fl. S. II. syn. Mich. Raj. Bauh., ut in Sp. I. — [Obs. Pratererea Ruppia florum suecicae primo ab autore addita in Act.

h. ltm. 1741. p. 207. n. 92., cum syn. Mich. Raj. ll. cc.; sed ibi etiamtum sub Cl. 20. habitat, et quae ibi de usu economico referuntur, ad Zosteram potius pertinent. Ipse L. hunc locum serius non citavit. — In Fl. S. I. app. „Algam angustifoliam vitriariorum C. B.“ dubius, an Ruppia sit, an diversa? proposuit. De qua cf. Zosteram. R.]

CLXXXIX. **SAGINA** *S. I. (cm.)*: Cal. 4phyllus. Petala 4. Caps. flocularis, 4valvis, polysperma. *S. II. n. 129., X. 162., VII. 176.*

SAGINA. Alsineella Dill. gen. 6. — CAL. Perianth. 4phyllum, foliolis ovatis, concavis, patentissimis (♂. *G. I.*), persistentibus. — COR. Petala quatuor, ovata (oblonga *G. I.*), obtusa, calyce breviora, patentia. — STAM. Filam. 4, capillaria. Anth. subrotundae. (Fil. 8, subulata, alterna breviora. *Autic. simplicis. G. I.*) — PIST. Germ. subglobosum. Styli quatuor, subulati, recurvi, pubescentes. (Germ. ovatum. Styli 4, filif., longit. staminum. *G. I.*) Stigmata simplicia. — PER. Caps. ovata, tecta, quadrilocularis, quadrivalvis. — SEM. numerosa, minima, receptaculo (confertim *G. I.*) affixa. [* *G. II. n. 129., F. 162., Fl. 176. — * G. I. p. 118. n. 336., c. e. et sub Cl. VIII., 4.]*

Obs. S. I. cum syn. Dill. sub Cl. VIII. 4. Item in G. I. Meth. ser. etc. — Ab G. II. recto loco, postquam jun in S. II. sub anomalis huc relatu erat. — In Fl. lapp. generi subest Stellararia biflora, inde diversa classis.

1047. **S. procumbens** *Sp. I.*: S. ramis procumbentibus, Fl. lapp. n. 157. Fl. svec. l. n. 148. II. 155. Roy. lugdb. 452. *Sp. I. S. X. VII. n. 1., petalis brevissimis. Sp. II. n. 1. — Ard. spec. 2. p. 23. t. 8. f. 2. (S. VII.)* — S. scapis et ramis unifloris. Guett. stamp. 2. p. 277. Alsine pusilla graminea, flore tetrapetalo. Segu. veron. 421. t. 5. f. 3. — *Alsineella muscosa flore repens. Dill. giss. 81. Raj. angl. 4. p. 90. Alsine minima, flore fugaci. Raj. suppl. 501. Alsine tetrapetala, foliis angustis in origine latecentibus. Hall. helv. 390. (Sp. II.) — Iar. β. Sp. II. (γ. Sp. I.): Saxifraga graminea pusilla, foliis brevioribus crassioribus et succulentis. Raj. angl. 3. p. 345. — Habitat in Europae pennis sterilibus uliginosis aridis. [Sp. I. II.]*

Sp. I. pratererea var. β. Alsine saxifraga graminif., flore. 4petalis herbidis et muscosis. Pluk. alm. 23. t. 74. f. 1. [*Obs. Huc fig. mancu, sive var. erecta, sive spec. sequens, vel affinis est. R.*]

„Variat floribus corollatis et apetalis, ut Jacq. vind. 26.“ *S. XII. XIII.*

Fl. S. II. syn. Dill. giss., Raj. suppl. ll. cc. — Fl. S. I. syn. Roy. l. c., Dill. giss. l. c. et Raj. syn. 3. p. 345., Cels. ups. 2., Raj. suppl. l. c. et Tourn. inst. 243. Vaill. par. 6., Hall. l. c. — Fl. lapp. syn. Spargula perennis repens β. gramineo lacte virente Rupp. jen. l. p. 66., Dill. giss. Tourn. inst. II. cc.

[*Obs. Var. β. Sp. II. teste Smithio est Spargula subulata, teste Friesio Sp. stricta. Num itaque hanc, quae γ. Sp. I. loco alterius (β.) delere voluit autor in Sp. II. clemis? R.*]

1048. **S. apetala** *Mant. II*: S. caule erectiusculo pubescente, flor. alternis apetalis. — S. apetala, caul. erectis, rad. annua, flor. apetalis. Ard. spec. 2. p. 22. t. 8. f. 1. — Habitat in Italia. ☉. [*Mant. II. p. 559.*]

1049. **S. erecta** *Sp. I.*: S. caule erecto sub- (*S. X. VII.*) unifloro, *Sp. I. S. X. VII. n. 2., trifloro-ve. Sp. II. n. 2. — S. fol. linearilanceolatis. Ger. prov. 402. (S. VII.)* — S. scapis unifloris. Guett. stamp. 2. p. 276. Dalib. paris. 56. Alsine foliis caryophyllaeis. Raj. angl. 3. p. 344. t. 15. f. 4. Alsine verna glabra. *Magn. monsp. 14. (Sp. II.)* Vaill. paris. 6. t. 3. f. 2. Habitat in Galliae, Angliae, Germaniae sterilibus glareosis. [Sp. I. II.]

„Calycis foliola lanceolata, acuminata.“ *S. XII. XIII.*

1050. **S. virginica** *Sp. I.*: S. caule erecto, flor. oppositis. *Sp. I. — S. VII. n. 3.* Saginae affinis planta minima, floribus albis. Clayt. mss. 649. Habitat in Virginia inter muscos ad margines fontium. D. Gronovius. — Canlis digitalis, filif., erectus, folia opposita, subulata, remota, minima. Flos terminalis et oppositi nonnulli propriis pedunculis. Perianth. 4partitum, erectum. Petala 4, oblonga, Stamina 4, longit. calycis. Germen conicum, longit. calycis. Stylus nul-

lus. Stigma obtusum. Caps. pyramidalis, rostrata, unilocularis. Sem. numerosa. An proprii generis? [Sp. I. II.]

CXC. TILLAEA Mich., S. I.: Cal. 3- s. 4partitus. Petala 3 s. 4, aequalia. Caps. 3 s. 4, polyspermae. S. VII. n. 177. — S. VI. p. 85. n. 83. et V. p. 902. n. 163. [excl. num. 4nario.]

TILLAEA Mich. 20. — CAL. Perianth. 4- (3-) partitum, planum: laciniis ovatis, magnis. — COR. Petala 4 (3), ovata, acuta, plana, calyce fere minorae. — STAM. Filam. 4 (3), simplicia, corolla breviora. Anth. parvae. — PIST. Germina 4 (3). Styli simplices. Stigmata obtusa. — PER. Caps. 4 (3), oblongae, acuminatae, reflexae, longit. floris, longitudinaliter sursum dehiscentes. — SEM. bina, ovata. [G. I. p. 20. n. 57. et * H. p. 36. n. 83. (num. ternario et sub Cl. III. 3.); * G. V. n. 163., VI. 177.]

„Fructificationis partes in quibusdam speciebus (in *T. muscosa*, *G. VI.*) ternae.“ *G. V. VI.*

Obs. A. S. I. ubique apud L. in Cl. III., 3.: a Sp. I. dein ubique ad Cl. IV. 4. relatum genus.

1051. **T. aquatica** Sp. I.: *T. erecta* dichotoma, foliis acutis. Sp. I. II. S. X. n. 1. Fl. svec. II. n. 156., flor. quadrifidis. S. VII. III. n. 1. Crassula caule dichotomo, fol. linearibus, flor. 4fidis. Fl. svec. I. n. 259. Dalib. paris. 98. Cr. flor. 4partitis. H. cliff. p. 497. Sedum minimum annuum, flore roseo tetrapetalo. Vaill. paris. 181. t. 10. f. 2. [et? Fl. lapp. n. 196. R.] Habitat in Europae inundatis. ☉ [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. Vaill. et Fl. lapp. L. c., loc. nat. Lapon. Upland, Gallia. — Fl. S. I. II. syn. II. cliff., Vaill. l. c. [Omissum scribis ubique syn. Fl. lapponicae, licet princeps; quamvis locus nat. „in Lapponia Lulensis“ (Fl. S.) et syn. Vaill. ubique n. L. citatum, lapponicam plantam primariam esse indicent. Cf. tamen de eu Wahlentb. fl. lapp. p. 54.! — In Luchs. lapp. nulla hujus mentio fl. R.]

„Ad ripas fluvii Lulensis copiosissime crescit minima haec planta. Pistillis gaudet 4; num stamina obtinet 4 vel 8, certo determinare nequeo; si stam. huic modo sint 4, diversum di-

cerem esse genus, nec repugnaret facies.“ *Fl. lapp. n. 196., cum syn. Vaill., sub Sedo.*

„Planta minima est et annua. Flores communiter 4fidi et 4andri, cum vero in congeneribus reliquis flores saepius 3fidi, huc relata fuit haec species.“ *Fl. S. II. — [Obs. In Fl. S. I. sub Crassula, Cl. V. 5. militat, sed in Cl. IV. sine indicatur: in Fl. S. II. sub Cl. IV. 4.: quare haec obs. solum respirare potest ad G. I. II., ubi genus sub Cl. III. 3. olim a se collocatum fuisse. L. his verbis commemorat. R.]*

1052. **T. muscosa** Sp. I.: *T. procumbens*, Sauv. musp. 129. Sp. I. S. V. n. 3, Sp. II. n. 2., flor. trifidis. S. VII. III. n. 3. Tillaea Dalib. paris. 43. *T. muscosa* annua perfoliata. Mich. gen. 22. t. 20. Crassula fol. sessil. connatis, flor. aggregatis in foliorum alis. Guett. stamp. I. p. 97. Polygonum muscosum minimum. Bocc. sic. 56. t. 29. Sempervivum omnium minimum repens muscosum, polygomi facie. Bocc. mus. 2. p. 36. t. 22. Habitat in Italiae, Siciliae, Galliae muscosis. — Flores hujus saepius 3fidi, antecedentium 4fidi; Phil. Bot. 178. [Sp. I. II.]

[*Obs. Tertio species, T. rubra Sp. I. S. X. n. 2. (unde num. „3“ species in S. XII., et verbum „antecedentium“ in Sp. II.): cf. sub Crassula. Ad hunc solum pertinet syn. „H. ups 24.“, lapsu culami his, sc. ad nostram quoque citatum in Sp. I., et hinc recusum in Sp. II. R.]*

CXCI. MYGINDA Sp. II. App.: Cal. 4partitus. Petala 4. Drupa globosa. S. VII. n. 178.

1554. *Rh. theezans* *Mant. II.*: *Rh. spinis terminalibus*, fol. ovatis serrulatis, ramis divaricatis. *S. III. p. 194. (cum syn. Osb.) — Rh. spinosa*, foliis ovatis serrulatis, ramis divaricatis. *Mant. II. p. 207. — Rh. Thea* Osb. it. 232. 161. — Habitat in China, pauperibus Theae succedaneum. $\bar{\gamma}$. — Arbuseula sarmentosa: rami teretes, striati, alterni, remoti, ad angulum acutum divaricati, apice spinosi. Fol. alterna, petiolata, ovata, obtusiuscula, tenuissime acuteque serrata, laevia, alterne venosa, saepe ad basin ramuli opposita. Spicae terminales, simplices s. alternæ, in panicula nuda. Flores interrupto-glomerati, sessiles, ad puncta conferti, minuti. Cor. 5fida, Stamina, intra squamam petaloidem, quinque. Stylus brevis. Stigma triplex. [*Mant. II.*]

1555. *Rh. pentaphyllus* *S. VII.*: „*Rh. spinis terminalibus*, fol. ternatis quinatisque. Jacq. obs. 2. p. 17. *Rhamnus siculus* Bocc. sic. 43. t. 21“ *S. III. p. 179. n. 21. — [Cf. sequens species. R.]*

1556. *Rh. siculus* *S. VII. app. tom 3.*: *Rh. spinis lateralibus*, foliis solitariis quinatisque. — *Rh. siculus pentaphyllus* Bocc. sic. Raj. hist. 1626. — Habitat in Sicilia, Africa. Baro capucinus. — Frutex ramis ferrugineis; spinis alternis, validis, vix pollicaribus, patentibus. Folia Buxi aut Uvae ursi similia, obovato-oblonga, petiolata, integerrima, laevia, venosa, decidua. Flores axillares, conferti, sessiles, Hermaphroditis Masculi Feminique simul, Squamæ binæ ovatae singulum florem vestiunt. Cor. 1petala, campanulata, patens, 5partita; laciniis ovatis acutis. Nectarium subnecroclatum, fundi floris.

Stam. 5, subulata, corolla fere longiora. Filamenta alia 5 castrata, subulata, alterna, fertilibus similima, sed breviora. Germen conicum, villosum. Stylus filif., corolla duplo longior. Stigma simplex. Drupa ovata, glabra. Nux ovata, 2locul., raro 3locularis.

[S. XII. tom. 3. app. p. 229.]

Obs. Speciem hanc (e descriptione data, teste cl. Willd., identicam cum *Elacodendro Argan* Rtz.: cf. n. 1547.) in S. XIII. cum *praececlente Jacquiniana* (quae: *Rhus Thesera* Pers.) vel *Linnaeus* vel *editior conjuncti, sequenti modo:*

„*RH. PENTAPHYLLUS*: Rh. spinis lateralibus, fol. solitariis quinatisque. — Jacq. obs. 2. p. 17. Rh. siculus Syst. nat. 3. p. 229. Rh. siculus pentaphyllus Boec. sic. Raj. [H. cc.] An hujus generis? Folia Buxi, viridia. Flores axillares, sessiles. Flores 5foli. Stylus simplex longus.” S. XIII. p. 194. n. 0.

• • INERMIS.

1557. *Rh. Sarcophallus* S. X.: Rh. inermis, fol. ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis. S. X. n. 1. A. Sp. II. S. XII. n. 6. — Amoen. acad. 5. p. 395. (sine diagn.) — *Sarcophallus* foliis ovatis glabris alternis apice leviter emarginatis, cortice interiore ferrugineo. Brown. jam. 179. Habitat in America. [Sp. II.]

„Fol. majuscula, rigidula. Corymbi axillares, breves, rigiduli.” Am. ac. (cum syn. Brown.)

1558. *Rh. micranthus* S. X.: Rh. inermis, foliis ovato-lanceolatis obliquis pubescentibus, stipulis lanceolatis acuminatis (♀. Sp. II.) deciduis. S. X. n. 1. B., Sp. II. S. XII. n. 7. — Am. acad. 5. p. 395. (sine diagn.) — Rh. an *Zizyphus arborecens*, fol. oblongo-ovatis hirsutis et leniter serratis. Brown. jam. 173. t. 12. f. 2. Muntingia folio corni, fructu minore. Plum. gen. 41. ic. 206. f. 1. Habitat in America. [Sp. II.]

„Fol. alterna petiolata palmaria.” Am. ac. (cum syn. Plum. ic.) — S. X. syn. Brown. jam. t. 12. f. 1.

„Muntingiae Plum. speciem fuit Millerus.” S. XII. (em. em.) XIII. — „Millerus confirmat Plumieri genus Muntingiae?” Mant. II. p. 341.

1559. *Rh. cubensis* Sp. II.: Rh. inermis, flor. hermaphroditis, capsulis trilocularibus, foliis rugosis integerrimis tomentososis (ciliatis. Sp. II.). Sp. II. S. XII. XIII. n. 10. Jacq. amer. 16. Habitat in America. [Sp. II.]

„Hic uti *Rh. colubrinus* fructu capsulari est. [Sp. II.]

„Habitus Viburni Lantanae. Folia utrinque tomentosa. Fructus praecedentis.” S. XII. XIII.

1560. *Rh. colubrinus* Sp. II.: Rh. inermis, floribus monogynis hermaphroditis erectis, capsulis tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentosis. S. VII. XIII. n. 8., caps. trilocularibus, ramis horizontalibus. Sp. II. n. 8. — Jacq. amer. 16. — *Rh. arboreus, fol. ovatis venosis*. Brown. jam. 172. (S. XII. sq.) — Arbor baccifera indica, foliis majoribus splendentibus, flore pentapetalo. Comm. hort. 1. p. 175. t. 90. — Habitat in America. [Sp. II.]

„Petala lanceolata ex sinibus calycis. Stamina intra petala. Callus nectariferus transversos inter basin staminum. Stylus triquet. Ramuli, peduncululi, petioli et foliorum nervi subtus sunt ferrugineo-subtomentosi.” S. XII. XIII.

1561. *Rh. alpinus* Sp. I.: Rh. inermis, floribus dioicis, foliis duplicato-crenatis. Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. S. XII. n. 4. — *Rh. inermis, fol. glabris crenatis*. Act. goett. 349. t. 16. (Sp. II.) — *Frangula* ora folii serrata. Hall. helv. 164. — *Fr. inermis, fol. ovatis crenulatis*. Hall. flor. 823. t. 40. (Mant. II.) — *Fr. rugosiore* et ampliore folio. Tournef. inst. 612. *Fr. altera* polycarpus Bauh. prodr. 160. *Alnus nigra* baccifera, rugosiore folio s. major. Bauh. hist. 1. p. 562. *Alnus nigra* polycarpus Bauh. pin. 428. — Habitat in alpinis Helveticis. [Sp. I. II.]

„Dioicis. Cal. 4fidus. Stigma 4fidum ut in *Rh. cathartico*.” Mant. II. p. 341., S. XIII.

1562. *Rh. pumilus* Mant. I.: Rh. inermis repens, flor. hermaphroditis, fol. serratis. Mant. I. p. 49. S. XII. n. 22. Turr. diar. ital. 120. *Frangula montana* pumila saxatilis, fol. subrotundo. Tournef. inst. 612. Segu. veron. 2. p. 296. *Fr. minima* rupestris pruno sylvestri affinis americanae foliis. Raj. dendr. 65. Habitat in Mont.

Baldo. [Sp. I.] — Differt a *Rh. Frangula* caulis saxis adhaerentibus, foliis serratis; a *Rh. alpino* fl. hermaphroditis. [Mant. I.]

1563. *Rh. Frangula* Sp. I.: Rh. inermis, floribus monogynis hermaphroditis, H. cliff. p. 70. n. 5. Fl. succ. I. n. 194. Mat. med. n. 73. Roy. lugdb. 224., fol. integerrimis. Sp. I. S. X. n. 3. Fl. S. II. n. 203. Sp. II. S. XII. n. 5. — Oed. dan. 278. (S. XIII.) — *Rh. inermis*, foliis annuis. Fl. lapp. n. 92. *Alnus nigra* baccifera Bauh. pin. 428. *Frangula* Dod. pempt. 784. — *Var. β. laevifolius* Sp. I. (♀. Sp. II.): *Alnus inermis, fol. ovatis integerrimis glabris*. Roy. lugdb. 224. — Habitat in Europae borealis nemorosis humidiusculis. [Sp. I. II.]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — H. cliff. syn. *Frangula* Dod. l. c. Tourn. inst. 612. Boerh. lugdb. 2. p. 231., Bauh. l. c. et Bauh. hist. 1. p. 560. — Fl. lapp. syn. Dod. Tourn. II. cc., Rudb. hort. 43. Frank. spec. 32. Till. ab. 3., Bauh. pin. l. c. et Lind. wiks. 2. — Fl. S. I. syn. ead. et Roy. l. c., Cels. ups. 43. — Fl. S. II. syn. Dod. C. Bauh. Lind. II. cc.

Obs. Brevis hist. nat. hujus exhib. in Am. ac. 5. p. 214.; pangem etiam ejusmodi in Fl. S. II. — *Var. β. Sp. I.*: [apud Rongem l. c. cum syn. Arbor fol. teneris nervosis alternis. Boerh. lugdb. 2. p. 263., data, et forsua in *Rh. latifolia L'her.* vel alia specie quaerenda] cur omissa sit in Sp. II., non liquet. — Forsua solum vocem „*Alnus*” (male ab L. pro „*Rhamnus*” scriptum) delere voluerat autar? R.

1564. *Rh. lineatus* Cent. II.: Rh. inermis, flor. hermaphroditis, foliis ovatis lineatis repandis subtus reticulatis. Cent. II. n. 128. in Amoen. acad. 4. p. 308. S. V. n. 3. B., Sp. II. S. XII. n. 11. Rh. lineata Osb. it. 219. t. 7. [et Ac. am.] — Hab. in Chinae elevatis. [Sp. II.]

„Habitat in Zeylona, China, Osbeck. — Frutex ramulis subpubescentibus. Fol. alterna, petiolata, parva, ovata, repanda, lineata, glabra; subtus venis transversis inter nervos unde transversim reticulata. Cal. 5partitus, albus; laciniis lanceolatis. Petala 5, figura calycis. Stam. 5, subulata, longit. corollae, intra singula petala singula, nec cum petalis alternantia. Stylus longit. staminum. Stigma simplex. Bacca calycis rudimento insidens.” Am. ac.

S. X. syn. Osb. l. c. — Mant. II. p. 341. (et S. XIII.) add.: *Rh. zeylanicus*, fol. subrotundo glabro, caul. hirsutis, spinis exiguis. Barm. zeyl. 198. t. 88. Acaciae forte cognatus et maderasp. frotex, vitis ideae benghalensis fol. Plak. phyt. 122. f. 4.”

1565. *Rh. Alaternus* Sp. I.: Rh. inermis, floribus dioicis, stigmatibus triplici, Vir. cliff. p. 19. H. ups. p. 47. n. 2. Sauv. monsp. 95. Sp. I. S. X. n. 4., fol. serratis. Sp. II. S. XII. n. 9. Rh. inermis, fl. polygamis, stigmatibus triplici. H. cliff. p. 70. n. 7. Roy. lugdb. 225. Phylla elatior Bauh. pin. 477. Ph. humilior Bauh. pin. 477. Alaternus 1, 2. Clus. hist. 1. p. 50. Habitat in Europa australi. [Sp. I. II.]

„Alia arbor mas, alia hermaphrodita feminea antheris elocetis. Stamina interdum squamis suffulta. Stigmata 3. Folia 3nervia subtus et margine tenuissimum lucida.” Mant. II. p. 341. [brevis in S. XIII.]

II. ups. syn. Bauh. Clus. II. cc., l. nat. Gall. Narbon., Lusitan., Italia.

II. cliff. syn. hermaphr. femineis: Alaternus 2. Clus. l. c. Bauh. hist. 1. p. 542. Dalech. hist. 159. Alat. minore folio. Tourn. inst. 395. Boerh. lugdb. 2. p. 214., Phylla humilior Bauh. l. c., cum var. α. Alat. monspeliaca fol. profundius incisus, Tourn. — Syn. maris: Alaternus 1. Clus. Tourn. Dalech. II. cc. Boerh. l. c. p. 213. Alaternus Plin. lib. 16. t. 26., Ph. elatior Bauh. l. c., cum var. α. Alat. aurea s. foliis ex luteo aureis. β. A. argentea s. fol. ex albo variis T., γ. A. hispanica latifolia Tourn. A. hispanica celastrus dicta Boerh. — Loc. nat. in Lusit., Baetica, agro Valentino, in Italia praecipue ad mare inferum, et Monspelus. — Add. obs.: „Plinius fructum negavit huic arbori, et Theophrastus eandem sexu distinguisse videtur; quod Botanici magis fecere. Sed redeunt saecula. Altera enim semper mas est; de hermaphrodito, num ab otraque parte leges conjugales supplere valeat vel an solum a femina polleat, ne etiamnum non edoctum fateor. Ergo mas est qui nunquam fert fructum, ergo femina, salvo respectu, dici potest altera. In horto cliff. Alaterni 2li Clusii omnes ♂ sunt, et Alaterni 1ni Clus. omnes mares; an haec lex ubique obtinet? aliis

discutiendum relinquo, commendo: vel an 1. et 2. Clusii sint varr. aliae quam sexuales, et an in utraque planta ejusmodi distincti? Ego plantas enumeravi ut in horto sese obtulere."

[Obs. Species 2da Clusii, hodieque litigiosa, est *Rh. Clusii* Willd. *R.*]

*** ACULEATI.

1566. **Rh. Paliurus Sp. I.:** Rh. aculeis geminatis inferiore reflexo, floribus trigynis. H. cliff. p. 69. n. 1. H. ups. p. 46. n. 1. Roy. lugdb. 224. Sauv. monsp. 306. *Sp. I. S. A. n. 5.*, *Sp. II. S. AII. n. 12.* Rh. fol. subtortundo, fructu compresso. Bauh. pin. 477. Paliurus Dod. pempt. 576. Habitat in Europa australi. γ . [*Sp. I. II.*]

„Fructus siccus, depressus, marginatus, 3locularis." *Mant. II. p. 342.* [*Sp. S. XIII.*]

H. cliff. *syn.* Paliurus Dod. l. c. Tourn. inst. 616. Boerh. lugdb. 2. p. 236., Pal. jujubinis foliis, fructu petaloideo. Pluk. alm. 275., Jujuba sylvestris, quam in Hetruria Spinam marreriam vocant, Caes. syst. 109., Bauh. pin. l. c., Rhamn. s. Paliurus fol. jujubino. Bauh. hist. 1. p. 33.; — *l. nat.* in Italia circa Veronam, Bergamum; in Gall. Narbonensi circa Mospelium.

H. ups. *syn.* Bauh. pin. l. c., Rhamnus 3. Cam. epit. 80., Dod. l. c., *l. nat. Ital., G. Narbonens.*

1567. **Rh. Lotus Sp. I.:** Rh. aculeis geminatis; altero recurvo, foliis ovato-oblongis. *Sp. I. S. A. n. 6.*, *Sp. II. S. AII. n. 13.* Zizyphus sylvestris Tournef. inst. 627. Shaw. afr. 631. f. 631. Habitat in Regno Tunetano. γ . — Frutex ramulis teretibus, Aculei 2 ad exortum foliorum; altero horizontali, altero recurvo ut in Paliuro, sed folia omnia Zizyphi, figura, nervis, glabritie, magnitudine, et margo obsolete et rarius crenatus. [*Sp. I. II.*]

1568. **Rh. iguaneus Sp. II.:** Rh. aculeis geminatis altero patente, racemis axillaribus monoicis, foliis nudis. *Sp. II. S. AII. n. 17.* Jacq. amer. 16. Jujube americana spinosa, loti arboris foliis et facie, fructu rotundo parvo dulci. Comm. hort. 1. p. 141. t. 73. Habitat in America. γ . [*Sp. II.*]

„Folia alterna, glabra, subserrata, Calyx absque squamis petaloideis, absque tubo. Floris feminei stylus 2 Stigmatibus bifidis. Drupa nucleo umbonari." *S. XII. XIII.*

Obs. I., *Vix alio loco melius collocanda est species indefinita ex H. cliff.* p. 70. n. 3.; — Rh. spinis ex alio foliorum solitariis in ramos transeuntibus. Jujuba americ. spinosa (*etc.*) Kigg. beaum. 25. Comm. (*l. c.*) — Crescit in Curacao et adjacentib. insulis americanis. — Nec hujus videre licuit fructificationes: folia in hac non trinervia sunt ut in praecedentibus [*Rh. Paliuro, Zizyphi et Spina Christi*]; debet et haec distinguere ab antecedente [*R. sp. Chr.*], quae spinas solitarias loco aculei duplicis gerit etc. De genere, an hujus sit, an Lycii, nil certo statuere possum, qui fructificationem non viderim."

1569. **Rh. Napeca Sp. I.:** Rh. aculeis subgeminatis recurvis, pedunc. corymbosis, flor. semidigynis, foliis (*sub-Fl. z.*) serratis utrinque laevibus. Fl. zeyl. n. 87. *Sp. I. S. A. n. 7.*, *Sp. II. S. AII. n. 14.* — *Jujuba indica spinosa, folio et fructu longiore.* Pluk. alm. 199. t. 216. f. 2. Raj. dendr. 44. Vidara littorea. Rumph. amb. 2. p. 119. t. 37. (*Sp. II.*) — Habitat in Zeylona. γ . [*Sp. I. II.*]

„Arbor. Rami subvillosi. Fol. alterna, ovata, versus basin altero sive postico latere angustiora, obtusiusc., glabra, 3nervia, tenuissime subserrata, petiolata, subt. glabra, flavescentia. Corymbi florum solitarii, folio breviores, laterales, juxta petiolum; aculeus et regione pedunculii, brevissimus, niger, recurvus, acutissimus, saepe dupli acumine, altero infra alterum." *Fl. zeyl., cum syn.* Arbor spinosa zeylanica, fol. 3nerv. Herm. zeyl. 36. Burn. zeyl. 23.

Obs. *Dubie tantum ad tab. Rumphianum ducitur in Am. ac. 4. p. 121.*

1570. **Rh. Jujuba Sp. I.:** Rh. aculeis solitariis (ϑ . *Fl. z.*) recurvis, pedunc. aggregatis, flor. semidigynis, foliis subovatis (*Fl. z.*) retusis subtus tomentosus. Fl. zeyl. n. 89. *Sp. I. S. A. n. 8.*, *Sp. II. S. AII. n. 15.* Jujuba indica spinosa, folio et fructu rotundo. Pluk. alm. 199. Raj. dendr. 44. — *Malus indica Rumph. amb. 2. p. 117. t. 36.* (*S. A. Sp. II.*) — *Perim toddal. Rheed. mal. 4. p. l. 41.* (*Sp. II.*) — Habitat in India. γ . [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Pluk. Raj. II. ce., Prunus zeylanica spinosa (*etc.*) Herm. prodr. 367. lugdb. 694., Hlanda Herm. zeyl. 12.; — *Deser.:* „Arbor ramis teretibus. Fol. subtortundo-ovata, tenuissime serrata, supra glabra, subt. tomentosa, 3nervia, basi altero latere angustiore retusa et ibi profundius crenata, petiolata. Fl. plurimi ex alis petiolorum, propriis pedicellis brevissimis, 5foli, 5nervi, stylo 2folo; aculeus juxta petiolo minimus, recurvus, alias nullus."

1571. **Rh. Oenoplia Sp. I. (cm.):** Rh. aculeis solitariis recurvis, pedunc. aggregatis subsessilibus, fol. semicordatis subtus tomentosus. Fl. zeyl. n. 88. *Sp. I. S. A. n. 9.*, *Sp. II. S. AII. n. 16.* Jujuba aculeata, nervosis foliis infra sericeis flavis. Burn. zeyl. 131. t. 61. Habitat in Zeylona. γ . [*Sp. I. II.*]

„Arbor. Fol. dimidiato-cordata s. folia a latere superiore dimidiato-cordata, a latere postico dimidiato-lanceolata, 3nervia, nervis ramosis, subt. tomentosa, glauca, margine latiore vix manifeste serrata, petiolata. In alis ab altero latere plurimi flosculi conservati, a latere vero petioli postico aculeus recurvus." *Fl. zeyl. (cum syn. Burn. l. c. „bma.")*

Obs. *Rh. Oenoplia Sp. I., Rh. Oenoplia S. X.*

1572. **Rh. Zizyphus Sp. I.:** Rh. aculeis geminatis rectis (altero recurvo *S. AII. sq.*), floribus digynis, foliis ovato-oblongis. H. cliff. p. 69. n. 2. Mat. med. n. 74. Roy. lugdb. 224. Sauv. monsp. 59. *Sp. I. S. A. n. 10. S. AII. XIII. n. 18.,..... glabris. Sp. II. n. 18.* Jujuba sylvestris Bauh. pin. 446. Zizyphus Dod. pempt. 807. — *Var. β . Sp. I.:* Jujubae majores oblongae. Bauh. pin. 446. — Habitat in Europa australi. γ . [*Sp. I. II.*]

„Rectis lege altero recurvo. Nucleus 2locularis." *Mant. II. p. 342.*

„A Syria in Italiam translatus a Sexto Pampinio, tempore Augusti." *S. XII. XIII.*

Mat. med. syn. Dod. l. c., l. nat. Verona.

H. cliff. *syn.* Zizyphus Dod. l. c. Tourn. inst. 627. Boerh. lugdb. 2. p. 245., Z. sylvestris T. l. c., Z. sativ. et sylv. Bauh. hist. 1. p. 40., Z. s. Jujuba major Raj. hist. 1533., Z. rutila Clus. hist. 1. p. 28., J. maj. obl. Bauh. pin., J. sylv. Bauh. pin. II. ce., Juj. officinarum Dal. pharm. 434.; — *l. nat.* in Italia in rupib. et clivis maritimis prope Tropium Calabriae urbeculam et in agris Veronensibus; — obs. „E sylvestribus sativae, insitione et cultura sativas initio productas existimamus cum Rajo."

1573. **Rh. Spina Christi Sp. I.:** Rh. aculeis geminatis rectis, foliis ovatis. H. cliff. p. 69. n. 3. Roy. lugdb. 224. *Sp. I. S. A. n. 11.*, *Sp. II. S. AII. n. 19.* — *Oenoplia spinosa Bauh. pin. 477. Clus. hist. 2. p. 313. Nabca Paliurus athenaci credita Alp. aegypt. 16. t. 19. (Sp. II.)* — Jujube s. Zizyphus africana, mucronatis foliis, spina gemella. Pluk. alm. 199. t. 197. f. 3. Habitat in Aethiopia, Palaestina. γ . — Arbuscula e seminibus missis sub nomine Spinae Christi Hierosolyma ab D. Hasselquist. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Africa. Nostra planta e seminib. a Cap. b. Spei missis prodiit. Diff. ab antecedenti caule pubescente, fol. 4plo majoribus, non nitidis, exacte ovatis, acutis, acule serratis; spinulae sunt horizontales apice nigricantes. Fructificationem etiam non vidimus; et facie hae retulimus." *H. cliff., (cum syn. Pluk. l. c., Juj. afr. spinosa, loti arboris facie, fr. rotundo parvo dulci, Kigg. beaum. 25.)*

Obs. *Cf. de hoc et de syn. Pluk. Am. ac. 3. p. 404.*

CCLXXXVI. **PHYLICA G. I. (cm.):** Perianth. 5partitum, turbinatum. Petala 0. Squamae 5, stamina munientes. Caps. tricocca, *S. X. n. 236., AII. 266.,..... infera. S. XIII. p. 196. n. 266.* — Per. proprium 3phyllum. Sq. stam. munientes. *S. I. I. n. 189.*

PHYLICA. — *Alatrooides Comm. II. A. II. 1. (G. I. II.)* — CAL. Receptaculum commune fructificationum in disco collicens flores, Perianthium proprium 1phyllum n. 5fidum, turbinatum, ore villosa (*triphyllois: foliis oblongis, angustis, G. I-1.*); persistens. — COR. (*Petalum imperforatum, externa rude, erectum: tubus conicus, longit. perianthii: limbus 5partitus. erectus, parens. (Sp. G. VI.)*). Squamulae 5, acuminatae, ad basin singulae divisurae singulae, introrsum conniventes. — STAM. Filam. 5, minima, sub squamula inserta, Anth. simplices. — PIST. Germen in fundo corollae, Stylus simplex.

Stigma obtusum. — PER. Caps. subrotunda, 3loba, 3locularis, 3valvis. — SEM. solitaria, subrotunda, line gibba, inde angulata. [* *G. l. n.* 166., *II.* 159., *I.* 236., *VI.* 266.]

„Phyliea fructus inferus. Berg.” *Mant. II.* p. 342.

„Phyliea adeo affinis est Bruniae, ut non viso fructu, qui rarissime occurrit, vix distinguatur: adeoque etiam Ph. radiata, quam omnes agnovere Phyl. speciem, nunc postquam fructus innotuit, debet ad Brunias amandari.” *Pract. ed. Gis. p.* 501. [*Cf. n.* 1638. *R.*]

Obs. Phyliea scripsit in *G. l. II. V.*, *II. cliff. etc.*, emendavit in *Sp. I.* et seq. — *S. II. syn.* Alaternoides Boerh.

1574. **Ph. ericoides** *Sp. I.*: Ph. foliis linearibus verticillatis. *Sp. I—S. III. n. 1.* Ph. fol. ovato-linearibus. *H. cliff. p.* 70. *n. 1.* Roy. lugdb. 199. Alaternoides africana, ericae foliis, fl. albicantibus et mucosis. *Comm. hort. 2. p. 1. t. 1.* Habitat in Aethiopia. *ty.* [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Africa: apud nos solo sub tecto servatur per hyemem, floret autumno et semina vere perficit. Reliquae Alaternoides Boerh. species ejusdem generis non sunt.” *II. cliff. cum syn. Comm. 1. c. et Boerh. lugdb. 2. p.* 214.

[*Obs.* Altera Ph-ae species *H. cliff.* videtur esse *Diosma rubra*, *n.* 1602. *R.*]

1575. **Ph. bicolor** *Mant. II.*: Ph. fol. linearibus pubescentibus, calyce communib. corolla brevioribus. *Mant. II. p.* 208. — Ph. bicolor (*diagn. cad.*) *S. III. p.* 196. — Habitat ad Cap. b. Spei. in campis arenosis. *ty.* — Caulis determinate ramosus: ramis virgatis, rufescentibus, albo-pubescentibus. Folia sparsa, lanceolata-linearia (Taxi), margine revoluta, patula, subpubescentia, subtus albo-tomentosa. Capitula terminalia, solitaria. Calyx communis corolla brevior, reticulato-venosus, squamis laevcolatis, rubro-carinatis, extus pilis helvolis pilosus. Corolla pilis albis pilosa. Stigma obtusum. [*Mant. II.*]

1576. **Ph. plumosa** *Sp. I.*: Ph. foliis lineari-subulatis: summis hirsutis. Roy. lugdb. 199. *Sp. I—S. III. n. 2.* Ricinus arboreus africanus, tomentosus capitulis. *Seb. thes. 1. p. 38. t. 23. f. 4. 5.* Chamaelea africana tricoceos et tecoceos taxifolia, villosa caesarie coronata. *Pluk. mant. 45. t. 342. f. 3.* — *Alaternoides africana, rorismarini latiore et pilosiore folio. Comm. praclud. 63. t. 13. (Sp. II.)* — Habitat in Aethiopia. *ty.*

[*Sp. I. II. (o. o.)*]

Obs. *Sp. I. II.*, *add. syn. Burm. (afr. t. 43. f. 2.)*, in *M. II. S. XIII. exclusum et ad Ph. stipularem*, *n.* 1578., *ductum.*

1577. **Ph. imberbis** *Mant. II.*: Ph. foliis linearibus obtusis scabris, floribus terminalibus pubescentibus. *M. II. p.* 209. *S. III. p.* 196. *Berg. cap. 51.* Sanaundae tertiae clusii affinis, foliis polii. *Brey. cent. 18. t. 7.* Erica africana flore albedo rorismarini. *Seb. mus. 2. t. 49. f. 5.* — Habitat ad Cap. b. Spei. *ty.* — Folia linearia, compressiusecula, scabra punctis minutis, subhirsuta, patula, subpetiolata, subtus sulco tomentosa. Flores terminales, solitarii, sessiles, magnit. pisi. Calyx foliolis ciliatis. [*ty. Mant. II.*]

1578. **Ph. stipularis** *Mant. II.*: Ph. foliis linearibus stipulatis, flosculis quinque - cornibus. *M. II. p.* 208. *S. III. p.* 196. Chamaelea foliis angustis subtus leucanis, floribus capitatis mucosis. *Burm. afr. 177. t. 43. f. 2.* Habitat ad Cap. b. Spei. arenosa. *ty.* — Caulis proflifer, nudus s. scabriusculus a casu foliorum. Fol. sparsa, subulata, teretia, obtusiusecula, patula, laevia, subtus canaliculata s. marginibus revolutis. Stipulae geminae, subulatae, minime. Capitula calyce polyphylo a squamis nudis, obovatis, bipartitis, lana contextis. Cor. infundibuliformes tubo brevi: limbi laciniis 5, linearibus, longis, extus albo-lanatis. *Stam. 5.* in fauce, et stylus 1, brevissimus, stigmatibus 3, globosis. Differt a Ph. ericoides corollae laciniis corniformibus, corolla lutea longioribus. [*Mant. II.*]

1579. **Ph. dioica** *S. X.*: Ph. foliis cordatis. *S. X—III. n. 2. B.*, floribus dioicis. *Sp. II. n. 5* — Habitat ad Cap. bonae Spei. *Burmam (S. X—III.) ty.* [*Sp. II.*]

„Calyces squamae hirtae pilis glauco-griseis. Corollae pilis albis. Variat foliis revolutis-linearibus.” *Mant. II. p.* 342.

[*Obs.* *Cf. species sopens, quae eadem? R.*]

1580? **Ph. cordata** *Sp. II.*: Ph. foliis cordato-ovatis patentibus, caule proflifero. *Sp. II. n. 4.* Alaternoides africana, chamaemespilio folio. *Comm. rar. 62. t. 12.*

Habitat ad Cap. b. Spei. *ty.* — Differt a Ph. buxifolia quod folia non ovata, sed cordata exquisite attenuato apice. Caulis proflifer, nec capitula lateralia.

[*Sp. II. n. 4: ty. in S. XII. XIII.*]

Obs. *Missa a Burmanno, cum ead. diagra. Epist. ed. v. Hall n. 10. p. 18. (anno 1757?)* — Contra Linnaeus (*ibid.*, *cp. 51. p. 96.*) anno 1768. rescribit: „Ph. cordata [*Burm. prod. fl. cap.*]: quam dioicam dixi in meis.” — Videtur igitur propterea casu omnia species in *S. XII. XIII.*, licet in *Mant. II.* nihil de ea re inveniat. *R.*

1581. **Ph. buxifolia** *Sp. I.*: Ph. foliis ovatis sparsis, *Sp. I. n. 3.*, ternis que, subtus tomentosis. *S. X—III. n. 3. Sp. II. n. 6.* Chamaelea fol. subrotundo subt. leucano, fl. in capitulum collectis. *Burm. afr. 119. t. 44. f. 1.* Ch. africana, fol. subrotundis *Herm. afr. 6.* Habitat in Aethiopia. *ty.* [*Sp. I. II.*]

1582. **Ph. racemosa** *Mant. II.*: Ph. foliis ovatis glabris, floribus simplicibus paniculato-racemosis. *M. II. p.* 209. *S. III. p.* 196. — Habitat juxta Cap. b. Spei fossas. *ty.* — Caulis frutex 5pedalis: ramis determinatis, rufescentibus, subpubescentibus. Fol. alterna, conferta, sessilia, ovata, acuta, integerr., glabra; similia Penaeae mucronatae. Panic. terminalis e spicis compositis: flor. alternis, sessilibus, simplicibus, minutis, exceptis bractea cordata. Cal. inferus, triphyllus, proprius (nec communis) longit. germinis. Cor. supera, 5partita: petalis ovatis, planis, laevibus, albis. (Nectarium non perspicio, sed in fundo quid obscure haeret.) *Stam. 5.* longit. corollae. Germen turbinatum inter calycem et corollam. — *Obs.* An distincti generis? Fructus mihi ignotus. [*Mant. II.*]

1583. **Ph. parviflora** *Mant. II.*: Ph. foliis subulatis acutis scabris spinulosis, ramis paniculato-multifloris. *M. II. p.* 209. *S. III. p.* 196. *Berg. cap. 48.* — Habitat in Cap. b. Spei campis arenosis. *ty.* — Frutex bipedalis, simillimus Ph. ericoidi, sed rami multiflori, floribus minoribus. [*Mant. II.*]

CCLXXXVII. CEANOTHUS *Act. ups.*: Petala 5, saecata, fornicata. Bacca sicca, 3locularis, 3sperma. *S. VI. p.* 91. *n.* 1022., *X. n.* 237., *III.* 267.

CEANOTHUS. — **CAL.** Perianth. Iphyllum, turbinatum, (*desinens in petalum coloratum. Act. ups.*): limbo 5partito, acuto, connivente-clauso; persistens. — **COR.** Petala 5, aequalia, subrotunda, fornicato-saecata, compressa, obtusissima, patentia, calyce minima, insidentia unguibus longit. petali, ex incisuris calycis ematis. — **STAM.** Filam. 5, subulata, erecta, petalis opposita, longit. corollae. Anth. subrotundae. — **PIST.** Germen trigonum. Stylus cylindricus, semitrifidus, longit. staminum. Stigma obtusum. — **PER.** Bacca sicca, tricoeca, trilocularis, obtusa, retusa, tuberculis interstincta. — **SEM.** solitaria, ovata.

[* *Act. ups.* 1741. *p.* 77. *n.* 1022., *G. I. n.* 237., *VI.* 267.]

„A Rhanno, cui affinis, diff. petalis s. squamis petaloideis saecatis, haecae caecis tuberculis distinctis, racemo umbellulato.” *Act. ups. l. c.*

Obs. *Cf. de char. gen. Pract. ed. Gis. p.* 501.

1584. **C. americanus** *Sp. I.*: C. foliis trinerviis. *Sp. I—S. XII. n. 1.* — *Mill. dict. t.* 86. *Duham. arb. 1. p.* 138. *t.* 51. (*S. A. Sp. II.*) — C. corymbis folio longioribus. *H. ups. p.* 51. *Fl. zeyl. n.* 98. *not.* — *Ceanothus Linn. in Act. ups. 1741. p.* 77. *Ceanothus inermis*, fol. ovatis serratis trinerviis, racemis ex summis alis longissimis. *H. cliff. p.* 73. *n.* 5. *Gron. virg. 25.* Roy. lugdb. 435. Evonymus novi belgii, corni feminae foliis. *Comm. hort. I. p.* 167. *t.* 86. *Raj. dendr. 69.* Ev. jupubinis foliis, carolinensis, fructu parvo fere umbellato. *Pluk. alm. 139. t.* 28. *f.* 6. Habitat in Virginia, Carolina. *ty.* [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Comm. Raj. Pluk. II. ce., l. nat. Virg. Car. et adjae. Americae provinc. — Act. ups. syn. l. nat. cad., add.: „Enata in Il. acade. Upsal. 1742. e seminib. a H. Jussieu Prof. bot. paris. missis, dormit et fructum protulit 1743.”

H. ups. syn. Act. ups. H. cliff. Gron. Pluk. Comm. Raj. II. ce., Evonymoides carolinensis Zazphi foliis. Isard. act. 1716. p. 369., *l. nat. ut Sp. pl., add.: „Arbor floruit et perit.”*

1585. **C. asiaticus** *Sp. I.*: C. foliis ovatis enerviis. *Sp. I—S. XII. n. 2.* C. racemis folio brevioribus. *Fl. zeyl. n.* 98. — *Grossularia spinis vidua, baccis in racemo congestis spadiceis, fol. crenatis ov.-acuminatis.*

Burm. zeyl. III. t. 48. *Spiraeae theophrasti similis frutex indicus, latiori folio.* Pluk. alm. 350. t. 63. f. 2? (Sp. II.) — Habitat in Zeylona. *h.* [Sp. I. II.]

Pl. zeyl. syn. Burm. l. c., Arbor zeylanica folis subrot. crenatis Wachnindi dicta Burm. zeyl. 26., Wachnindi Herm. zeyl. II. 22. 27.; — *desez.*: „Arbor. fol. alterna, (Pyri), ovata, acuminata, obtusiuscula, laevia, venosa, serrata, petiolata, non nervosa, Racemi ex singulis petiolorum alis saepius duo, parvi, longi, petiolorum, in quibus flosculi pedicellis propriis brevissimis, plures qui caduci, uno saepius remanente fructifero, hinc racemus a casu florum denticulatus. Baccæ magna, 5-locæ, calyce basi arcte apprehensa. Flos ut in C. corymb. fol. long. [C. americana], qui Celast. inermis, fol. ov. (etc.) H. cliff. p. 73. Saccata et fornicata petala hoc genus abunde distinguunt.”

1586. **C. africana** Sp. I.: C. foliis lanceolatis nerviis, stipulis subrotundis. Sp. I.—S. XII. n. 3. — *Fabr. hist. 234. Pluk. phyt. 126. f. 1. (S. XII. sq.)* — Celastus inermis, fol. lanc. obtuse serratis petiolatis appendiculatis. H. cliff. p. 73. n. 6. Roy. lugdb. 435. Alternoides africana, lauri serratae folio. Comm. prael. 61. t. II. Ricinoides africana arborescens, folio phyllireae longifoliae serratae (etc.) Seb. thes. I. p. 35. t. 22. f. 6. Habitat in Aethiopia. *h.* [Sp. I. II.]

„An hujus species vera?” S. XII. (nec XIII.)

„Cal. semi-5fidum, Petala calyci inserta, Stamina 5, Stylus ex 3 coaditis, Stigmata 3, Flos alterni, Myg.” *Mant. II. p. 342.* — „Styl. ex 3 coadunatis.” S. XIII.

H. cliff. syn. Comm. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 214., Seb. l. c.; — *l. nat.* in campis irriguis et rivalorum marginibus ad Cap. b. Spei; — *obs.*: „Flores non vidimus; figura tamen Sorbae exacte videtur indicare hoc genus [Celastri], sed describit duplicem ordinem corollae, quod alieni quid indicat.”

CCCLXXXVIII. **ARDUINA** Mant. I.: Cor. Ipetala. Stigma 2fidum. Baccæ 2locularis. Sem. solitaria. S. XII. III. n. 1250.

ARDUINA autore Millero. — CAL. Perianth. 5partitum, erectum, acutum, parvum, persistens. — COR. Ipetala, infundibuliformis, Tubus cylindricus, superne subcurvatus. Limbus 5partitus, acutus, patens. — STAM. Filam. 5, simplicia, tubo inferiori inserta eoque breviora. Anth. oblongae, intra faucem corollae. — PIST. Germen superum, ovatum. Stylus filif., longit. tubi. Stigma bifidum, crassiusculum. — PER. Baccæ globosae-ovales, bifidularis. — SEM. solitaria, oblonga, dura. [**Mant. I. p. 7. n. 1250.*]

1587. **A. bispinosa** Mant. I. p. 52. S. XII. III. n. 1.: Lycium fol. cordato-ovatis oppositis sessilibus perennantibus, spinis crassis bigeminis, flor. confertis. Mill. ic. t. 300. Habitat ad Cap. b. Spei. *h.* — Frutex dichotomus, Spinae 2. bigeminae s. bis bifidae, erectae. Fol. subsessilia, oppos., cordata, integr., perennia. Flores terminales, conferti s. fasciculati, albi. Baccæ rubrae. Facies inter Randiam et Penaeam media. [*Mant. I.*]

CCCLXXXIX. **AESTUARIA** S. X. — [*Obs. Genus hoc tantum in Cansperu classis Vae S. X. p. 908. occurrit, cum caractere factitii (recurso in Col. p. 145. inf.), Byttneriae characteri (maxime Loefflingiano, ubi cal. 0.) maxime simili. Postea nusquam occurrit. Quare rix errabis, ubi hoc genus in sequente quaeres. R.*]

CCXC. **BYTTNERIA** H. Loeffl.: Cor. 5petala. Filam. apice petalis connata. Caps. 5cocca, muricata. S. XII. III. n. 268. — Cal. 5phyllus patens. Petala 5 conniventia, Filam. Caps. (ut supra). S. X. p. 939. n. 0.

BYTTNERIA Loeffl. it. 313. Jacq. [*Byttneria S. XII. Byttneria S. XIII.*] — CAL. Perianth. Iphyllum, 5fidum, deciduum: laciniis ovatis, acutis, patentissimis. — COR. Petala 5, oblonga, brevina, conniventia: superne latiuscula, concava: terminata in setam subulata, longam, basi nectario incumbente, dein erecto-patentem, calyce longiorem et in setulas alias duas laterales, breves, reflexas. — Nectarium 5phyllum, ventricosum-campanulatum, calyce brevius: foliolis obovatis, obtusis, planis, erectis, per filamenta semiconnatis. — STAM. Filam. 5, subulata, extra nectarium, ex ejusdem proximis duobus foliolis orta singula. Anth. geminae, distinctae, bifidae, subrotundae. — PIST. Germen subrotundum, 5angulare, Stylus subulatus, brevis. Stigma ob-

tusum, obsolete 5fidum. — PER. Caps. subrotunda, depressa, 5cocca, 5valvis, muricata. — SEM. solitaria, ovata, compressa. [*G. II. n. 298.*]

„BYTTNERIA Loeffl. (l. c.) — CAL. 0, nisi corollam dicas. — COR. Petala 5, lanceolata, (sub-Loeffl.) acuta, concava, patentia. — Nectarium squamis 5, subrotundis, concavis, obtusis, introrsum conniventibus, (marginibus eminentibus albedine terminante in stas 5, Loeffl.), corolla fere longioribus, erecto-patulis. — STAM. Filam. 5, subrotunda, submembranacea, obtusa, brevissima, apice connata cum nectario. Anth. subrotundae dorso filamentorum insertae. — PIST. Germ. subrotundum, Stylus filif., Stigma — PER. Caps. subrot., depressa, 5cocca (5loba, 5locularis, Loeffl.), 5valvis, muricata *technata: echinis parvis obtusius, brevibus, Loeffl.*, — SEM. solitaria (singulis loculis, Loeffl.), oblonga.”

[*Loeffl. it. p. 313. l. c., S. X. app. p. 1365. n. 1125.*]

1588. **B. scabra** S. X. n. A., Sp. II. S. XII. n. 1.: *B. foliis costa petiolisque aculeatis.* Mant. II. p. 208., S. VIII. p. 197. — *Byttneria* Loeffl. it. 313. Chaetaea aculeata Jacq. amer. 17. Habitat in America meridionali. *h.* — Frutex aculeatus, Folia lanceolata, Flores racemosi, albi. [Sp. II.]

„Frutex sarmentosus, Rami fruticosi aculeis recurvis, Folia alterna, oblonga, petiolo costaque aculeata, Racemi axillares, aggregati.” S. XII. XIII.

„Ras. perennis, fibrosa. Caul. fruticosus, erectus; 4-5 pedum altitudine: ramis alternis, longis, angulatis: aculeis brevibus, reflexis, cartilagineis. Folia lineari-lance., subintegerr., 4-8 unciarum longit., inferiora petiolata, superiora sessilia, glabra, venosa, rigidiuscula, subconduplicata. Petioli angulati, margine et dorso aculeati. Flores axillares, pedicellati, et terminales in racemis oblongis, angustis. Prudae plures, 2, 3, 6, 8, ex axilla foliorum vel bractearum superiorum, subdivisi in pedicellos umbellatos 1-2-4. — Color floris albus, Nectaria apicib., fuscis.” *Loeffl. l. c. [cet. cf. supr. in char. gen.]*

Obs. S. X. syn. Loeffl. l. c. — S. XII. XIII. add. Jacq. amer. 76. — [Obs. Differtne Jacquiniana? quum quidem sequens est, ut videtur, L. in G. VI. S. XII. sq. R.]

1589. **B. microphylla** Mant. II.: B. ramis flexuosis laevibus, foliis inermibus. M. II. p. 207-8. S. VIII. p. 197. — *B. microphylla* Jacq. hort. t. 29. — Habitat in America. D. Jacquini misit. *h.* — Rami laeves, flexuosi, Spinae solitariae, laterifoliae, horizontales. Fol. alterna, remota, ovalia, obtusissima, subsessilia, alterna s. gemina, patentia. Prudae laterales, axillares foliorum, capillares, plures, foliis aequales. Cal. 5phyllus, patens. Petala linearia, basi utrinque lobata. Fructus undique spinuosus. [*Mant. II.*]

CCXCI. **MYRSINE** L., S. I.: Cor. semi-5fida, connivens. Germen corollam replens. Baccæ *Isperma nucleo 5loculari.* S. XII. n. 181., *5locularis 5sperma.* S. X. p. 938. n. 238., XII. n. 269. — Baccæ 5loc. 5sperm. S. I. p. 90. n. 192.

MYRSINE. — CAL. Perianth. 5partitum, parvum: foliolis subovatis, persistentibus (G. L.). — COR. Ipetala, semiquinquefida: laciniis semiovatis, conniventibus, obtusis. — STAM. Filam. 5, vix notabilia, medio corollae inserta. Antherae subulatae, erectae, corolla breviores. — PIST. Germen subglobosum, corollam fere replens. Stylus cylindricus, corolla longior, persistens (G. L.). Stigma magnum, lanigerum, extra florem pendens. — PER. Baccæ subrotunda, depressa (G. L.), 5locularis. — SEM. solitaria (pauca, G. L.). — OBS. Saepè unitatem omni numero demit in omni fructificationis parte. [**G. L. n. 154. (et Add. p. 380. et fin.), II. n. 192., V. 238., VI. 269.*]

„Ex dato caractere sequitur, quod cum Buxo aut Vacciniis nihil habeat commune.” G. L. (nec rel.)

Obs. Per. 4partitum, rarius 5partitum primo dixerat in G. L. vice versa in G. II.; — Baccam 11locularem in G. L. p. 51., 5locularem ibid. in Em. fine; — rursus illoc. in S. XII. et in Prael. ed. Gis. p. 342., ubi pauca de char. gen. cf.

1590. **M. africana** Sp. I — S. XII. n. 1. — *Berg. cap. 53. (S. XIII.) — Zinn. goett. 202. (Sp. II.)* — *Myrsine* H. cliff. p. 72. — *Vitis* idaea aethiopia, myrti tartarinæ folio, fl. atropurpureo. Comm. hort. I. p. 123. t. 64. Buxus africana rotundif. serrata. Pluk. alm. 74. t. 80. f. 5. et Boerh. lugdb. 2. p. 173. (H. cliff.) —

Frutex aethiopicus baceifera, foliis myrtilli. Brey. cent. 9. t. 5. Habitat in Aethiopia. t. j. [H. cliff., Sp. I. II.]
 „Flores axillares terni pedunculis brevibus, Cor. pallida, punctis testaceis scabra, ciliata, clausa, Stamina laciniis corollae opposita, nec alterna. Stigma penicilliforme. Baccæ figura et magnitudine uvæ ursi, caerulea. Nucleus ejusdem formæ, globosus, depressiusculus.” S. XII. XIII.

„Planta hæc est arbuscula, vix humanæ apud nos altitudinis, ramis erectis, atropurpureis, angulatis, angulis e sinu cujuscumque folii decurrentibus, tenacibus, flexilibus, absque ordine ramosis. Fol. ovata, utrinque parum attenuata, perennia, firma, superne atroviridia, nitida, inferne pallide viridia, margine purpurascente acuto parumque reflexo, supra mediocretate utrinque 3 vel 4 serraturis acutis minimis conviventibus notata, patula, convexa, petiolo vix lineari rubro insidentia, solitaria. Flores ex alis foliorum plures, albi, angulis corollæ et calyce rubicundis.” H. cliff.

CCXCII. CELASTRUS G. I.: Cor. 5petala, patens. Caps. 3angularis, 3locularis. Sem. calyprata. S. X. p. 939. n. 239. XII. 270. — Receptac. floris striatum. Stigm. 3. Caps. 3ang. Sem. calyprata. S. VI. p. 91. n. 205.

CELASTRUS. Evonymoides Isnard. A. G. 1716. — CAL. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, planum, minimum: laciniis obtusis, inaequalibus. — **COR.** Petala 5, ovata, patentia, sessilia, æqualia, marginibus reflexa. — **STAM.** Filam. 5, subulata, longit. corollæ. Anth. minime. — **PIST.** Germen minimum, receptaculo nazno, plano, derem striis notato, immersum. Stylus subulatus, staminibus brevior. Stigma obtusum, trifidum. — **PER.** Caps. colorata, ovata, obtuse 3gona, gibba, 3locularis, 3valvis. — **SEM.** pauca, ovata, colorata, glabra, semi-involuta *arillo* (calyptra G. I. II.) ore quadrifido, inaequali, colorato.

[* G. I. p. 59. n. 168., II. n. 205., I. 239., VI. 270.]

„Species datur stylo nullo, stigmata triplici; proin Pentandria trigynæ affinis.” G. II. VI.

„Mira est hujus generis apud omnes qui hoc genus tractarant autores inter species confusio et incertitudo.” H. cliff. p. 72. n. 2.

Obs. Cf. de chor. gen. Præcl. ed. Gis. p. 503. — Ceann-thi species et Evonym. americanus huic gen. subsunt in H. cliff. t. c.

1391. C. bullatus Sp. I.: C. inermis, foliis ovatis integerrimis. Sp. I—S. XII. n. 1. Evonymoides virginiana, fol. non serratis, fructu coccineo eleganter bullato. Isnard. act. 1716. p. 369. Evonymus virginianus rotundif., caps. coccineis eleganter bullatis. Pluk. alm. 139. t. 28. f. 5. Habitat in Virginia. t. j. [Sp. I. II.]

1392. C. scandens Sp. I.: C. inermis, caule volubili, Sp. I. S. X—XIII. n. 3., foliis serrulatis. Sp. II. n. 2. Evonymoides canadensis scandens, fol. serratis. Isn. act. 1716. p. 369. — Duham. arb. I. p. 223. t. 95. (S. X. cv., Sp. II.) — Frutex vinivibus lentis infirmis, fol. profunde serratis. Gron. virg. 55. Habitat in Canada. t. j. [Sp. I. II.]

1393. C. myrtifolius Sp. I.: C. inermis, fol. alternis (H. cl.) ovatis serrulatis, floribus racemosis, H. cliff. p. 72. n. 4., caule erecto. Sp. I—S. XII. n. 3. Myrtifolia arbor, fol. latis subrotundis, fl. albo. Sloan. jam. 162. hist. 2. p. 79. t. 193. f. 1. Raj. dendr. 36. Habitat in Virginia, Jamaica. t. j. [Sp. I. II.]

„Planta nobis sivea est: videtur frutex facie omnino Riviniæ, caule laevi pallido; folia alterna, petiolata, ovata, acuta, tenuissime serrata, utrinq. glabra; racemus terminalis simplex. Fl. parvi albi; flos ut in congeneribus.” H. cliff. (cum syn. Sloan. Raj. II. cc., Phytolacæ americana fructu minori Boerh. lugdb. 2. p. 70.)

1394. C. buxifolius Sp. I.: C. spinis foliosis, ramis angulatis, foliis obtusis. H. cliff. p. 73. n. 2. Roy. lugdb. 434. Sp. I—S. XIII. n. 4. Lycium portoricense, buxi foliis angustiorib. Pluk. alm. 234. t. 202. f. 3. (Phyt. 202. f. 3., S. VIII.) — Habitat in Aethiopia. t. j. — Rami et ramuli angulati. Folia obovata, obtusa, acute serrata. Cymæ pedunculatæ, ex alis. [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. Lycium pruni folio subrotundo, fl. candicante. Boerh. ind. 246., Pluk. alm. I. c. et Kigg. beaum. 28., Rhamnus aser, fol. parvi longiore subrotundo etc. Boerh. lugdb. 2. p. 212;

— *l. nat.* Africa; — *obs.*: „Fructus in hac globosus, in præcedenti [*C. pyracantho*] triqueter est.”

1395. C. pyracanthus Sp. I.: C. spinis nudis, ramis teretibus, foliis acutis. H. cliff. p. 72. n. 1. Sp. I—S. XII. n. 5. — Mill. dict. t. 87. (S. X. Sp. II.) — Lycium aethiopicum, pyracanthæ folio. Comm. hort. I. p. 163. t. 84. Raj. dendr. 72. Evonymo affinis aethiopia, lycii foliis et aculeis, fructu evonymi. Pluk. alm. 139. t. 280. f. 5. (Phyt. t. 126. f. 2. 3., S. VIII.) — Habitat in Aethiopia. t. j. — Rami et ramuli teretiusculi. Fol. ovali-lance., utrinq. acuta, in petiolo desinentia, superne serraturis acuminatis ut fere spinosis, persistentia. Cymæ pedunculatæ, laterales. [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. Comm. I. c. Lycium africanum I., fr. rubro, potius Evonymo affinis. Boerh. hort. 246., Evonymus afric., lycii crassiorib. foliis, sempervirens, caps. 3loculari asperata rubente. Boerh. lugdb. 2. p. 237., Rhamno similis africana, fol. 3loculari, fol. pyracanthæ, B. I. c. p. 212.; — *l. nat.* Afr. — *Ad.*: „In nostris hortis spinis communiter fere destituitur, quod forte per culturam factum.”

1396. C. lucidus Mant. I.: C. foliis ovalibus nitidis integerrimis marginatis. M. I. p. 49. S. XII. n. 6. Evonymus aethiopicus, alaterni foliis rotundioribus duris et non crenatis. Pluk. alm. 139. t. 280. f. 3. Habitat ad Cap. b. Spei. DD. Royen. t. j. — Frutex erectus: ramis fuscis, duris. Fol. alterna, ovata s. obovata, obtusiusc., venosa, lucida, brevissime petiolata, margine integerrimo reflexo. Pedunc. axillares, conferti, simplices, folio breviores. Petala concava. Stam. corolla breviora. Stylus crassus. Stigmata 3, divergentia. [Mant. I.]

Obs. Hæc forte C. evonymifolius Burm., sec. Linn. ep. ed. v. Hall, n. 51. p. 96.

CCXCIII. EVONYMUS S. I.: Cor. 5petala (S. I.). Caps. 5gona, 5locularis, 5valvis, colorata. Sem. calyprata. S. X. n. 240., XII. XIII. 271., et S. VI. p. 87. n. 111. (sed num. Anavrio et sub class. IV., 1.)

EVONYMUS Tourn. 388. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5(4)-partitum, planum, lacin. subrotundis, concavis. — **COR.** Petala 5(4), ovata, plana, patentia, calyce longiora. — **STAM.** Filam. 5(4), subulata, erecta, corolla breviora, gemini tanquam receptaculo imposita. Anth. didymæ. — **PIST.** Germ. acuminatum. Stylus brevis, simplex. Stigma obtusum. — **PER.** Caps. succulenta, colorata, 5(4)gona, 5(4)angularis, (4cuspis, G. I.), 5(4)locularis, 5(4)valvis. — **SEM.** solitaria, ovata, Arillo baccato (calyptæ G. I. II.) obvoluta. [* G. I. n. 240., VI. 271. (num. 5naria); — * G. I. n. 79., II. III. (num. Anavrio et sub cl. IV., 1.)]

„Fructificatio in quibusd. individuis aut speciebus adest quintam numeri partem.” G. V. VI. — „Flos terminalis addit unicam 5tam partem numeri in omni floris parte.” G. I. app. p. 379. — „Quibusdam filamenta, præter acuminum receptaculi, nulla.” G. I. VI.

Obs. Ad Pentandrium retatum genus inde a Sp. I.

1397. E. europæus Sp. I.: E. floribus plerisque quadrifidis, Sp. I—S. XII. n. 1. Fl. S. II. n. 204., fol. sessilibus. Mant. II. p. 342. S. XIII. n. 1. E. fol. oblongo-ovatis. H. cliff. p. 38. Fl. succ. I. n. 133. Roy. lugdb. 436. Hall. helv. 523. — Var. (α.) tenuifolius Sp. I.: E. vulgaris, granis rubentibus. Bauh. pin. 428. E. secunda Clus. hist. I. p. 57. — Var. β. latifolius Sp. I.: E. latifolius Bauh. pin. 428. E. prima s. latifolia Clus. hist. 2. p. 56. — Habitat in Europæ sepibus; β. in Pannonia. t. j. — Ex flore primario convenit cum congeneribus. Phil. Bot. 178. [Sp. I. II.]

Fl. S. syn. E. vulg. gr. rub. Bauh. I. c., Ev. 2. Clus. I. c., Tetragonia Dalech. hist. I. p. 37. (et Roy. Hall. II. cc., in ed. I.)

H. cliff. syn. eul. et Boerh. lugdb. 2. p. 237. Bauh. hist. I. p. 201., Moluras Kaempf. jap. 390.; — cum ear. α. E. latifolia C. Bauh. Clus. II. cc. Bauh. hist. I. p. 202. Boerh. lugdb. 2. p. 237., Iso-Koroggi Kaempf. jap. 790.; — *l. nat.* vulg. per max. partem Europæ, at var. α. præsertim in Pannonia, nec non in Japonia.

Am. ac. 3. p. 201. brevis hist. nat. fraticis. — Am. ac. 2. p. 203. gemmæ describuntur.

1398. E. americanus Sp. I.: E. floribus omnibus quinquefidis, Sp. I—S. XII. n. 2., fol. sessilibus.

Mant. II. p. 342., S. VIII. n. 2. E. fol. lato-lance. serratis. H. ups. p. 30. E. fol. lanceolatis. Gron. virg. 17. E. virginianus, pyracanthae foliis, capsula verrucarum instar exasperata. Pluk. alm. 139. t. 115. f. 5. Celastrus fol. oppos. ovatis integerrimis, fl. subsolitariis. H. cliff. p. 32. n. 3. Rhus virginianum, folio myrti. Comm. hort. 1. p. 157. t. 81. Raj. dendr. 57. Habitat in Virginia. *[Sp. I. II.]*

H. cliff. syn. Comm. Raj. l. nat. idem. — H. ups. syn. Gron. Pluk. II. ec. (nec H. cliff.), l. nat. id. Add. obs.: „Hinc calyx, cor., stamina, loculamenta fructus 5partita in omnibus floribus.“

1399. E. Colpoen *Mant. II.*: E. floribus omnibus quadrifidis, foliis petiolatis ovalibus obtusis, *S. III. p. 198., saepius integerrimis. Mant. II. p. 210.* — Colpoen compressum Berg. cap. 38. t. 1. f. 1. Crataegus foliis subtundis sinuosis, flore ac fructu racemoso. Burm. afr. 240. t. 86. hanc potius refert, quam Cassinem Peraguam, sed fructus alienus. — Habitat in Cap. b. Spei littoribus maritimis. Lepelboom Belgis. *?* — Arbor radice crassissima: ramulis tetragonis, pubescentibus. Fol. opposita, petiolata brevissima, ovata, laevia, a laterave serratura s. crena, subtus pallidiora. Thyrsi axillares foliorum, dichotomi, divaricati, longitud. foliorum, florib. numerosissimis. Calyx 4partitus, patens: laciniis ovatis, acutis. Corolla petalis 4, ovato-oblongis. Nectarium margo e receptaculo germen cingens. Filam. 4, crassiuscula, e margine nectareo. Anth. didymae. Stylus brevis. Stigma quadripartitum, crassiusculum. Bacca quadrangularis, tetraeoca. Differt a Celastro barbaro [*Cassine barbara? R.*] cui folia oblonga, dentata, sessilia, et pedunculis trifloris.

[Mant. II. p. 211.]

CCXCIV. **DIOSMA** L., S. I.: Cor. 5petala. Nectarium 5 supra germen. Caps. 3 s. 5, coalitae. Sem. calyptrata. *S. XIII. p. 198. n. 272.* — Cor. 5pet. Nectar. coronaeforme 5fidum supra germ. Caps. 5, coalitae. Sem. calyptrata. *S. VI. p. 91. n. 206., A. n. 241., III. 272.*

„Polymorphum genus scdm, nectariorum figura, capsularum numero, sauisi divisionem in Diosmata et Hartogias, sed utroque demum plures observationes retraxerunt in unum.“ *S. XIII. p. 199.*

DIOSMA. — *Spiraea Comm. cot. l. 2. (G. I. II.)* — CAL. Perianth. 5partitum: laciniis tenuibus, acutis, persistentibus: basi plana. — COR. Petala 5, ovata, obtusa (*?* G. I.), sessilia, erecto-patula, longit. calycis. — Nectarium coronae forma, excavatum, quinquefidum, obtusum, germen impositum (*?* G. I.). — STAM. Filam. 5, subulata. Anth. subovatae, erectae. — PIST. Germen coronatum nectarium, (*Germ. coronaeforme, excavat., prominentius 5 obtusis. G. I.*) Stylus simplex, longit. staminum. Stigma obsoletum (*?* G. I.). — PER. Capsulae 5, ovato-acuminatae, compressae, margine introrsum coalitae, apicibus distant. s. sutura superiori dehiscentes. — SEM. solitaria, oblonga, ovato-depressa, apice acuminata. Arillus (*Membrana cartilaginea, G. II., l.*) elasticus, hinc dehiscens, singulum involvens semen.

[? G. I. n. 171, et Add. p. 381., II. 206., V. 241., VI. 272.]

„Pericarpium odore et figura cum Aniso stellato (*de cujus flore nil certi scimus, G. I.*) convenit.“ *G. I. II.*

„An Anisi stellati species?“ *Syst. I.*

HARTOGIA S. X.: Nectarium coronans, 3fidum, supra germen. Caps. 3locularis. Cor. petala 5 exteriora unguiculata; 5 acuta minima germen cingentia. *S. X. p. 939. n. 0.* — [Caps. 3locularis. Nect. 5petalum petalis brevius. *S. X. p. 907. in Consp. classis I. tae.*]

HARTOGIA. — CAL. Perianth. pentaphyllum, erectum: foliolis ovatis, acuminatis, persistentib. — COR. Petala 5, obovata, unguibus longit. calycis. Nectarium petalis 5, ovato-subulatis, petalis ordinariis brevioribus, deciduis. — STAM. Filam. 5, filiformia, erecta, petalis longiora. Anth. ovales, incumbentes. — PIST. Germ. trigonum, obtus., retusum, cavitatibus tribus. Stylus filiformis, rectus, longit. staminum. Stigma obtusum. — PER. trilobulare. — SEM.

[S. X. app. p. 1365. n. 1126., ? G. VI. n. 273.]

HARTOGIA (*S. VII.*): Masc. Cal. 5phyllus. Petala 5. Fem. Cal. 3phyllus. Petala 5. Stam. 5sterilia et 5ca-

strata. Caps. 3. Sem. (solit.) arillatum. *S. VII. p. 625. n. 273. (sub cl. XVI. ord. 5.) et p. 609. (in Conspectu classis).*

HARTOGIA. — ♂ Masculi flores: CAL. Perianth. 5phyllum, erectum: foliolis oblongis, acutiusculis, persistentibus. — COR. Petala 5, obovata, parva: unguibus filiformibus, calyce duplo longioribus. — STAM. Filam. 5, filiformia, longit. petalorum. Anth. ovatae, incumbentes. — ♀ Feminei flores: Masculis inermixti: CAL. ut in Lemnibus. — COR. ut in Masculis. — STAM. Filam. ut in Masculis. Anth. steriles, oblongae, erectae. Filam. 5 alia, longit. petalorum, castrata. — PIST. Germen turbinatum, triquetrum, terminatum superne angulis totidem mucronibus filiformibus, erectis, longit. calycis. Stylus filif., longit. staminum. Stigma capitatum. — PER. Caps. 3, connexae, oblongae, compressae. — SEM. solitaria Arillo elastico. — ORS. Affinis Diosmatis. *[Mant. I. p. 23. n. 273.]*

„Genus Hartogiae differt a Diosmatis Nectario (non urceolato) in Filamento educto vel simplicia vel apice petaloidea: Capsulis saepe 3, interdum etiam florib. sterilibus. At visis plurimis speciebus cum fructu etc., docuit natura ex habitu, facie, punctis foliorum, capsularum figura, odore, seminum arillis, limites inter haec 2 genera positos esse nullos; adeoque Hartogiae genus absorbendum a Diosmate.“ *Mant. II. p. 342.*

Obs. Hartogiae genus L. primo propositum in S. X. (sub cl. I. I.), solum H. capense eo comprehendens. Item in Sp. II. G. VI. — Nono caractere dato in S. XII. Mant. I. illud ad Monocotum pentandri. (inter Iva et Anuranthum) relegat, pluresque Diosmatis species (n. 1604., 1607-9., 1612.) ei adject. — Tandem delicit in Mant. II. et S. XIII., ut loci supra singuli redditi docent. — Paucis praeterea in Praef. ed. Gis. p. 329-30. (ubi tamen pro „Hartogiae“ legendum, „Diosma.“) — Diosma nomen explicat H. cliff. p. 72. R.

2146. *S. simplex* Sp. II. S. XIII. n. 1.: Spathe caudice simplici, fronde pinnata comosa, racemo simplicissimo laxo terminali. Brown. jam. 187. Aceri aut *Paliuro* affinis arbor caudice non ramoso, foliis sorbi, floribus racemosis purpureis, fructu tribus membranulis alato. Sloan. jam. 138. hist. 2. p. 28. t. 171. Raj. dendr. 94. Habitat in Jamaica. 7. [Sp. II.]

CDVI. **STAPHYLEA** S. I. (em.): Cal. 5partitus. Petala 5. Caps. inflatae, connatae. Sem. 2, globosa cum cicatrice. S. I. I. n. 296., A. 336., VII. VIII. 374.

STAPHYLEA [Sp. I. *syn.* *Staphylaea* S. I. G. VI.], *Staphylo-* dendron Tournef. 386. — CAL. Perianth. 5partitum, concavum, subtrotundum, coloratum, magnit. ferme corollae. — COR. Petala 5. oblonga, erecta, calyci similia. — *Nectarium e receptaculo fructificationis, in fundo floris, concavum, arceolatum* (G. V. VI.). — STAM. Filam. 5, oblonga, erecta, longit. calycis. Antherae simplices. — PIST. Germen crassiusculum, tripartitum, Styli 3, simplices, staminibus paulo longiores. Stigmata obtusa, contigua. — PER. Capsulae tres, inflatae, laecidae, longitudinaliter sutura coalitae, apicibus acuminatis introrsum dehiscentibus. — SEM. bina, ossae, subglobosa, acuminata obliqua et fovea orbiculata ad lacu apicis. — Ous. in quibusdam speciebus (*St. pinnata*, G. VI.) numerus ternarius Pistilli et Pericarpii evadit binarius.

[* G. I. n. 248., II. 206., I. 336., VI. 374.]

Obs. S. I. *syn.* *Staphylod.* Tourn. et Xanthoxylon Cath. [at ord. 2. anom.] : *haec series generis distincta.*

2147. *S. pinnata* Sp. I.: *S. foliis pinnatis*. H. cliff. p. 112. n. 1. H. ups. p. 69. n. 1. Roy. lugdb. 436. Sp. I. S. VII. n. 1. Fl. S. II. app. p. 463. *Staphylo-*dendron Dalech. hist. 102. *Pistacia sylvestris* Bauh. pin. 401. Habitat in Europae australioris succulentis. [Sp. I. II.]

„Styli duo, fructus bilocularis.“ Sp. II.

H. cliff. syn. *Staphylod. sylv.* et vulgare Herm. lugdb. 582., *Staphylo-*dendron *Caesalp. syst.* 120. Bauh. hist. 1. p. 274. Lob. hist. 540. Dal. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 25., C. Bauh. l. c., *Nux vesicaria* Dod. *empt.* 818.; — *l. nat.* in spongiosis fere ulis Ital. Helv. etc.; — obs.: „Haec in flore 2 tantum gerit pistilla et fr. bilocularem.“

H. ups. syn. Dalech., C. Bauh., Dod., II. cc., *l. nat. idem* „et forte Bahusiae.“

Fl. S. syn. Dalech., C. Bauh. II. cc., obs.: „Vidi specimen allatum e maritimis Bahusiae, quasi sponte natum, sed haesito qua fide.“ [Obs. *Non est indigena sec. recentiores.*]

Am. ac. 2. p. 217. *gemmae hujus describuntur.*

2148. *S. trifolia* Sp. I.: *S. foliis ternatis*. H. cliff. p. 112. n. 2. Roy. lugdb. 437. Cold. novob. 62. Sp. I. S. VII. n. 2. *Staphylo-*dendron triphyllum, vasculo tripartito. Gron. virg. 34. *Staphylo-*d. virginianum trifoliatum Herm. lugdb. 230. *Pistacia virginica* sylvestris trifolia Moris. blaes. 295. Habitat in Virginia. 7. [Sp. I. II.]

„Haec trigyna est.“ Sp. II.

H. cliff. syn. Herm. l. c., Tourn. inst. 616, Boerb. lugdb. 2. p. 235., Moris. l. c.; — *l. nat. id.*; — *obs.*: „Hæc in flore 3 semper gerit pistilla et fr. 3locularem.“

CDVII. **TAMARIX** *S. I.*: Cal. 5partitus. Petala 5. Caps. 1locularis, 3valvis. Semina papposa. *S. II. n.* 295., *A. 337.*, *Al. XIII.* 375.

TAMARIX. *Tamariscus alius* (*Tourn. G. V. VI.*). — **CAL.** Perianth. 5partitum, obtusum, persistens, corolla dimidio brevius. — **COR.** Petala 5, ovata, concava, obtusa, patentia. — **STAM.** Filam. 5, capillaria, *corolla longiora* (*G. I.*). Anth. subrotunda. — **PIST.** Germen acuminatum. Stylus nullus. Stigmata tria, oblonga, revoluta, plumosa. — **PER.** Caps. oblonga, acuminata, triquetra, calyce longiori, unilocularis, trivalvis. — **SEM.** plurima, minima, papposa. — **OBS.** Datur etiam species (*T. germanica, G. VI.*) staminibus decem, quorum alterna exteriora breviora, omnibus basi connatis (*Œ. G. I.*).

[* *G. I. n.* 240., *II.* 295., *V.* 337., *VI.* 375.]

Obs. S. I. syn. Tamariscus T.

2149. **T. gallica** *Sp. I.*: *T. floribus pentandris.* *H. cliff.* p. III. n. 1. Roy. lugdb. 436. Sauv. monsp. 45. *Sp. I. S. VII. n. 1.* — *Mill. ic. t.* 262. f. 1. (*S. VII. XIII.*) — *T.* pedunc. nudis, flor. pentandris. *H. ups.* p. 69. n. 1. Mat. med. n. 154. *T.* altera folio tenuiore, s. gallica. Bauh. pin. 485. Tamariscus narbonensis Lob. ic. 218. Habitat in Gallia, Hispania, Italia. *Œ.* [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. *T. narbonensis* Dalech. hist. 180., *T. major s. arborea narbonensis* Bauh. hist. 1. p. 350., *C. Bauh. Lob. II. c.*, Boerb. lugdb. 2. p. 237., *Myrica* Caesalp. syst. 126., *M. sylvestris* secunda Chus. hist. 1. p. 40.; — *l. nat. idem* (*specialiori*).

H. ups. syn. et Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c., *l. nat. idem* (*ferè*).

2150. **T. germanica** *Sp. I.*: *T. floribus decandris.* *H. cliff.* p. III. n. 2. Roy. lugdb. 436. *Sp. I. S. VII. n. 2.* — *Mill. ic. t.* 262. f. 2. (*S. VII. XIII.*) — *Oed. dan.* 234. (*Am. ac. 7.*, *S. VIII.*) — *T.* fruticosa folio crassiore, s. germanica. Bauh. pin. 485. Tamariscus germanica Lob. ic. 218. Habitat in Germania locis inundatis. *Œ.*

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. *T. germanica* Dalech. hist. 180. s. minor fruticosa Bauh. hist. 1. p. 350., *C. Bauh. Lob. II. c.*, Boerb. lugdb. 2. p. 237., *Tamarix* Dod. pempt. 766., *Myrica sylvestris* Chus. hist. 1. p. 40.; *l. nat.* juxta amnes, fluvios et paludes solo saxoso lapidoso per hyemem inundata in Pannonia, juxta Augustam Vindelic., Lindavian., Genevan., — *Obs.*: „Flores in præc. specie stam. 5 distincta ferunt, at in hæc communiter 10 coacta filamentis a parte inferiore.“

Obs. Pl. succivæ add. L. in Faun. S. II. app. p. 557.

CDVIII. **XYLOPHYLLA** *Mant. II.*: Cal. 5partitus, coloratus. Cor. 0. Stigmata lacera. Caps. 3locularis. Sem. gemina. *S. XIII.* p. 244. n. 1299.

XYLOPHYLLA. *Phyllanthus* Brown. jam. 188. — **CAL.** Perianth. 5partitum, coloratum, lacini, ovatis. — **COR.** 0, nisi calyx dicatur. — **STAM.** Filam. 5, brevissima. Anth. flore breviores. — **PIST.** Germ. subrotundum. Styli 3, breves. Stigm. lacera. — **PER.** Caps. subrotunda, 3locularis. — **SEM.** bina. — **OBS.** Sexus an in his separatio? ipse flores non vidi.

[* *Mant. II. p.* 147-8. n. 1299.]

2151. **X. longifolia** *Mant. II.*: *X. foliis linearibus, ramis tetragonis.* *M. II. p.* 217., *S. VIII. p.* 244. (*c. cod. syn.*) — *Xylophyllus* ceramica Rumph. amb. 7. p. 19. t. 12. — Habitat in India orientali. *Œ.* — Caulis suffruticosus, laevis. Rami quadrangulares, alterni, stricti; angulis acutus. Fol. linearia, alterna (saepè bina), stricta, laevia, subearinata, interstitiis longiora, alternatim remotissimeque serrata, serratis floriferis. Structura plantæ indicavit, non visa fructificatione, *Xylophylli* genus. [*Mant. II.*]

2152. **X. latifolia** *Mant. II.*: *X. foliis lanceolatis, ramis teretibus.* *M. II. p.* 217., *S. VIII. p.* 244. — *Phyllanthus* *Epiphyllanthus* *Sp. plant. II. p.* 1392. — *Ph. foliis latioribus utrinque acuminatis apicem versus crenatis.* *Brown. jam.* 188. (*M. II. p.* 495., *S. VIII.*) — Habitat in America calidiore. *Œ.* — Characterem generis ex hac specie Brownii. [*Mant. II.*]

PHYL. EPHYLLANTHUS *Sp. I.*: „*Ph. foliis lanceolatis serratis: crenis floriferis.* *H. cliff.* p. 439. n. 1. Roy. lugdb. 200. *Sp. I. p.* 981., *II.* 1392., *S. X. p.* 1264., *XII.* 620., n. 2. — *Ph. americana* planta, flores e singulis foliorum crenis profertens. *Comm. hort. l. p.* 199. t. 102. Seb. thes. l. p. 21. t. 13. f. 2. *Catesh. car. 2. p.* 26. t. 26. *Hilicifolia* hemionitidis affinis americana ephyllanthos, angustior et longiorifolia, ramosa caulescens. *Pluk. alm.* 134. t. 247. f. 4. — *Hemionitidis aff. amer. ephiph.*, *fol. simpl. pinnato Hippoglasis acunato etc.* *Pluk. phyt. tab.* 36. fig. 7. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore, Surinamo, Jamaica, Carolina, Porto Rico, *Œ.* *Sp. I. II. II. c.*

Obs. S. X. add. syn. Rumphii (*l. c. ad sp. præc.*); *sed Am. ac. 4. p.* 136. *add. „?“, et Sp. II. add.*: „*Conf. Xylophyllus ceramica Rumph. (l. c.), sed videtur propriae speciei, quam e China habui.*“

„*Hanc hermaphroditam pentandram corolla 5fida, facit Brown, 188.; quod si hoc fructusque rite descriptus, quod ulterius examine autoptæ, utique distincti generis erit hæc et Xylophylla chinensium.*“ *S. VII.*

„*Xylophylla* propria generis ex *obs. Brownii. Distincta toto cœlo a Cæcto Phyllantho.*“ *M. II. p.* 495.

H. cliff. syn. Comm. („opt.“) Seb. Catb. II. c. et Herm. prod. 367. Kigg. becam. 31. Hippoglossor folie cognata surinamensis (etc.) vel forte Hemionitidis affinis. *Breyn. prod. 2. p.* 57., *Louchitidis* affinis arbor anomala, fol. alato e pinnarum crenis fructifero. *Sloan. flor.* 16. hist. l. p. 80., *Pluk. I. (in Sp. I.) cit.*; — *l. nat.* in America (licet facies africana), in Portorico, in Zeylona, Surin., Bahama, colliib. saxosis sylvaticis. — *Obs.*: „*Parissima exempla plantarum ex foliis floriferarum, exceptis Cryptogamiae plantis, prostant; at rarius adhuc quod folia in ipsis crenis s. margine colloerant, uti in Rusco et hæc.*“

[*Obs. Diversa a Limnæo species intelligi in Mant. II. et in Sp. I. II., novo saepe statuit. Differt autem Limnæana (quæ hermaphr. 5aulca) necessario a X. latifolia Swartzii. (Brownium secuti, cujus Ph. fol. latioribus etc. p.* 188. *perperam hæc aut Limnæo citatur pro Ph. fol. angustis etc. p.* 188., *casu farsan?*) — *Ex syn. Comm. (optim. vocato in H. cliff.) et reliq. in Sp. I. citatis nostra est X. falcata Sw.; — syn. Pluk. t.* 26. (*in Sp. II. additum*) ad *X. latifoliam apud Sw. — R.*]

CDIX. **TURNERA** *G. I.*: Cal. 5fidus, infundibulif., exterior 2phyllus (*Œ. S. II.*). Petala 5, calyci inserta. Stigmata multifida. Caps. 1locularis. *S. I. n.* 297. *A. 338.*, trivalvis. *S. VII. XIII. n.* 376.

TURNERA *Plum. II.* — *Onagrea spec. Ferill.* 19. (*G. I. II.*) — *Commun. cl. D. v. Royen. (G. I.)* — **CAL.** Perianth. 1phyllum, infundibuliforme (*Œ. G. I.*), deciduum. Tubus oblongus, erectus, cylindraceo-angulatus. Limbus erectus, 5partitus; laciniis lanceolatis, longit. tubi. — **COR.** Petala 5, obcordata, acuminata, plana, erecto-patentia; unguibus angustis, tubo calycis insertis. — **STAM.** Filam. 5, subulata, corolla dimidio (*G. I. II.*) breviora, tubo calycis inserta (*Œ. G. I.*). Anth. acuminatae, erectae. — **PIST.** Germen concium. Styli tres, bifformes, longit. staminum. Stigm. capillaceo-multifida. — **PER.** Caps. ovata, unilocularis, trivalvis. *Receptacula longitudinaliter valvis univexa linearia* (*Œ. G. I.*). — **SEM.** plurima, oblonga obtusa (ovata, calyptra seminivoluta, *G. I.*).

[* *G. I. n.* 240., *II.* 297., *V.* 338., *VI.* 376.]

„*Hinc pessime descriptis et depinxit hanc Plumierius.*“ *G. I. Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff. l. c.*

2153. **T. ulmifolia** *Sp. I.*: *T. floribus sessilibus petiolaribus* (*Œ. S. X.*), foliis basi biglandulosis. *S. V. VII. Sp. II. n. 1. T. fol. serratis, petiolis floriferis.* *Vir. cliff.* p. 20. *H. cliff.* p. 112. n. 1. tab. 10. Roy. lugdb. 434. *Sp. pl. I. p.* 965. *T. frutescens ulmifolia* *Plum. gen.* 15. *Mart. cent.* 49. t. 49. *Cistus* urticae folio, fl. luteo, vasculis trigonis. *Sloan. jam.* 86. hist. l. p. 202. t. 127. f. 4, 5. *Raj. dendr.* 492. — *Var. β. Sp. I. (c. II. cl.)*: *T. frutescens, folio longiore et mucronato.* *Mill. app. Mart. cent.* 49. t. 49. Habitat in Jamaica, et in America calidiore. *Œ.*

[*Sp. I. II. et (m. m.) II. cliff.*]

„*Var. β.*: Corolla minor petalis mucronatis. Bractee absque glandulis. Folia obtusiora. Antherae fulvae nec flavae. *Mill. ic. t.* 268. f. 1.“ *S. VII. VIII.*

„*E radice caulis frutescens, simplex, erectus, pedalis et bipedalis (apud nos), teres, villis vix manifestis scaber. Fol. alterna.*

lauc, -ovata, profunde serrata, serraturis alternis profundioribus, utrinque pubescentia venis ad angulum acutum e nervo longitudinali egressis alternis plurimis, superne tavis, subtus prominentibus, petiolis (folio dimidio brevioribus) insidentia, laxa; ubi petiolus adnecitur folio, utrinque ad marginem conspicitur glandula concaeva obtusa. Flos micans e medio petioli nascitur proprio pedunculo insidens; cor. flava. Figura atquequam nobiscum quintam decadem rariorum plantarum communiaverat clariss. Martynus, insculpta erat; hinc revocare eam nominimus." *H. cliff.* (cum ic. *pulehra*).

[Obs. "Species altera, quam detexere recentiores", in *H. cliff.* est *Jussiaea peruviana*, q. cf. R.]

2154. **T. Pumilea** S. A.: *T. floribus sessilibus petiolariibus* (S. V.), foliis eglandulosis. S. A. n. 1. A., *Sp. II.* S. VII. n. 2. — Amoen. acad. 5. p. 395-6. (*sine diagn.*) — *Pumilea* minima hirsuta, foliis angustis profunde serratis. Brown. jam. 188. *Chamaecistus* luteus, fol. parvis serratis. Pet. gaz. 59. t. 38. f. 9. *Chamaecistus* urticae folio. H. luteo. Sloan. jam. 87. hist. 1. p. 202. t. 127. f. 6. Habitat in Jamaica. ☉ [Sp. I. II.]

„Planta pusilla, vix pollicaris. Caulis simplicissimus, albo pilosus. Folia alterna, petiolata, lanceolata, pilis raris adpersa, semipinnatifida: serraturis profundis, integris, acutis, utrinque 5 s. 6, glandula ad basin petiolorum nulla. Flos petiolo ipsi insidet, bracteos duabus. linearibus, minutissimis, pilosis instructus." *Am. ac.* (cum *syn.* *Pumilea* I. Brown, l. c.)

„Calyx bracteis 2, linearibus. Anthoetae non ultra faucem calycis elevatae." *Mant. II.* p. 358., S. XIII.

2155. **T. sidoides** Mant. I.: *T.* pedunc. axillaribus bisetis, foliis obovato-cuneatis serratis. *M. I.* p. 58. S. XII. n. 4. — Habitat in Brasilia. D. Arduini. — Caulis palmatis, simplicis, pilosi. Folia alterna, subsessilia, cuneato-obovata, profunde serrata, versus basin integerrima, utrinque levissime tomentosa, subtus venis margineque pilosa. Flores axillares, solitarii, brevissima pedunculati. Bractee in pedunculo binae, oppositae, lineares, hirtae, longitudine calycis. Cal. turbinatus, 5fidus, pilosus. Petala obovata, calyci inserta. Stam. 5, petalis dimidio breviora. Styli tres. — Convenit cum Turn. *cistoides* caule piloso: sed illa caret bracteis tomentoque foliorum.

[Mant. I.]

2156. **T. cistoides** Sp. I.: *T.* pedunc. axillaribus *aphyllis* (S. VII. sq.), foliis apice serratis. *Sp. II.* (l. c.) S. VII. n. 3. *Pumilea* subhirsuta simplex, fol. linearibus crenatis. Brown. jam. 189. *Helianthemoides* Boerh. lugdb. 2. p. 269. *Helianthemum* betonicae folio, caule hirsuto. Plum. spec. 7. icon. 150 f. 1. *Chamaecistus* caule hirsuto, fol. obl. angusto sinuato, flore luteo pediculo insidente. Sloan. jam. 87. hist. 1. p. 202. t. 127. f. 7. Habitat in America meridionali, Jamaica, Surinami. ☉ — Radix fibrosa, Caulis digitalis, simplicissimus, erectus, pilosus. Folia sobpetiolata, lanceolata, versus apicem paucis crenis notata, subtus tomentosa. Pedunculi (bracteis nullis *Mant. II.*) axillares, solitarii, uniflori, geniculo notati, longitudine floris. Calyx tomentosus.

[Sp. II.]

CDX. **TELEPHIUM** S. I.: Cal. 5phyllus. Petala 5, receptaculo inserta. Caps. Hocularis, 3valvis. S. I. I. n. 298., X. 339., VII. VIII. 377.

TELEPHIUM Tournef. 128. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis oblongis, obtusis, concavis carinatis (G. V.), longit. corollae, persistentibus. — COR. Petala 5, oblonga, obtusa, inferne angustiora, erecta. — STAM. Filam. 5, subulata, corolla breviora, Anth. incoherentes. — PIST. Germen triquetrum, acutum (S. G. I.). Stylus nullus (longit. corollae G. I.). Stigmata tria, acuta, patentia. — PER. Caps. brevis, 3quetra, 3valvis, Hocularis. Receptac. liberum, capsula dimidio brevius. — SEM. plurima, subrotunda. [*G. I. p. 60, n. 172, sub ord. I., II. n. 298., f. 339., VI. 377.]

Obs. In S. I. G. I., H. cl. et Meth. ser. sub ord. I., recte inle n. Class. pl.

2157. **T. imperati** Sp. I. S. X. n. 1.: *T.* foliis alternis. *Sp. II.* S. XII. n. 1. — *Telephium* H. ups. p. 70. *T.* fol. oblongo-ovatis, racemis secundis terminalibus. Vir. cliff. p. 20. H. cliff. p. 73. n. 1. (l. c.) Roy. lugdb. 434. *T.* repens, folio non deciduo. Bauh. pin. 287. *T.* legitimum imperati Clus. hist. 2. p. 67. *Cistus* folio majoranae. Bauh. pin. 465. Habitat in Gallo-provincia. 4. [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. *T.* dioscoridis Tourn. inst. 248. Boerh. lugdb. 1. p. 278., Clus. Bauh. II. ec., *Helianthes* species rara (etc.) Bauh. hist. 2. p. 20. Raj. hist. 1016. Lob. adv. 405. Hel. species penae Dalech. hist. 869. *Polygonum* perenne repens, fol. breviora, fl. in capitulum congestis. Moris. inst. 2. p. 393. *Alsine* scorpioides procumbens major (etc.) Pluk. alm. 20.; — *l. nat.* in arduis jugis montis Bonaventurae, non procul ab Aquis-sextiis in Galloproy.

H. ups. syn. Bauh. pin. Lob. Dalech. II. ec., *l. nat. idem.*

2158. **T. oppositifolium** Sp. II.: *T.* foliis oppositis. †. *Sp. II.* S. VII. n. 2. *T.* myosotidis foliis amplioribus conjugatis. Shaw. afric. 572. t. 572. Habitat in Barbaria.

[Sp. II.]

CDXI. **CORRIGIOLA** G. I. app.: Cal. 5phyllus. Petala 5. Semen 1, triquetrum. S. I. I. n. 299., V. 340., VII. VIII. 378.

CORRIGIOLA. *Polygonifolia* Dill. gen. 3. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis, concavis, patentibus, obovatis, corollae, *marginem membranaceis* (G. VI.), persistentibus. — COR. Petala 5, ovata, patentia, vix calyce majora. — STAM. Filam. 5, simplicia (subulata G. VI.), parva. Anth. simplices. — PIST. Germen ovatum, trigonum. Stylus nullus. Stigm. 3, obtusa. — PER. 0. Calyx connivens. — SEM. unicum, ovato-triquetrum.

[*G. I. App. p. 340, n. 851., II. n. 299., f. 340., VI. 378.]

Obs. Cf. de nom. gen. *H. cliff.* p. 112.

2159. **C. litoralis** Sp. I. S. XII. n. 1.: *Corrigiola* H. ups. p. 70. — *Oed. dan.* 334. (S. VIII.) — *C.* caule fasciculis florum terminato. H. cliff. p. 112. n. 1. Roy. lugdb. 420. Hall. helv. 391. *Polygonum* litoreum minus, flosc. spadiceo-albicantibus. Bauh. pin. 281. prod. 131. Moris. hist. 2. p. 593. s. 5. t. 29. f. 1. Habitat in Galliae, Germaniae litoribus arenosis. ☉ [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. *Polygonifolia* Dill. giss. 150. charact., P. vulgaris Vaill. paris. 162. charact., P. fl. et sem. extrinis ramulis acervatum congestis. Dill. gen. 95., Knaveil folio albus glabro, flosc. plurimis, Boerh. lugdb. 2. p. 93., *Polygoni* - vel *Linifolia* per terram sparsa, flore scorpioides. Bauh. hist. 3. p. 379., C. Bauh. Moris. II. ec.; — *l. nat.* lit. aren. Hassiae, Basileae ad Wisconsin flumen, Lusatia ad Nissam fluv., Nordhusii in sabulosis.

H. ups. syn. Hall., C. Bauh., Moris., II. ec., et Raj. hist. 215., *Alsine* palustris minor, fol. oblongo, repens (etc.). Lind. alsat. 115. t. 2. f. C.; — *l. nat. ut Sp. pl.*

CDXII. **PHARNACEUM** Cor. gen.: Cal. 5phyllus. Cor. 0. Caps. 3focularis, polysperma. S. X. n. 341., VII. VIII. 379.

PHARNACEUM (L., S. I.). — CAL. Perianth. pentaphyllum: foliolis sobovatis, concavis, patentibus, aequalibus, persistentibus, *intus coloratis margine tenui* (G. V. VI.). — COR. nulla; hinc calycis margo tenuis et calyx interne coloratus. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. ferme (S. G. V. VI.) calycis. Anth. basi bifidae. — PIST. Germen ovatum, trigonum. Styli 3. *filiformes* (G. V. VI.), longit. staminum. Stigmata obtusa. — PER. Caps. ovata, obsolete trigona, semi- (Cor. g. G. II.) tecta, trilocularis, trivalvis. — SEM. numerosa, nitida, orbiculata, depressa, margine acuto cincta.

[*Cor. gen. p. 5, n. 950., G. II. n. 300., * f. 341., VI. 379.]

[Obs. Genus casu deficit in S. VI., ul quod ante nos jam observavit Loe fl. it. p. 44.; in indice tamen inest. R.]

2160. **Ph. Cerviana** Sp. I.: *Ph.* pedunculis subumbellatis lateralibus folia linearia (S. X.) aequantibus. S. X. XIII. n. 1. *Ph.* glabrum, pedicellis folia aequantibus. Phil. bot. 258. des. c. r. Sp. pl. I. p. 272. *Cerviana* Minuart. monogr. I. *Alsine* pumila, gallii facie, foliis glaucis. Amm. rath. 84. — *Alsine Saxifragu ind. orient.*, foliis circa caulem radiatis, fl. herbido et muscoso. Pluk. mant. 9. t. 332. f. 11. *Trichlis pentastemon*, flor. umbellatis. Hall. goett. 26. (Sp. II.) — *Spergula* purpurea minima Buxb. cent. 3. p. 33. t. 62. f. 2. — Habitat Rostockii, in Russia, Hispania, Asia (Sp. II.). ☉ [Sp. I. II.]

Obs. *Descriptio* amplius in *Phil. bot. l. c.*, ubi descriptionis bot. exemplum refert; itaque Codici non inserenda erant. — *Plus semel in primis Loefflingii epistolis de hac et de Minuarti monographia sermo est: Loe fl. it. p. 21. 25-6., 27., 44. — Initio (ni fallimur) a Linneo in Diss. dass. (Am. ac. I. p. 145.) confusa cum *Ortegia*, q. cf. n. LVII! — Rostock*

ekii talis nunquam obria fuit, sed haud dubie error in definienda planta obtinuit, teste Dehndt, in M. et K. p. germ. 2, p. 484. R.]

2161. Ph. Mollugo S. Y. (non M. H. app.): Ph. pedunculis unifloris lateralibus, S. Y. n. 1. A., foliis linearibus. Sp. II. S. XII. n. 3. — Mollugo verticillata β. Sp. I. p. 89. n. 4. (sec. S. Y.) — Mollugo foliis septenis linearibus. H. cliff. p. 28. n. 1. Alsine procumbens, gallii facie, africana. Herm. lugdb. 19. t. 21. Rubia stellaris s. Asperula minor humisparsa, flosc. albis, aethiopica. Pluk. mant. 163. t. 331. f. 4. Habitat in Aethiopia. [Sp. II.]

Sp. I. β. l. c. syn. H. cliff. l. c. Als. procumbens, gallii f., afric. Herm. l. c. et Ehret. (l. c. ad n. 747.)

H. cliff. l. c. (nude spec.??) syn. Herm. l. c. „hona“, Rabiae sylvaticae levi similis exotica, florib. alsines muscosae, fr. trigono tripartulari. Brey. prod. 2, p. 57.; l. aut. Afr. Zeylon, et Amer. septentr.

„Ph. Mollugo. Caules ramosissimi ramis alternis, folia verticillata, 4 seu 6. Stylus simplex, stigma obtusum, Sem. I, lentiforme, D. Roym. An itaque hujus generis?“ Mant. II. p. 358. [Obs., Quis haeec sit, an pl. appendicis M. H. huc? enucleare non audeo. R.]

[Obs., Plantam hanc in Sp. I. varietatem M. verticillatam fecit L., sed restituit in S. Y. Sp. II., ita tamen ad Ehretii syn. (nec Hermannii) a nostra ad illam duceret. q. cf. n. 747. — Planta capensis est teste epist. ad Baum. (ed. G. Hall n. 14. p. 27.) et farsan (ex syn. Pluk.) in Ph. glomerato Suppl. pl. quarrenda. — Foculito L., quam Mollugo, Spergulum S. Y. Pharnaceis inscere et forsan „Ph. Spergula“ eam vocare relet, in Mant. II. appendice scripsit „Ph. Mollugo“. Exinde exiit, ut nostra plume exiieret in S. XII. et seq. libris, eiusque loco ubique introductum sit istud Ph. Mollugo M. H. app., q. cf. sub. n. 736., ubi plura! — Character generis Molluginis non ab hac an a Polycarpo sumis in G. I. et seq.? has enim solus tunc habuit L. Molluginis species in H. cliff.: an locus et H. cliff. a nostra excludendus et ad M. verticillatam ducendus? R.]

2162. Ph. depressum Mant. II. app.: Ph. pedunculis unifloris lateralibus, fol. lanceolatis pubescentibus. M. H. p. 362. S. XII. p. 245. — Habitat in India orientali. — Caules numerosi, prostrati, depressi, simplices, sphaemacii, teretes, pubescentes. Ramorum rudimenta alterna, axillaria. Folia quatuor aut bina, ex axillis plura, emecolata, basi angustiora, subsessilia, pubescentia, subultra Stipulis solitariis, parvis, scariosis, membranaceis. Paniculae quasi terminales, dichotomae, inaequales. Flores bipartiti, subsessiles, cinerei, margine bracteisque scarioso-membranaceis, similibus stipulis. Stylus 3fidus. Planta Mollugini similis. [Mant. II. app.]

2163. Ph. incanum Sp. I.: Ph. pedunculis communibus longissimis, H. cliff. app. p. 392. Roy. lugdb. 221. Sp. I. S. A. n. 2, foliis linearibus. Sp. II. S. XII. n. 2. Habitat in Africa. — Figura forte habetur in Pluk. phyt. 304. f. 4. [Sp. I. H.]

„Crescit forte in Africa ut facies et schedula adscripta (Tephthoides africanum fl. albo Raj.) monent. — Caules teretes, rarius ramosus, incanus, gemmis sparsis et villis albis terminatis; e gemme singulae prodeunt fol. plura, linearia, obtusa, laevia, villis multoties longiora. Ex apicibus ramorum exerescent pedunc. communes 3 vel plures, filii, erecti, foliis 10-vel 20cis longiores, terminati involuero aliquot foliolorum, intra quod pedunculi partiales, communi 6-10-vel breviores, qui vel iterum subdivisi cum involuero partiali, vel pedunculum proprium ascendendo ad singulum nodum demittunt. Hinc planta facie ad Spergulum [arvensium] n. l. proxime accedit.“ H. cliff. (obsq. syn.)

„Caules erectus, profleris. Ramo albidis a stipulis tunicatis, fol. sparsis, linearia, laevia, solitaria, patula. Stipulae foliaceae, solitariae, membranaceae, albae, capillaceo-lacerae. Pedunc. terminales, longissimi, Umbella composita, prolifera. Flores albi, extus virides.“ Mant. II. p. 358.

2164. Ph. distichum Mant. II.: Ph. racemis bipartitis flexuosis, foliis sublinearibus pubescentibus. M. H. p. 221. S. XII. p. 246. (cum iisd. syn.) — Alsine spergulae facie Indiae or.; spicatis floribus ex alis emergentibus. Pluk. mant. 9. t. 33. f. 4. A. holostea villosa, foliis caulem ambientibus, multiflora. Pluk. alm. 22. t. 130. f. 6. — Habitat in India orientali. — Fol. angusta, submentosa. Racemi geminati, flexuosi a flore ad florem. Calyx

pentaphyllus. Stamina 5. Pistillum unicum. Caps. unilocularis, trivalvis, polysperma. [Mant. II.]

2165. Ph. cordifolium Pl. afr.: Ph. racemis bipartitis terminalibus, foliis obcordatis. Sp. II. S. XII. n. 4. — Ph. fol. obcord. Pl. afr. n. 6. in Amoec. acad. 6. p. 85. — Spergula e Cap. b. sp. foliis portulacae minoribus stellatis. Pet. mus. 478. (Sp. II. app., seq.) — Habitat ad Cap. b. Spei. [Sp. II.]

„Rad. fibrosa. Caules herbarii, pedales, prostrati, laeves, articulati, geniculis nodosis; squamulis membranaceis, congestis. Rami alterni. Folia plurima, verticillata ad genicula caulis, obcordata, glabra, integerrima, articulis longe breviora. Racemi terminales, pedunculati, bipartiti. Flores albi, magni, Spergulae arvensis.“ Am. ac.

CDXIII. **ALSINE** (S. I.) Sp. I.: Cal. 5phyllus. Petala 5, aequalia, bipartita (9. S. XII. XIII.). Caps.ilocularis, 3valvis. S. III. p. 85. n. 0. (sub cl. III. ord. 3.), A. n. 342., VII. XIII. 380.

ALSINE. CAL. Perianth. pentaphyllum; foliolis concavis, oblongis, acuminatis. — COR. Petala 5, aequata, calyce longiora. — STAM. Filam. 5, capillaria. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subovatum. Styl. 3, filiformes, Strigata obtusa. — PER. Caps. ovata, unilocularis, calyce (G. I.) tecta. — SEM. plurima, subrotunda. [G. I. n. 342., % VI. 380.]

Obs. Alsine S. I., sub cl. X. 3. posita ibique scripta in G. I. II. Meth. sex. H. cliff. etc., et descr. in G. I. II. et e numero gen. in S. VI. addito est Stellaria L., operum et autorum seriorum, atque istuc a nobis relegata, Complectitur in H. cliff. et Fl. S. I. Stellar. gramineum, Halo-teum et A. medium (sub qua St. nemorum). — Tandem hoc omissio L. meum genus Alsines condidit in H. ups., Halosteam cordatum complectens, hinc in cl. III. ord. 3. positam. Item in S. VI., ubi n. generis caret (quum n. Alsines, 445., e G. II., Stellariae adscriptus sit). — In Sp. I. gens ex Als. media et segetali constat et primo ad cl. V. 3. accedit. R.

2166. A. media Sp. I.: A. petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis, Sp. I-S. XII. n. 1. Fl. S. II. n. 267. — A. fol. ov.-cordatis, Fl. lapp. n. 186. H. cliff. p. 173. n. 3. Gron. virg. 161. Roy. lugdb. 449. fl. trigynis. Fl. suec. I. n. 369. — Ued. dan. 525. 438. (S. VIII.) — A. media Bauh. pin. 250. A. minor Dod. pempt. 29. Habitat in Europae cultis. [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. A. media Bauh. l. c. Moris, hist. 2. p. 530. s. 5. t. 23. f. 4. Boerh. lugdb. I. p. 209. A. vulgaris s. Morsus gallinae Bauh. hist. 3. p. 363., Dod. l. c. Alsine Dalechi, hist. 1232. — eurr. a. A. altissima nemorum Bauh. pin. 251., Moris, hist. 2. p. 530. s. 5. t. 23. f. 1. Centunculus Caesalp. syst. 259. [Haeec est Stellaria nemorum Sp. I. q. cf. R.] — et β. A. aquatica major Bauh. l. c. [i. e. Cerast. aquaticum Sp. I. R.]

Fl. lapp. eurr. a. syn. Bauh. pin. l. c. A. minor Lind. wiks. 2., A. chamaedryoides Till. ab. 3., Alsine Frank. spec. 2. Till. ic. 75.; — eurr. β. syn. A. altiss. nem. Bauh. l. c. A. maxima solanifolia Mentz. pug. fig. 2., A. major sylvestris Rudb. vall. 2. hort. 5. Lind. wiks. 3. [i. e. St. nemorum]. — Add. obs. β., utraqueque specie non distinguendam esse contentus, et tanquam hujus var., n. curvatum fistillis 5, connumerans Cerast. aquaticum.

Fl. S. I. syn. ut eurr. a. Fl. lapp., add. Roy. Gron. Dod. II. c. et obs.: „Quidam in floribus hujus stam. 5 numerarunt, cum filamenta facile cadant; examinant adhuc eandem media aestate et videbunt decem.“ — [Corrigitur propterea ab Hallero Linnarus, vid. Epist. ed. Sm. tom. 2. p. 384. R.]

Fl. S. II. syn. Bauh. pin., Dod., Lind. II. c.; — obs.: „Flus erectus evigilat ab hora 9. in meridie, nisi eodem die pluvia cadat, quo non aperitur; insequente die pendet deorsum; post aliquot dies iterum assurgit; dehiscit capsula in sex valvulas, fundens sem. orbiculata, compressa, flava, tuberculis scabra, altero margine creta incisa.“ [Cf. de foliarum summa Am. ac. I. p. 342. R.]

[Obs. Hinc L. in H. cliff. et Fl. lapp. sub una specie confudit cum Stellaria nemorum et Cerast. aquatico, in classe A. 3.; sed jam in Fl. S. I. separavit, illas tamen etiamtam sub una specie (n. 370. a. β.), stylis pentagynis distinguenda, conjungens; (quae in re tunc ipse Hallerus eravit: vide Epist. ed. Sm. l. c.). — Inde a Sp. I. recte omnia. — Sunt qui ferunt Linnarum in Succia cum nostra confudisse Halosteam umbellatum. n. 741. (Cf. Giseb. Proel. p. 534.) — R.]

2167. **A. segetalis** Sp. I.: A. petalis integris, foliis subulatis. Sp. I. S. X - III. n. 2., filiformibus. Sp. II. n. 3. — Spergula fol. filif. unum latus spectantibus, stipulis membranaceis vaginantibus, pedunc. umbellatis. Guett. stamp. 299. Dalib. paris. 133. A. segetalis, graminis foliis unum latus spectantibus. Vaill. paris. 8. t. 3. f. 3. Habitat Parisiis. ☉ [Sp. I. II.]

„Vigiliae hujus ab hora 3. in 9. Seguier.“ Sp. II. — „Eandem esse cum Arenaria tenuifolia, Chenal apud Hallerum flor. 866.“ Mant. II. p. 339.

2168. **A. mucronata** Sp. II.: A. foliis setaceis, cal. aristatis, petalis integris brevibus. Sp. II - S. XIII. n. 2. Arenaria mucronata: foliis setaceis mucronatis, cor. brevissimis, cal. inferne mucronatis. Sp. pl. I. p. 424. S. X. p. 1033. n. 10. Alsine fol. fasciculatis tenuissimis durisque, petalis integris. Hall. helv. 389. t. 7. f. 2. — Segu. ver. 3. p. 173. (Sp. II.) — Habitat in Helvetia. [Sp. I. a. a., II.]

„Stamina huic 5. Segu. l. c.“ Sp. II.
„Planta difficillima ob similes: uti Arenaria fasciculata et Minuartia montana, Arenaria fol. setaceis, fl. pentandris, calycum foliolis subulatis Loell. it. p. 141? — Aren. mucronatam decandram conjungit Jacq. obs. 2. p. 31. cum mea Ar. fasciculata, et ad suam refert Halleri et Seguieri synonyma; ad Seguierii pentandra est. Sed Min. montana et Ar. fasciculata plantae sunt erectae, strictae; haec laxa ramis diffusis longis.“ Mant. II. p. 358-9.

[Obs. Amplius descripta nostra apud Loefl. l. c. — Omitienda viz non pl. helectica. — Cf. Ar. fasciculata S. XII. — R.]

CDXIV. **DRYPIS** Mich., S. I.: Cal. 5dentatus. Petala 5. Caps. circumscissa, monosperma. S. XII. XIII. n. 381. — Cal. inflatus. Caps. Isperma. S. VI. p. 106. n. 442. (sub cl. X. 3.), Ilocularis globosa. Petala 5, unguiculata. S. X. p. 1030. n. 501. (sub cl. X. 3.)

DRYPIS Mich. 23. Mygind. Jacq. vind. 304. (G. VI.) — CAL. Perianth. monophyllum, inflatum (tubulosum G. VI.), ore 5dentato, persistens. — COR. Petala 5. Ungues longit. calycis, angust. Limbus planus, laminis bipartitis: laciniis linearibus, obtusis. Faux coronata denticulis duobus cujusvis petali (G. VI.). — STAM. Filam. 5, (10, G. I - V.), longit. fere (♂. G. VI.) corollae. Anth. simplices, oblongae, incumbentes (G. VI.). — PIST. Germen globosum (obovatum, compressum G. VI.). Styli 3, simplices, patuli. Stigmata simplicia. — PER. Caps. globosa (subrotunda G. VI.), tecta calyce (G. VI.), unilocularis, parva, circumscissa (G. VI.). — SEM. unicum, reniforme, nitidum (G. VI.). — [G. I. p. 132. n. 370. II. p. 196. n. 442. et V. p. 192. n. 501. sub cl. X. 3. — G. VI. n. 381.]

Obs. Gemis in Sp. II. (tunc primum fl. siccis investigatis) huc transpositum e cl. X. 3., ubi antea in S. I - X. — Pauca cf. in Praet. ed. Gis. p. 352.

2169. **D. spinosa** Sp. I. p. 413. S. X. p. 1030., Sp. II. S. XII., n. 1. — Jacq. hort. t. 49. (Mant. II. sq.) — Drypis Ger. emac. 1312. D. italica aculeata, fl. albis umbellatis compactis. Mich. gen. 24. t. 23. D. theophrasti s. anguillarae. Dalech. hist. 1480. Lob. ic. 789. Tabern. ic. 144. Bauh. hist. 3. p. 722. Spina alba, foliis vidua. Bauh. pin. 388. Carduus foliis tenuissime spinosis ad instar juniperi. Moris. hist. 3. p. 161. s. 7. t. 32. f. 8. Habitat in Mauritania, Italia (♂. Sp. II.). [Sp. I. II.]

„Caulis primi procumbentes, tetragoni, brachiati, superne dichotomi. Folia subulata, subtrigona, mucronata; dichotomiae lanceolata, utrinque tridentata. Corollae coronatae Silenes, purpurascens, Caps. circumscissae. D. Mygind.“ Sp. II.

„Rami ultimi dichotomi (M. II.), floriferi. Pedunculi flore breviores. Calyx semiquinquefidus, erectus. Petala saepe (M. II.) alba, angustissima, patentia. Stamina erecta.“ S. XII. XIII. et M. II. p. 359. — „Caulis exaridi revirescent inaequanti vere.“ S. XIII. — „Rami novi virides propullant et ramis praecedentis anni exaridis.“ Mant. II.

CDXV. **BASELLA** Diss. Dass.: Cal. 0. Cor. 7- (6 - S. VI. X.) fida; laciniis 2 oppositis latioribus, tandem baccata. Sem. unicum. S. VI. p. 95. n. 1047., X. n. 343., XII. XIII. 362.

BASELLA. — CAL. nullus. — Con. septem - (6 - Diss. dass., G. V.) fida, urceolata, laminis duabus exterioribus latioribus, una intra reliquas (G. VI.), superne connivens, basi carinosa. — STAM. Filam. 5, subulata, aequalia, corollae adnatae eaque paulo breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subglobosum, Styli 3, filiformes, longit. staminum. Stigmata oblonga, a latere altero apicum stylorum. — PER. Corolla persistens, clausa, carinosa, baccam mentiens. — SEM. unicum, subrotundum. [Diss. dass. n. 1047. in Am. ac. 1. p. 306. et Fl. zeyl. app. p. 7., * G. V. n. 343., VI. 382.]

2170. **B. rubra** Sp. I.: B. foliis planis, Sp. I. n. 1., pedunc. simplicibus. Sp. II. S. X - XIII. n. 1. — Basella Rheed. mal. 7. p. 45. t. 24. Fl. zeyl. n. 119. Cuscuta foliis subcordatis. H. cliff. p. 39. n. 1. — Gandola rubra Rumph. amb. 5. p. 417. t. 154. (S. X. seq.) — Habitat in India. ♂. (et ☉ Sp. II.).

Il. cliff. syn. Beta baccifera aizoides rotundif. zeylanica. Breyn. prod. 2. p. 23., Solanum scandens malabaricum, betae folio. Comm. amst. 330. Comm. flor. 63., Sol. tinctorium zeylan. minus Herm. par. app. 12., Solano an potius Mirabili peruvianae affinis tinctoria etc. Pluk. phyt. 63. f. 1., Basella Rheed. l. c. Raj. hist. 3. p. 358. Boerh. logdh. 2. p. 266. Burm. zeyl. 44.; — l. nat. Malab. Zeyl. et adiac.; — obs.: „Ad Cuscutae genus amandavi hanc plantam, licet in flore unicum quintam partem numeri addat, cum calyx et reliqua omnino conveniant.“

Fl. zeyl. syn. Rheed., Raj. app. Burm., Breyn., Comm. flor., Herm. par., Il. cc., Bintal Herm. zeyl. 68.

2171. **B. alba** Sp. I.: B. foliis ovatis (♂. S. X.) undatis, pedunc. simplicibus folio longioribus. S. X. XII. Sp. II. n. 2. — B. fol. undatis, Sp. I. n. 2. — B. fl. albo et caul. viridibus. Thran. corol. 11. Gandola alba Rumph. amb. 5. p. 417. Mirabili peruvianae affinis tinctoria, betae folio, scandens. Pluk. alm. 252. t. 63. f. 1. — Murasakki Kaempf. amoen. 784. (S. XIII.) — Habitat in China, Amboina. ♂. — Caulis herbaceus, sed perennans. [Sp. II.]

Obs. Sp. I. syn. Thran. l. c., l. nat. Syria? ☉.

2172. **B. lucida** S. X.: B. foliis subcordatis, pedunculis confertis ramosis, Sp. II. S. XII. n. 3., subterminalibus. S. X. n. 2. A. — Habitat in India. ☉.

„Affines nimium sunt hae tres species, sed constantes se servant in hortis.“ Sp. II.

„Quatuor sunt in horto Basellae, quarum duae foliis undulatis, duae vero planis, utraque rubra et alba.“ Diss. demonstr. pl. in Am. ac. 3. p. 406. not. x.

CDXVI. **SAROTHTA** Diss. Chen.: Cal. 5partitus. Cor. 5petala. Caps. ilocularis, 3valvis, colorata. S. X. n. 344., XII. XIII. 385.

SAROTHTA. — CAL. Perianth. Iphyllum, 5partitum, erectum, persistens; laciniis linearibus, acutis. — COR. Petala 5 (saepius), lanceolato-linearia, obtusa, patula, calyce paulo longiora. decidua. — STAM. Filam. 5, filiformia, longit. corollae. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum, Styli 3, filiformes, longit. germinis, Stigmata simplicia. — PER. Caps. oblonga, acuta, unilocularis, trivalvis, colorata. — SEM. plurima, reniformia, minima. [× Diss. Chen. n. 1075., G. I. n. 344., VI. 383.]

2173. **S. Gentianooides** Sp. I - S. XII. n. 1.: Sarothra Amoen. acad. 3. p. 11. — Kalm. it. 2. p. 253. (S. X. Sp. II.) — Gentiana caule ramisque ramosissimis, foliis subulatis minimis. Gron. virg. 29. Centaurium minus spicatum, angustissimo folio, s. scoparium marilandicum novum. Pluk. mant. 43. t. 342. f. 4. Habitat in Virginiae, Pennsylvaniae apricis sylvaticis (Am. ac.) glareosis. [Am. ac., Sp. I. II.]

„Radix fibrosa, annua. Caulis erectus, teres, brachiatus, ramosissimus, cortice deciduo. Folia subulata, minima, opposita. Flores sessiles, solitarii, alterni. Capsulae rubrae, ultra calyces exsertae. Usus: cortex inflammationes et contusiones tollit. — Sarothra a ἄραρωδῶος, scopae.“ Am. ac. l. c. — Alia descr., e Bartramio, cf. Am. ac. 4. p. 518.

„Gentiana in aperta an hujus generis?“ Sp. II. [Cf. n. 1876. p. 249. R.]

ORDO IV. TETRAGYNIA.

CDXVII. **PARNASSIA** S. I.: Cal. 5partitus. Petala 5. Nectaria 5, cordata, ciliata, apicibus globosis. S. VII. n. 302. Caps. 4valvis. S. X. n. 345., XII. XIII. 384.

PARNASSIA Tournef. — CAL. Perianth, 5partitum: laciniis oblongis, acutis, patentibus, persistentibus. — COR. Petala 5, subrotunda, emarginata, striata, concava, patentia. — NECTARIA 5: singulum squama cordata, concava, stylis 13 per marginem gradatim altioribus instructa, quibus singulis globus insidet. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. corollae. Anth. depressae, incumbentes. — PIST. Germen ovatum, magnum, Stylus nullus, *ejus loco foramen* (G. V. II.). Stigmata 4, obtusa, persistens, *in fractu majora* (G. V. II.). — PER. Caps. tetragono-ovata, unilocularis, quadrivalvis. Receptae. quadruplex, valvulis adnatum. — SEM. plurima, oblonga. — OBS. Essentialis character e nectario facillime colligitur.

[*G. I. n. 250., II. 302., V. 345., VI. 384.]

Obs. Plura de char. gen. et de fecundatione cf. in *Pract. ed. G. S.* p. 402. *Notum staminum in fecundatione primo obs. L. in It. westg.* p. 249. — Cf. etiam *Am. ac. S.* pag. 96, nota d), et cf. *infra obs. e Fl. S. II.*

2174. **P. palustris** Sp. I. — S. XII. n. 1. Fl. succ. II. n. 268.: Parnassia Fl. lapp. n. 108. Fl. succ. I. n. 252. H. cliff. p. 113. Roy. lugdb. 420. Hall. helv. 316. Dalib. Paris. 96. — *Oed. dan.* 584. (S. XIII.) — Gramen parnassi albo simplici flore. Bauh. pin. 309. Hepatica alba Cord. hist. 53. Pyrola rotundifolia palustris, fl. unico ampliore. Moris. hist. 3. p. 505. s. 12. t. 10. f. 3. Habitat in Europae uliginosis. 2.

[Sp. I. II.]

„Scapum nonnihil contorquet,” *Mant. II. S. XIII.*

„Sub florescentia germen stylo stigmatibusque destitutum apice perforatum est, stamina tum alternantia antheram foraminum imponunt, explodunt pollinem, recedunt ad corollam, reliquis pari modo succedunt (It. westg. 249.): stupenda lege naturae in generatione plantarum. Flores, autumnii nuncii, foenisecium indicant, singulares petalis lineatis et nectariis propriis vere eximii.” *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. P. palustris et vulgaris Tournef. inst. 246. Boerh. lugdb. I. p. 243., Moris. I. c., Cistus humilis palust. hederae folio perfoliata, Pluk. alm. 108., Gramen parnassi (etc.) Loh. hist. 330. C. Bauh. I. c. Bauh. hist. 3. p. 537., Gr. parnassium Dod. pempt. 664.; — *var. α. G. parn. duplicatis floribus* Loh. hist. 331.; — *II. nat. speciosiores.*

Fl. lapp. syn. Tournef. Moris. C. Bauh. II. c. Epatia fontana Frank, spec. B., Gr. parnassi Rudb. cat. 19. hort. 49. Till. ab. 32. ic. 7. — *Add. obs. β. (de nectariis fusius) et γ., omitteudae hoc loco.*

Fl. S. syn. Moris. C. Bauh. Dod. II. c. (et Roy. Hall. Tuurn. Pluk. Rudb. Till. II. c. in ed. I.)

Mat. med. syn. C. Bauh. I. c.

CDXVIII. **EVOLVULUS** Sp. II.: Cal. 5phyllus. Cor. 5fida, rotata, Caps. 3locularis. Sem. solitaria. S. XII. XIII. n. 385.

EVOLVULUS. — CAL. Perianth, 5phyllum, foliis lanceolatis, acutis, persistentibus. — COR. Ipetala, rotato-plicata, sub-5fida. — STAM. Filam. 5, capillaria, patentia, longit. fere corollae. Anth. oblongoscapulae. — PIST. Germen subglobosum, Stylis 4, capillares, divergentes, longit. staminum. Stigmata simplicia. — PER. Caps. subglobosa, 4locularis, 4valvis. — SEM. solitaria, subrotunda, inde angulata. — OBS. Convolutuli affinis.

[*G. VI. n. 385.]

Obs. *Convolutuli species operum Linnæi priorum. Differentiam primo indicavit Loeffl. II. p. 205. seq., unde nomen Linnæi in S. X. (cf. n. 2175. obs.)*

„Ev. linifolius characterem praebet,” *S. XIII. et M. II. e. e.*

2175. **E. nummularius** Sp. II.: E. foliis subrotundis, caule repente, flor. subsessilibus. Sp. II. S. XII. n. 1. Convolutulus nummularius: fol. subrot., caule repente. Sp. pl. I. p. 157. n. 18. — *Conv. nummul.:* fol. subrot. submarginatis nudis, caule repente. S. X. p. 923. n. 18. — *Conv. minor repens, nummulariae folio, fl. caeruleo.* Sloan. jam. 58. hist. I. p. 157. t. 99. f. 2. Raj. suppl. 382. — *Conv. herbaceus repens, foliis subrotundis, floribus singularibus axillaribus.* Brown. jam. 153. (Sp. II.) — Habitat in Jamaicae, Barbados pratis. [Sp. I. l. c., II.]

„Hic cum duobus insequentibus [*C. alsinoides et linifolio S. X.*] differt stylo 2partito 2fido, corolla rotata, 10 emarginaturis.” *S. X. l. c., cum syn. Loeffl. II. p. 205. n. 1.*

Loeffl. l. c. descr., q. cf. — Cf. etiam pag. seqq. n. 2, 3., ejusdem ut videtur generis species.

2176. **E. gangeticus** Sp. II.: E. foliis cordatis obtusis mucronatis petiolatis (Sp. II. seq.) villosis, caule diffuso, pedunc. unilioris. Sp. II. S. XII. n. 2. — Convolutulus gangeticus (*diagn. ead.*) Cent. II. n. 121. in Amoen. acad. 4. p. 306. n. 121. et S. X. p. 923. n. 15. H. — Habitat in India. [Am. ac., Sp. II.]

„Caulis procumbentes, ramosi, bipedales. Folio cordata, pollice saepe latiora, obtusa cum mucrone, petiolata: tenella folia et flores hirsutissimi. Pedunc. capillares, breves.” *Am. ac.*

2177. **E. alsinoides** Sp. II.: E. foliis obcordatis obtusis petiolatis pilosis, caule diffuso, pedunc. trifloris. Sp. II. S. XII. n. 3. — Convolutulus (alsinoides Sp. I.): fol. subovatis (obovatis S. X.) obtus. petiol. pilosis, caule diff., ped. trifl. Fl. zeyl. n. 76. Sp. I. p. 157. et S. X. p. 923. n. 19. — *Conv. fol. ovatis obtusis, caule filiformi.* H. cliff. p. 68. n. 13. — *Convolutuli minima sp. bisnagarica hirsuta, alsines folio.* Pluk. alm. 116. t. 9. f. 1. (Sp. I., M. II.) — *Anagallis hirsuta minor, fol. alternis, fl. solitariis etc.* Burm. zeyl. II. t. 6. f. 1. et *Anag. hirsuta (etc.)* p. 19. t. 9. f. 1. (Sp. II.) — *Vistnucandi.* Rheed. mal. II. p. 131. t. 64. Habitat in Malabar, Zeylona, Bisnagar, Bahama. [Sp. I. l. c., II.]

„Varietas habitu lini: caulibus, panicula, foliis lanceolatis, sericeis, hujus forte sola varietas.” *Sp. I. [Absque dubio sp. seq. R.]*

H. cliff. syn. Conv. indicus minor, alsines folio, fl. rubicundo purpureo, Comm. flor. 20. Raj. hist. 379., Pluk. p. c., Alsines facie Myosotis bisnagarica frutescens, flos. pallide flavescens. Pluk. phyt. 9. f. 1., Rheed. I. c.; — *I. nat. India „nostra in Bahama lecta.”* Obs.: „Licet figura in Horto mal. duplo nostra planta major sit, non dubito eandem adponere, cum idem in plorimis aliis observemus; au hoc a luxuriante solo vel luxuriante pictore factum, me fugit.”

Fl. zeyl. syn. H. cliff., Comm., Raj., Pluk. alm., Burm. utrq., Rheed., II. c. (e. c.), C. bisnagaricus myosotidis folio. Pet. act. 276. p. 1007., *Anag. zeylanica minor procumbens* Raj. app. 496., *Wisnagarandi* Heron. zeyl. II. 37. 56.

Obs. *Syn. Pluk. e Sp. I. casu omissum in Sp. II. ? restitutum in M. II. p. 359.*

2178. **E. linifolius** Sp. II.: E. fol. lanceolatis villosis sessilibus, caule erecto, pedunc. trifloris longis. Sp. II. S. XII. n. 4. Convolutulus linifolius: fol. lanc. vill., pedunc. filiformibus longis tri- (multi-S. X.) floris, caul. erecto. Cent. II. n. 122. in Amoen. acad. 4. p. 306. Syst. nat. X. p. 923. n. 19. J. — *Conv. herbaceus erectus, fol. linearibus, pedunc. longis tenuissimis bibracteatatis alaribus.* Brown. jam. 152. t. 10. f. 2. Habitat in Jamaica. [Sp. II.]

„Hab. in Indiis. Caul. erecti facie lini. Fol. lanc., nec ut in *C. alsinoides* obovata.” *Am. ac., cum syn. Brown. I. c.*

Obs. *Ut var. praecedens in Sp. I. vid. n. 2177. — Haec char. generis suppeditavit teste Mant. II. p. 359., vide supra.*

2179. **E. tridentatus** Sp. II.: E. foliis lineari-cuneiformibus tricuspidatis: basi dilatata dentatis, pedunc. unilioris. Sp. II. S. XII. n. 5. — *Burm. ind. t. 16. f. 3. (S. XII. seq.)* — Convolutulus tridentatus (*diagn. ead.*) Sp. pl. I. p. 157. et S. X. p. 923., n. 20. — *Conv. minor procumbens, acetosellae foliis tricuspidatis ad iauum quaternis: summo apice tricuspidatis.* Pluk. mant. 117. t. 167. f. 5. *Sendera* — *Claudi.* Rheed. mal. II. p. 133. t. 65. — *Var. β. Sp. I. II.:* *Conv. indicus barbatus minor, foliorum apicibus lunulatis.* Pluk. alm. 117. t. 276. f. 6. — Habitat in India. [Sp. I. l. c., II.]

„Caulis volubilis est.” *Mant. II. p. 359.*

ORDO V. PENTAGYNIA.

CDXIX. **ARALIA** T. Vaill., S. I.: Involucr. umbellulae. Cal. 5dentatus, superus. Cor.

5petala (♀. *S. VI.*). Bacca 5sperma. *S. VI. n. 303., X. 346., XII. XIII. 386.*

ARALIA Tournef. 154. — CAL. Involocrium minimum umbellulae globosae. Perianthium 5dentatum. minimum. superum. — COR. Petala 5. ovata. acuta. sessilia. reflexa. — STAM. Filam. 5. subulata. longit. corollae. Anth. subtrotundae. — PIST. Germen subtrotundum. inferum. Styli 5. brevissimi. persistentes. Stigm. simplicia. — PER. Bacca subtrotunda. striata. coronata. 5locularis. — SEM. solitaria. dura. oblonga.

[* *G. I. n. 251., II. 303., V. 346., VI. 386.*]

„Genus hocce, licet haeciferum et pentagynum, in classe tamen naturali ad Umbelliferas proxime accedit.” *G. I. (e. e.) II.*

Obs. Panca de char. gen. cf. Praecl. ed. G. I. p. 519.

2150. *A. arborea* *S. V.*: *A.* caule arboreo, foliis simplicibus, umbellae universalis radiis uniglandulosis. *S. X. n. 2. A., Sp. II. S. XII. n. 1.* — Amoen. acad. 5. p. 396. (*sinc diagn.*) — *A.* arborea, fol. nitidis oblongo-ovatis, umbella laxa radiis singulis glandula notatis. Brown. jam. 189. Hedera arbor. folio hastato. Plum. spec. 18. ic. 148. Habitat in Jamaica. *Sp. II.*

„Arbuseula. Folia alterna, petiolata, lanceolato-ovata, integerrima. Pedunculus communis a casu pedicellorum deciduorum bracteis universalis quasi dentatus. Umbella composita: radii umbellae universalis in medio glandula notati: umbellulae breves, regulares. Bacca pentagona, aëcea, sed singuli anguli biloculares. Calyx superus, Styli 5.” *Am. ac.*

Obs. S. X. syn. Plum. ic.; Am. ac. syn. Brown. Pl. spec. II. ec.

2151. *A. spinosa* *Sp. I.*: *A.* arboreo, caule foliolis aculeatis. Vir. cliff. p. 26. (*t. e.*) Gron. virg. 34. *Sp. I. S. X. n. 1. Sp. II. S. VII. n. 2. A.* caule aculeato. H. cliff. p. 113. n. 1. Roy. lugdb. 92. Angelica arboreo-spinosa s. Arbor indica fraxini folio, cortice spinoso. Comm. hort. 1. p. 89. t. 47. — *Raj. hist. 1798. (Sp. II.)* — Christophoriana arbor aculeata virginiana. Pluk. alm. 98. t. 20. Habitat in Virginia. *Sp. I. II.*

H. cliff. syn. A. arboreo-spinosa Vaill. sex. 43., Comm. Raj. II. ec. Pluk. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 62.; *l. nat. idem.*

2152. *A. chinensis* *Sp. I.*: *A.* caule petiolisque aculeatis, foliis inermibus villosis. *Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. S. VII. n. 3.* — *Frax aquosus mas Rumph. amb. 4. p. 105. t. 44. (S. X., ? Sp. II.)* — Habitat in China. Osbeck. *Sp. I.* — Canlis simplex, aculeis spinosissimis, nudos, in summitate tantum foliosus. Petioli compositi, tripartiti, aculeati, villosi. Folia partialia pinnata et insuper foliola 2 ad ramificationes petioli. Foliola s. pinnae ovatae, serratae, subtus praesertim villosae, duplo majores quam in praecedente. Panic. ramosa umbellulis numerosis. Differt itaque a praecedenti quod nulli aculei foliolis per discum secundum venas adpersi, quod folia non glabra sed duplo majora. Habitus etiam diversus. [*Sp. I. II.*]

2153. *A. racemosa* *Sp. I.*: *A.* caule folioso herbaceo laevi. *Sp. I. S. X. n. 3., Sp. II. S. XII. n. 4.* — *A. caule folioso inermi.* H. ups. p. 70. Cold. noveb. 67. *A. racemosa* umbelliferis lateralibus. Vir. cliff. p. 26. *A.* ex alis florifera. H. cliff. p. 113. n. 3. Roy. lugdb. 92. Panaces carpimon s. racemosa canadensis. Corn. canad. 74. t. 75. Barr. ic. 705. Christophoriana canadensis racemosa et ramosa. Moris. hist. 1. p. 9. s. 1. t. 2. f. 9. Habitat in Canada. 2. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. canadensis Tourn. inst. 300. Boerh. lugdb. 2. p. 63. *A.* caule folioso laevi Vaill. sex. 43., Corn. Barr. Moris. II. ec., Angelica haecifera Raj. hist. 661.; — *l. nat. idem.*

Obs. In Am. ac. 4. p. 513. hujus descr. brevis e Bartramia.

2154. *A. nudicaulis* *Sp. I.*: *A.* caule sub - (♀. *Sp. II.*) nudo, foliis binis ternatis. *Sp. II. S. XII. n. 5.* — *A. caule subn. diphyllo.* *S. X. n. 4.* — *A.* caule nudo, H. cliff. p. 113. n. 2. Gron. virg. 34. Roy. lugdb. 94. *Sp. I. n. 4., radice repente.* Cold. noveb. 66. Christophoriana, virginiana, zarcae radicebus surculosis et fungosis. Pluk. alm. 98. t. 238. f. 5. Habitat in Virginia, similima (forte eadem) in Java. 2. [*Sp. I. II.*]

„Caulis brevissimus et fere nullus. Folia duo, decomposita. petiolis longis: folium ternatum, foliolis pinnatis: pinnae quinque, serratae. Scapus inter duo folia ortus, aphyllus. trifidus s. umbellulas tres ferens.” *Sp. II.*

H. cliff. syn. A. caule aphylo, rad. repente. Vaill. sex. 43., *A. canadensis* aphylo caute. Boerh. lugdb. 2. p. 63., Zarzaparilla virginiana, lobatis umbelliferis foliis, americana, Pluk. alm. 306., Christophoriana etc. Pluk. l. c.; — *l. nat. Canada et Virginia.*

CDXX? **BARRERIA** *G. II.*: Cal. 5fidus. Petala 5: unguibus filiformibus longissimis. *S. VI. p. 95. n. 304., X. p. 967. n. 347. [♀. in S. III. XIII.]*

II. *cliff. syn.* A. fol. acutis Bauh. pin. 490. Moris. hist. 2. p. 3. s. 1. t. 1. f. 1. Boerh. lugdb. 2. p. 65., A. petraeus s. Corvuda Raj. bist. 683., Corvuda Bauh. hist. 3. p. 727., C. prior Clus. hist. 2. p. 177.; — *I. nat.* ad sepes inque dumetis Italiae, circa Monspel. in Languedocia, Castellae et in regno Granatensi. [Obs. Haec omnia in A. acutifolium potius quadrare putet. R.] [Obs. Huc A. triacanthum Burm. prodr. ducit L. in ep. ed. v. Hall n. 51. p. 97., nisi ad aethiopicum? ait enim „A. triac. meus capensis Mantissae!” R.]

2471. **A. sarmentosus** Sp. I.: *A. foliis solitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis.* Fl. zeyl. n. 124. Sp. I - S. XII. n. 10. — *A. aculeatus zeylanicus maximus sarmentosus.* Herm. lugdb. 62. t. 630. 63. — *Raj. hist. 1877. Schadavelli Kelangu Rheed. mal. 10. p. 19. (Sp. II.)* — Habitat in Zeylona. ♀. [Sp. I. II.] „Affinis maxime Medecolae asparagoidi.” Sp. II. — „Radix tuberosa. Caulis flexuosus. Fol. lineari-lanc., solitaria; aculei ad axillas solitarii.” Fl. zeyl. (cum syn. Herm. Raj. II. cc. et Burm. zeyl. 37.)

2472. **A. verticillatus** Sp. II.: *A. foliis verticillatis.* ♀. Sp. II - S. XIII. n. 11. — *A. orientalis, foliis gallii.* Tournef. cor. 21. Buxb. cent. 5. app. 47. t. 37. — Habitat in Oriente, circa Derbentum et alibi. [Sp. II.]

CDLXI. **DRACAENA** Mant. I.: Cor. 6partita, erecta. Filam. medio subcrassiora. Bacca 3locularis, Isperma. S. XII. XIII. n. 1256.

DRACAENA autore Vandellio. — CAL. 0. — COR. Petala 6, oblonga, erectiuscula, aequalia, unguibus cohaerentia. — STAM. Filam. 6, unguibus inserta, subulata, medio crassiora, basi membranacea longit. vix corollae. Anther. oblongae, incumbentes. — PIST. Germen ovatum, sexstriatum, Stylus filif., longit. staminum. Stigma trifidum, obtusum. — PER. Bacca ovata, sessulata, trilocularis. — SEM. solitaria, ovato-oblonga, apice incurvata. — OBS. Character fere Asparagi, habitus diversus. [Mant. I. p. 9. n. 1256.]

2473. **D. Draco** S. XII.: *D. arborea, fol. subcarnosis apice spinoso.* S. XII. XIII. n. 1. Asparagus? Draco? caudice simplici, foliis ensiformibus mucronatis subcarnosis imbricatis patentibus. Sp. pl. II. p. 451. n. 14. Cordylinc foliis inermibus integerrimis flaccidis. Roy. lugdb. 22. Palma foliis longissimis pendulis, absque pedunculis e caudice glabro enatis. Boerh. lugdb. 2. p. 169. Draco arbor. Bauh. pin. 503. Clus. hist. I. p. 1. Habitat in India orientali. ♀. — Fructificationem, quam etiamum Ulyssipone et in Hispania producit, non obtinui: flores Asparagi similes retulit Loefling. [Sp. II. l. c.]

„A. Draco: Dracaena nunc, proprii generis species cum A. graminifolia et terminali, Peduncululi hujus infra flores articu-

lati. Monographia: Vandellii, Arbor Draconis s. Dracaena, Ulissipon. 1768, quart.; Behrens, Draco arbor. Goett. 1770, quart.; Crantz, Schedula: Oederia eadem cum Störckia; Crantz, Schedula: Störckia perperam distincta species.” Mant. II. p. 366.

„Oederia Cranzii et Störckia Cranzii, ex eadem specie constitutis duo distincta genera. — Pedunc. geniculo instructi.” S. XIII. (cum diss. iisd. cit.)

Obs. Mirum est et ad ingenium antoris nostri cognoscendum maxime curiosum, qua assiduitate plantam hanc, sibi ipsi ignotam, Christiana loco in horto regio ad Alcantaram quaerendam, iterum iterumque petierit et a Loeflingio 1751. (teste Loefl. it. p. 15 - 16. t. 23., 25., 88., 97.) et a Vandellio 1763. (cid. Epist. ad Vand. n. VIII - XI. in Roemer script. hisp. p. 174 - 6.): donec quasi autor fuerit Vandellio, elaborandae dissertationis citatae (conferenda in Roem. l. c. p. 39. seq.), quam L. ipso anno 1765. manuscriptam in soc. upsulensi recitare potuit. (Roem. II. cc.) — Praeter citata syn. videtur huc pertinere: Yucaea draconis Linn. Diss. demonstr. pl. in Am. n. c. 3. p. 307. [non Sp. I.] ab notulam y) subjectam: „Genus etiamnum dubium quamdiu flores nobis non visi, quos ad Asparag. aut Medecolam proxime accedere rescripsit Loefl., qui in Lusitania horum iconem vidit.” R.

2474. **D. ferrea** S. XII.: *D. arborea, fol. lanceolatis acutis.* — Convallaria fruticosa: fol. petiolatis sparsis lanceolatis, racemis ramosis, caule fruticoso. [Diss. hb. Amb. in Am. a. c. d. 4. p. 126. ? et?] Syst. nat. X. p. 984. n. 8. A. — Arbor ferrea Osb. it. 251. — Habitat in China. [S. XII. XIII. n. 2.]

Obs. Am. ac. l. c. hanc citat ad Termin. albam Rumph. amb. 4. t. 34. — S. X. ead. syn. Rumph. Osb. II. cc. — Planta in Sp. II. non occurrit, at Rumphii t. 34., e qua species orta in Am. ac., ad sequentem citatur. Quodsi in Am. ac. et S. X. scribatur t. 35.: omnia recte se habebunt. R.]

2475. **D. terminalis** S. XII.: *D. herbacea caulescens, fol. lanceolatis.* S. XII. XIII. n. 3. — Asparagus terminalis: inermis, foliis alternis lanceolatis petiolatis, racemo terminali composito. Sp. pl. II. p. 450. n. 13. — Terminalis Rumph. amb. 4. p. 79. t. 34. — Habitat in India. ♀. — Folia fere Cannae. Racemus terminalis ex aliquot racemis ramosis, Pedicellis alterni, solitarii, flore breviores, cincti ad basin quasi gluma obtusa. Arbor dura. [Sp. II. l. c.]

2476. **D. ensifolia** Mant. I.: *D. herbacea sub-(S. XII.) caulescens, fol. ensiformibus.* Mant. I. p. 63. S. XII. XIII. n. 4. — Gladiolus odoratus indicus Rumph. amb. 5. p. 145. t. 73. — Habitat in India. ♀. — Folia ensiformi-lanceolata, enervia, subtus carinata, petiolata. Scapus s. caulis ramosus, paniculatus, ad exortum ramorum foliolis duobus, parvis, coloratis. [Mant. I.]

2477. **D. graminifolia** S. XII.: *D. herbacea acaulis, fol. linearibus.* S. XII. XIII. n. 5. — Asparagus graminifolius: foliis linearibus striatis, scapo racemoso. Sp. pl. II. p. 450. n. 12. — Habitat in Asia. — Statura Antherici phalangii. Folia graminea, valde striata, spithamae. Scapus vix foliis longior. Flores ad singulos dentes racemi 4 s. 5, pedicellis flore ipso brevioribus, quasi e gluma obtusa prodeuntibus. [Sp. II. l. c.]

CDLXII. **CONVALLARIA** S. I.: Cor. sexfida. Bacca maculosa, 3locularis. S. X. n. 383., XII. XIII. 425. — Cor. campanulata. Bacca maculata. S. VI. p. 97. n. 341.

CONVALLARIA. — α. Lilium convallium Tournef. 14. — β. Polygonatum Tournef. 14. — γ. Unifolium Dill. gen. 7. — δ. Smilacis species Tournef. (G. I. e. e., II.) — CAL. 0. — COR. campanulata (praesertim recens, G. I. II.), 1petala, glabra. Limbus obtusus, patenti-reflexus. — STAM. Filam. 6, subulata, petalo inserta, corolla breviora. Anth. oblongae, erectae. — PIST. Germen globosum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma obtusum, trigonum. — PER. Bacca globosa, trilocularis, ante maturitatem maculata (♂. G. I.). — SEM. solitaria, subrotunda.

[* G. I. n. 272. et (e. e.) Add. p. 381., II. 341., V. 383., VI. 425.] „Bacca immatura maculata notam praebet omnibus communem.” G. II - VI. — „Genus hocce unicum secundum principia non naturalia in 3 communiter distinxerunt: α: quum corolla globoso-

campanulata patens sit (n.1.), β : quum cor, tubulato-campanulata sit (n.2-4.), γ : quum unica tertia pars numeri in partibus fructificationis exemta sit (n.8.), δ : quum cor, sexpartita patens acutissima sit (n.5-7.)." *G. I. H. cc., G. II. V. VI. (cursivis casu omissis et m. m.)*

Obs. S. I. syn. Lil. conv. T. et Polygonatum T. (et Uniformis Dil. sub *anammis* cl. 4tae.) — *S. II. syn. Tourn. atrunq.* — *Cf. de gen. char., nom. et fam. natur. Fl. Lapp. n. 112. obs. β . γ .*

I'. LIL. CONVALL. T.: COR. CAMPANULATIS.

2478. *C. majalis* *Sp. I.*: C. scapo nudo. Fl. lapp. n. 112. Fl. succ. I. n. 273., H. 292. Mat. med. n. 107. H. cliff. p. 124. n. 1. Roy. lugdb. 26. Gmel. sibir. I. p. 34. *Sp. I-S. VII. n. 1.* Liliun convallium album Bauh. pin. 304. Lil. conv. alpinum Bauh. pin. 304. Lil. conv. latifolium Bauh. pin. 304. Habitat in Europae septentrionali. 24.

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Majanthemum fl. albo simplici. Siegesb. monogr. 8., Liliago Vaill. paris. 116., Liliun convallium Caesalp. syst. 224. Dod. pempt. 205. Dalech. hist. 538. Bauh. hist. 3. p. 531. Moris. hist. 3. p. 539. s. 13. t. 4. f. 1., L. conv. album Bauh. l. c. Tourn. inst. 77. Boerh. lugdb. 2. p. 64.; — *varr.* 6. α . L. conv. fl. rubente, — β . alpinum, — γ . latifolium, Bauh. l. c., — δ . latif. fl. pleno variegato Tourn., — ϵ . angustifolium Tourn., — ζ . L. conv. cum plurib. florum ordinibus. Bauh. hist. 3. p. 533.; — *II. nat. speciales.*

Fl. lapp. syn. Vaill. l. c., L. conv. album Bauh. l. c. L. conv. fl. albo. Rudb. cat. 25. hort. 65., Rudb. vall. 21. Frank. spec. 18. Till. ab. 39. ic. 144., L. conv. majus Lind. sviks. 21.

Fl. S. syn. L. conv. album Bauh. l. c. (et Roy. Rudb. Frank. Till. H. cc., in ed. I.)

Mat. med. syn. L. conv. alb. Bauh. l. c., *l. nat.* Europae, praes. Sueciae dura.

2'. POLYGONATA T.: COR. INFUNDIBULIFORMIBUS.

2479. *C. verticillata* *Sp. I.*: C. foliis verticillatis. Fl. lapp. n. 114. Fl. succ. I. n. 275., H. 293. H. cliff. p. 125. n. 3. Roy. lugdb. 26. *Sp. I-S. VII. n. 2.* — *Oed. dan. 85. (S. VIII.)* — Polygonatum angustifolium non ramosum Bauh. pin. 303. Polygonatum alterum Dod. pempt. 345. — *I ar. β . Sp. I.*: Polygonatum angustifolium ramosum Bauh. pin. 304. — Habitat in Europae septentrionalis salibus, praecipitiis. 24.

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. angust. non ramosum Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 538. s. 13. t. 4. f. 14. Tourn. inst. 78. Boerh. lugdb. 2. p. 61., P. angustifolium Bauh. hist. 3. p. 531., Dalech. hist. 1623., P. quintum s. angustif. I. Clus. hist. 1. p. 277., Dod. l. c.; — *varr. α .* P. ang. ramosum Bauh. l. c. Bauh. hist. 3. p. 531. Moris. l. c. f. 15., P. sextum s. angustif. 2. Clus. l. c.; — *l. nat.* „in montibus et praecipitiis Scaniae in Suecia, juxta aciculas Spalenses, in sylvis Salevae prope Genevam. in salib. Herynyiae, ad latera alpium Lappae, a parte Fimmarikiae norvegiae. At var. α . in Silesia inventa fuit.”

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Mor. H. cc., P. angustif. primum Tabern. hist. 2. p. 434. Frank. spec. 21. Rudb. cat. 34.

Fl. S. syn. P. etc. non ramosum Bauh. l. c., Dalech. Dod. H. cc. (et Roy. l. c. Leche scan. 24., in ed. I.)

2480. *C. Polygonatum* *Sp. I.*: C. foliis alternis amplexicaulis, caule ancipiti, pedunc. axillaribus sub- (θ . *Sp. I.*) unifloris. *Sp. I-S. VII. n. 3.* Fl. S. II. n. 294. — *C. fol. altern., ped. ar. unifloris.* Mat. med. n. 165. Gmel. sibir. I. p. 34., *caule ancipiti.* Phil. bot. p. 218. C. fol. alt., fl. axillaribus, Fl. succ. I. n. 274. H. cliff. p. 124. n. 2. Gron. virg. 37. Roy. lugdb. 26. — *Oed. dan. 377. (S. VIII.)* — C. fol. alt., pedunc. pendulis unifloris. Sauv. monsp. 42. — *Polygonatum latifolium vulgare* Bauh. pin. 305. (θ . *Sp. II*) — *I ar. β . (θ . *Sp. II.*):* Polygonatum floribus ex singul. pedunculis. Bauh. hist. 3. p. 530. Polygonatum latifolium. fl. majore odoro. Bauh. pin. 303. Habitat in Europae septentrionalis praecipitiis, rupibus. 24.

[*Sp. I. et (a. a.) II.*]

[*Obs. Licet syn. primum Bauh. et signum β . in Sp. II. causally omnia videantur: veritatis causa tamen restitimus lecturae v. Sp. I., ubi forsitan subintellecta C. latifolia, quoniam in Suecia non obvia. R.]*

„Planta spithamaea durior est, quam sequens, vix pedalis. Hujus flores magni, suaveolentes; sequentis vero angusti, vix odorati.” *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Yrasinella Caesalp. syst. 224.; — *varr.* 5: — α . P. latif. vulgare Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 537. Tourn. inst. 78. Boerh. lugdb. 2. p. 63., P. vulgatus Besl. exst. vern. 89. f. 2., P. vulgo Sigillum salomonis Bauh. hist. 3. p. 529., — β . P. latif. maximum Bauh. l. c., P. majus vulgari simile Bauh. hist. 3. p. 529., P. latif. primum Clus. hist. 1. p. 275., — γ . P. latif. hellebori albi foliis Bauh. pin. 303., P. amplitudinibus foliorum helleb. albi. Bauh. hist. 3. p. 530., — δ . P. fl. ex singular. pedic. J. Bauh. l. c., P. latif. fl. maj. odoro C. Bauh. l. c., P. latif. secundum Clus. hist. 1. p. 276., — ϵ . P. humile anglicum Raj. syn. 263.; — *loc. nat. simil. (specialior).* — *Obs.:* „Varr. hae α - ϵ . satis manifestae et evidentes sunt, specie tamen non distinctas esse docuit attentata inspectio partium et attributorum in loco natali. Distinguat itaque eas qui velit; ego convictus sum, quod specie distingui non debeat, licet pedunculi in aliis flori, in aliis multiflori sint.” [*Obs. Subsum his C. multiflora cum varr., et C. latifolia. R.*]

Fl. S. I. syn. H. cl. Roy. H. cc.; — *varr. α .* P. latif. vulg. Bauh. l. c. Clus. hist. 275., P. s. sigill. salom. Bauh. hist. l. c., Polygonatum Till. ab. 31.; — β . P. latif. max. Bauh. l. c., P. latif. l. Clus. l. c., — γ . P. latif. fl. maj. odoro. Bauh. l. c. Bauh. hist. l. c. — *obs.:* Varr. γ . minor. pedunc. floris, cor. majoribus; α . media. pedunc. multifl.; β . maxima, pedunc. multifl., umbellis angustioribus.

Mat. med. syn. H. S. I. n. 274. α , P. latif. vulg. Bauh. l. c., *l. nat. ut Sp. pl.*

Phil. bot. l. c. primo utrumque α . β . Fl. S. I. ex caule distinguendum esse monet. Syn. 0.

Fl. S. II. syn. Roy. l. c., P. latif. minus. fl. majore Bauh. prodr. 139. pin. 303., P. latif. fl. maj. odoro. Bauh. l. c., P. angulosum Cord. hist. 113. 6.

2481. *C. multiflora* *Sp. I.*: C. foliis alternis (θ . *Sp. I.*) amplexicaulis, caule tereti, pedunc. axillaribus multifloris. *Sp. I-S. VII. n. 4.* Fl. succ. I. p. 295. — *Dod. mem. 115. (Mant. H. sq.)* — *Oed. dan. 152. (S. VIII.)* — *C. fol. altern., caule tereti, pedunc. multifl.* Phil. bot. p. 218. C. fol. alternis, pedunc. pendulis multifloris. Sauv. monsp. 42. Polygonatum latifolium maximum Bauh. pin. 303. P. latif. primum Clus. hist. 1. p. 275. Habitat in Europae septentrionalis praecipitiis, rupibus. 24.

[*Sp. I. II.*]

Phil. bot. l. c. diagn. et syn. Fl. S. I. β . — *Cf. sp. praecedens, cum qua pridem conjunxerat L.*

Fl. S. II. syn. Bauh. Clus. H. cc.

3'. SMILACES T.: COROLLIS ROTATIS.

2482. *C. racemosa* *Sp. I.*: C. foliis sessilibus, racemo terminali composito. *Sp. I-S. VII. n. 5.* C. rac. composito. Roy. lugdb. 26. C. fol. alternis, rac. terminali. H. cliff. p. 125. n. 4. Gron. virg. 38. Polygonatum racemosum Corn. canad. 36. t. 37. P. ramosum et racemosum spicatum Moris. hist. 3. p. 537. s. 13. t. 4. f. 9. P. racemosum americanum, ellebori albi foliis amplissimis. Pluk. alm. 301. t. 311. f. 2. Habitat in Virginia, Canada. 24.

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Corn. Moris. H. cc., Liliun convallium virginianum, polygonati foliis, racemosum. Herm. lugdb. 376., Smilax aspera racemosa, polygonati folio. Tourn. inst. 645. Boerh. lugdb. 2. p. 61.; — *varr. α .* P. rac. americ. etc. Pluk. l. c.; — *l. nat.* Virg. ad Americae partes.

2483. *C. stellata* *Sp. I.*: C. foliis amplexicaulis plurimis, *Sp. II. S. VII. n. 6.*, *racemo terminali simplicis.* *Sp. I. S. V. n. 6.* Polygonatum virginianum erectum spicatum, flore stellato. Moris. hist. 3. p. 536. s. 13. t. 4. f. 7. P. canadense spicatum fertile Corn. canad. 33. t. 33. Habitat in Canada. 24.

[*Sp. I. II.*]

2484. *C. trifolia* *Sp. I.*: C. foliis amplexicaulis ternis, racemo terminali simplicis. *Sp. I-S. VII. n. 7.* C. flor. racemosis, fol. ovatis oblongis caulinis. Gmel. sibir. I. p. 36. t. 4. Phalangium veratri foliis. Anm. rath. 137. Habitat in Sibiriae sylvis. 24.

[*Sp. I. II.*]

2485. *C. bifolia* *Sp. I.*: C. foliis cordatis, Fl. lapp. n. 113. Fl. succ. I. n. 276., H. 296. H. cliff. p. 125. n. 5.

Roy. lugdb. 26. Gmel. sibir. I. p. 35. *Sp. I. II. S. X. n. 8.*, ... *floribus tetrandris. S. XII. XIII. n. 8.* — *Oed. dan.* 291. (S. XIII.) — *Lilium convallium minus* Bauh. pin. 304. Gramen parnassi Cam. epit. 744. Habitat in Europae borealis pratis depressis, asperis. \mathcal{Q} . [*Sp. I. II.*]
„Corolla 4partita recurvata. Stamina 4. Bacca 2locularis, ante maturitatem maculata ut in congeneribus. In Anglia non occurrunt planta apud nos vulgarissima.” *Fl. S. II.* — „Fl. 4partiti laudri.” *M. II.* p. 366.

H. cliff. syn. Monophyllum Raj. hist. 688., Unifolium Rupp. jen. 82. Dill. gen. 138. Dod. pempt. 205. Dalech. hist. 1260., Unif. s. Ophrys unifolia Bauh. hist. 3. p. 534., Bauh. pin. I. c. et Moris. hist. 3. p. 530. s. 13. t. 4. f. 7., Smilax unifolia Tourn. inst. 654. Boerh. lugdb. 2. p. 64., Gr. parnassi Dalech. hist. 423.; — *U. nat. specialiores.* — *Obs. floris partem excludi, citata FL. Lapp. obs. β .*

Fl. Lapp. syn. C. Bauh. l. c., L. conv. minus hi- et unifolium Lind. wiks. 21., Rupp. Dill. II. cc., Ophrys unifolia Frank. spec. 22., Ophrys Till. ic. 11., Smilax unif. humillima Tourn. l. c. — *Ad. obs. β - s longissimae, Convallariam esse etc., demonstrans. q. cf.*

Fl. S. syn. Raj., C. Bauh., Tourn., Till., Cam., II. cc., Unifolium Dalech. hist. 1260. (et Roy. Dill. II. cc., in ed. I.)

CDLXIII. POLIANTHES S. I. (em.): Cor. infundibuliformis, incurva, aequalis. Filam. corollae faucis inserta. *S. II. n. 343.* ... Germin in fundo corollae. *S. X. n. 384., XII. XIII. 426.*

POLIANTHES (L., S. II.): *Tuberosa* Heist. (*G. I. II.*) — **CAL. 0.** — **COR.** infundibuliformis, 1petala. Tubus incurvus, oblongus. Limbus patulus: laciniis sex, ovatis. — **STAM.** Filam. 6, crassa, obtusa, ad faucem corollae. Anth. lineares, filamentis longiores. — **PIST.** Germen subtrotundum, in fundo corollae. Stylus filif., corolla fere brevior. Stigma trifidum, crassiusculum, melliferum. — **PER.** Caps. subtrotunda, obtuse trigona, basi corollae obvolvata, trilocularis, trivalvis. — **SEM.** plurima, plana, gemino ordine incumbentia, semiorbiculata.

[* *G. I. n. 274., II. 323., I. 384., VI. 426.*]

Obs. Polyanthes S. I. et H. cliff. — *S. I. syn. Heist.* — *Crinum african. subest generi in H. cliff.*

2486. **P. tuberosa Sp. I - S. XII. n. 1.:** P. flor. alternis. *H. cliff.* p. 126. n. 1. *H. ups.* p. 76. *Fl. zeyl.* n. 225. Hyacinthus indicus tuberosus, flore narcissi. Bauh. pin. 47. *Rudb. elys.* 2. p. 39. f. 4. — *Jar. β . Sp. I.:* Hyac. ind. tuberosus, flore hyacinthi orientalis. Bauh. pin. 47. *Rudb. elys.* 2. p. 38. f. 2. Hyac. ind. tuberosa radice. *Clus. hist.* 1. p. 176. *Amica nocturna Rumph. amb.* 5. p. 285. t. 98. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India (Java, *Zeylona Sp. II.*). \mathcal{Q} . [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Hyac. etc. fl. hyac. orientalis Bauh. l. (*ad β .*) c. et Tourn. inst. 347. Boerh. lugdb. 2. p. 114., H. ind. tuberosa rad. *Clus. l. c. Bauh. hist.* 1. p. 176. *Moris. hist.* 2. p. 376. s. 4. t. 12. f. 22.; — *var. α .* H. ind. tuberosus, fl. pleno Boerh. l. c.; — *U. nat.* „Ind. or. vide Plum. gen. 35.”

Fl. zeyl. syn. H. etc. fl. hyac. or. Bauh. Tourn. II. (*ad β .*) cc., H. ind. tub. noctu olens Burm. zeyl. 122., *Clus. Moris. II. cc.*, H. major ind., tuberosa radice. Swert. florif. t. 14., Sanddamalam. Herm. zeyl. 35.; — *obs.*: „Pl. hodie in hortis vulgarissima.”

H. ups. syn. excl. signo β ., ut *Sp. I.*: — *U. nat.* Ind. or. et occidentalis. \mathcal{Q} .

CDLXIV. HYACINTHUS S. I.: Cor. campanulata. Pori 3 melliferi germinis. *S. II. n. 342., X. 385., XII. XIII. 427.*

HYACINTHUS Tournef. 180., Muscari Tournef. 180. — **CAL. 0.** — **COR.** campanulata, 1petala. Limbus 6fidus, reflexus. Nectarium: pori 3 melliferi, ad apicem germinis. — **STAM.** Filam. 6, subulata, breviora. Anth. conniventes. — **PIST.** Germ. rotundotrigonum, 3necum. Stylus simplex, corolla brevior, Stigma obtusum. — **PER.** Caps. subtrotunda, 3quetra, 3locularis, 3valvis. — **SEM.** bina (saepius), subtrotunda. *Receptaculum cotinuarum* (\mathcal{Q}). (*G. VI.*) [** G. I. n. 273., II. 342., I. 385., VI. 427.*]

„Genus hocce naturale in plura non naturalia distribuerunt: α . Hyacinthus T. quum tubus corollae sit tubulatus oblongus, β . Muscari T. quum tubus corollae sit fere globosus.” *G. I - VI.,*

„Alia corolla sexpartita gaudet.” *G. II - VI.*
„Observandum in hoc genere tot dari corollarum differentes figuras, quot distinctae species sunt.” *H. cliff.* p. 126.

Obs. S. I. syn. Muscari T. — *Cf. de hoc et affin. Prael. ed. Gis. p. 284.*

2487. **II. non scriptus Sp. I.:** H. cor. campanulatis sexpartitis, H. cliff. p. 125. n. 1. Roy. lugdb. 27. Sauv. monsp. 17., ... *apice revolutis. Sp. I - S. XII. n. 1.* H. oblongo flore caeruleus major. Bauh. pin. 43. — Habitat in Angliae, Galliae, Hispaniae, Italiae *nemoribus* (*Sp. II.*). \mathcal{Q} . — Bracteae sunt saepius floribus longiores, et binae. Petala apice revoluta, Stigma guttula madidum. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. H. oblongo fl., spec. 1 - 10. Bauh. l. c., H. spec. 1 - 18. Tourn. inst. 344., spec. 1 - 6. Boerh. lugdb. 2. p. 111., H. anglicus s. belgicus Bauh. hist. 2. p. 586., H. major caeruleo oblongo pendulo flore. *Moris. hist.* 2. p. 373. s. 4. t. 11. f. 8., H. hispanicus *Clus. hist.* 1. p. 176., H. non scriptus *Dod. pempt.* 216.; — *U. nat.* in sylvis et dumetis Angliae, in margin. agror. *Hisp. et Gall. narbon.* iuxta vias in agro Pedemontano Italiae. — *Obs.*: „Injus corollae usque ad basin 4partitae sunt, nullo tubo instructae; unde affinitas summa Scillae cum Hyacinthis patet, proin nullo modo absurdi sunt, qui Scillae species ad Hyacinthos contulere.”

2488. **II. ceruus Sp. I.:** H. cor. campanulatis sexpartitis, racemo cernuo. *Sp. I - S. XII. n. 2.* H. hispanicus *Clus. hist.* 1. p. 177. H. oblongo flore suaviter rubente, minor. Bauh. pin. 44. ? Habitat in Hispania. \mathcal{Q} . — Convenit cum H. non scripto habitu et facie, quamvis minor; differt vero foliis magis linearibus, minus lanceolatis, erectioribus; racemo magis nutante; cor. incarnatis nec caeruleis, teretioribus, cum petalorum lateribus ad basin minus plano - patentibus, nec dorso linea elevata notatis, minusque revolutis (quamvis reflexa) quam in illo. *Pist. demum staminibus brevis est. Bracteae binae, saturatius incarnatae.* [*Sp. I. II.*]

„Corolla huic basi venticosior, praecedenti vero minime.” *S. XII. XIII.*

2489. **II. serotinus Sp. I.:** H. corollarum exterioribus petalis *sub -* (\mathcal{Q} . *S. X.*) distinctis, interioribus coadunatis. *Sp. I - S. XII. n. 3.* — H. obsoleto flore. Bauh. pin. 44. H. obsoleto coloris, hispanicus serotinus. *Clus. hist.* 1. p. 177. (et 178. *Sp. II.*) — Habitat in Hispania, Mauritania. \mathcal{Q} . [*Sp. I. II.*]

„Racemus secundus. Flores tristi colore, nec tamen noctu ambrosiaci. Cor. sexfida: laciniis 3 alternis exterioribus fere ad basin usque separatis recurvisque.” *Sp. II.*

2490. **II. viridis S. X.:** H. corollarum exterioribus laciniis subulatis longissimis. *Burm. S. V. n. 3. A., Sp. II. S. XII. n. 4.* Habitat ad Cap. B. Spei; vivam aluit D. Burmannus. — Statura H. amethystini, sed corollae virides: laciniis tribus exterioribus alternis duplo longioribus toto flore, subulatis in acumen angustissimum. [*Sp. II.*]

2491. **II. amethystinus Sp. I.:** H. cor. campanulatis semisexfidis, H. ups. p. 85. n. 2., *basi cylindricis. Sp. I. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n. 5.* H. oblongo caeruleo flore, minor. Bauh. pin. 44. *Rudb. elys.* 2. p. 27. f. 8. H. minor hispanicus angustifolius Bauh. hist. 2. p. 387. *Clus. cor. app. alt. (Sp. II.)* — Habitat in Hispania? \mathcal{Q} . [*Sp. I. II.*]

„Hab. in Oriente, missa a cl. Gmelino. Planta bulbosa, fol. linearibus, longit. caulis. Scapus Hyacinthi orientalis, sed minor. Cor. caerulea H. orientalis magnitudine, sed basi nec venticosae nec oris ita revolutis, quamvis patulis, ad dimidium tamen sectae.” *H. ups. (cum syn. C. Bauh. Rudb. II. cc.)*

2492. **II. orientalis Sp. I.:** H. cor. infundibuliformibus semisexfidis basi venticosis. H. ups. p. 85. n. 1. *H. cliff.* p. 125. n. 2. Roy. lugdb. 27. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 6.* — *Gron. orient.* 115. (*Sp. II.*) — H. orientalis, (spec. 1 - 15.) et plenus (1 - 3.) Bauh. pin. 44. H. orientalis major et minor. *Dod. pempt.* 216. Habitat in Asia, Africa. \mathcal{Q} . [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. *Dod. II. cc.*, Hyac. spec. 20 - 63. Tourn. inst. 345., spec. 15 - 58. Boerh. lugdb. 2. p. 113., spec. 10 - 14. *Moris. hist.* 2. p. 474. s. 4. t. 11. f. 10 - 13.; — *U. nat.* As. Afr. etc. — *Obs.*: „Vix datur flos qui culturae leges aptius subit cultiorque redditur horce; hinc hodie apud Harlemenses Anthophilos florum Regina celebratur; demta cultura sensim sylvestres mores recipit. Nostrom non est, falces agris Hyacinthophilorum inferre, proin varr. eorum ipsis solis relinquimus.”

H. ups. syn. H. or. spec. 1 - 15. Bauh. l. c., Roy. *Dod.* II. cc.

2493. *H. corymbosus* Mant. II.: *H.* cor. infundibuliformibus erectis corymbosis, scapo foliis brevior. *M. II.* p. 223., *H. comosus* (*diag. ead.*) *S. XIII.* p. 276. n. 0. (non n. 9.) — Habitat in Cap. b. Spei pascuis. Koenig. 24. — Radix bulbosa. Fol. radicalia, linearia, angustissima, saepius tria, digito breviora. Scapus brevissimus, foliis brevior, corymbo terminali. Flores infundibulif., semi-6fidis, purpurei. Stam. 3 longit. corollae; 3 corolla dimidio breviora. Stylus simplex, longit. corollae. [*Mant. II.*]

[*Obs. H. comosus dictus in S. XIII., ita ut nomen bis.*]

2494. *H. romanus* Mant. II.: *H.* corollis campanulatis semisextifidis racemosis, stam. membranaceis. *M. II.* p. 224., *S. XIII.* p. 276. (*cum iisd. syn.*) — *H.* comosus albus belgicus Bauh. pin. 42. *H.* comosus albus cum caeruleis staminibus. Bauh. hist. 2. p. 584. descr. — Habitat Romae in cultis et hortis sponte. D. Capeller. — Folia latit. digiti, longissima. Racemus longus, teres, florib. numerosissimis. Pedicelli longit. forum. Bractae minutae, membranaceae, muticae. Cor. campanulatae (cylindrica-ovatae Capell.). ultra medium 6fidae, albae. Filam. membranacea, lato-lanceolata, laciniis corollae opposita. Anth. caeruleae. [*Mant. II.*]

2495. *H. Muscari* *Sp. I.*: *H.* corollis ovatis, *H. cliff.* p. 126. n. 3. *H. ups.* p. 85. n. 3. Roy. lugdb. 28. *Sp. I.* n. 6., *omnibus aequalibus.* *S. X.* n. 6., *Sp. II-S. XIII.* n. 7. *H.* racemosus moschatus Bauh. pin. 43. *Muscari* obsoleto flore Clus. hist. 1. p. 178. Habitat in Asia ultra Bosphorum, inde in Europam ante 1554. 24.

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c., *H.* racem. et botryoides major s. *Muscari* majus, obsol. albo fl. Moris. hist. 2. p. 372. s. 4. t. 11. f. 6. 7., *H.* odoratissimus, dictus Tibecadi et *Muscari*. Bauh. hist. 2. p. 578., *H.* spurius recentiorum alter Dod. pempt. 217., Clus. l. c. et Tourn. inst. 348. fl. ex purpura virente. Boerh. lugdb. 2. p. 114., Dipeadi chalcidonicum Dalech. hist. 1513.; — *var. α.* *Muscari* flavo fl. Clus. 189., *H.* racem. moschat. luteus Bauh. pin. 43.; — *l. nat. idem.*

H. ups. syn. C. Bauh. l. c. et Rudb. elys. 2. p. 25. f. 8., Clus. l. c.; — *l. nat. idem.*

2496. *H. monstrosus* *Sp. I.*: *H.* cor. subovatis. Vir. cliff. p. 28. Roy. lugdb. 28. *Sp. I. S. X.* n. 7., *Sp. II. S. XII.* n. 8. — *Var. β.* *Sp. I.*: *H.* flor. paniculatis monstrosis. *H. cliff.* p. 126. n. 5. *H.* panicula caerulea. Bauh. pin. 42. *H.* sannesioides, panic. comosa. Col. ephr. 2. p. 10. t. 12. Habitat --- primum inventa in agro Papiensi, et juxta Boran Galliae. 24. — Videtur sequentis sola varietas?

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Col. l. c., *H.* panic. comosa purp.-caerulea Boerh. lugdb. 2. p. 115., *H.* comosus panic. caerulea, Moris. hist. 2. p. 371. s. 4. t. 11. f. 2., *H.* pennatus s. comosus ramosus elegantior Raj. hist. 1163.; — *l. nat.*, „ut fertur“ *idem.* — *Ackl. obs.*: „Nullum florem magis monstrosum me vidisse fateor; hinc nec de genere nec specie certus. Monstrosa est planta: quaequam ideo mater sit, me nescire fateor, cum nulla pars fructificationis sana persistat.“

[*Obs. Signum β. in Sp. I. II. excludendum? R.*]

2497. *H. comosus* *Sp. I.*: *H.* cor. angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II-S. XIII.* n. 9. — *H.* cor. globosis: summis pedunculatis, foliis ensiformibus. Sauv. monsp. 17. *H.* comosus major purpureus Bauh. pin. 42. *Hyacinthus* Cam. epit. 798. Habitat in Galliae et Europae australis agris. 24.

[*Sp. I. II.*]

„Corollae decolores, tristes fere *H. Muscari*, horizontaliter exstantes sub et post anthesin; ante anthesin erectae, caeruleae, pedicellis viridibus longitudine forum. Corollae superiores minutae, steriles, vix deliscentes, violaceae; pedicellis longissimis caeruleis laetis, corymbum formantibus.“ *Mant. II.* p. 366.

[*Obs. Pauca de hoc: Loe fl. it. p. 38.*]

2498. *H. botryoides* *Sp. I.*: *H.* cor. globosis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis, *Sp. I.* n. 9., *strictis.* *Sp. II-S. XIII.* n. 10., *laxis.* *S. X.* n. 9. — *H.* cor. globosis, *H. cliff.* p. 126. n. 4. *H. ops.* p. 85. n. 4. Roy. lugdb. 28., foliis in cylindrum convolutis. Sauv. monsp. 19. *H.* racemosus caeruleus major Bauh. pin. 42. *H.* botryoides purpureus III. Clus. hist. 1. p. 181.

H. botryoides caeruleus amoenus Lob. ic. 108. Habitat in Italia. — Differt flor. inodori et foliis erectis a sequenti, cui flores nodori et fol. patentia-derumbentia carinata. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Roy. Sauv. l. c., *H.* racem. minor junif. Bauh. l. c., *H.* botryoid. vulgaris Lob. ic. 107., *l. nat. idem.*, *obs. 0.* — [*Cf. spec. seq., quae parum confusa cum hac in Sp. I. S. X.*]

H. cliff. syn. *H.* racem. minor junif. Bauh., *H.* botryoides I. Clus. (*l. c. ad sp. seq.*), *H.* racemosus Dod. pempt. 217., *H.* comosus minor, Bulbine plinii. Dalech. hist. 1511., *H.* verus botryoid. minor etc. Bauh. hist. 3. p. 571., *Muscari* arvensis junceifolium caeruleum minus Tourn. inst. 348. Boerh. lugdb. 2. p. 115., *Bulbus* sylvestris, qbsd. Hyac. sylvestris. Caesalp. syst. 401.; — *var. α.* *Muse.* arvensis junceif. exalbidum minus Tourn., — *β.* *M.* arv. junif. carneum minus T., — *γ.* *M.* caeruleum majus Tourn. inst. 347., Hyac. rac. caer. major Bauh. l. c., — *δ.* *M.* fl. albo Tourn.; — *l. nat.* in agror. marginib. et serundum vias in Hisp., Gall. narb., in agro Pedemootano; *γ. δ.* vero praesertim Montbelgardii. — [*Obs. Conjuncto manifesto tunc hic et sequens. R.*]

H. ups. syn. *H.* rac. caer. major Bauh. l. c. Rudb. elys. 2. p. 23. f. 1., *H.* botryoid. caer. amoenus Lob. l. c., *Muscari* caeruleum majus Tourn. inst. 347.

„Flores inodori.“ *S. XII. et XIII.* — „Folia lineas 3 lata, ob breves petiolos recta, Spica floribus 20-30. Corollae dentibus candidis: supremis exiguis. Odor delicatus. Haller.“ *Mant. II.* p. 366.

2499. *H. racemosus* *Sp. I.*: *H.* cor. ovatis: summis sessilibus, foliis *laxis.* *Sp. II-S. XIII.* n. 11., *fol. cusiformibus.* Sauv. monsp. 17. *Sp. I.* n. 10., *fol. strictis planis.* *S. X.* n. 10. — *H.* racemosus caeruleus minor junceifolius. Bauh. pin. 43. *H.* botryoides I. Clus. hist. 1. p. 181. Habitat in Europa australi. 24.

[*Sp. I. m. m., II.*]

„Flores odori. Folia carinata.“ *S. XII. XIII.* — „Folia lineam 1 lata, ob debiles petiolos laxa decumbentia. Spica floribus 40-50: summis sterilibus. Haller.“ *Mant. II.* p. 367.

Obs. Pauca de hoc Loe fl. p. 38. — „latif.“ pro „junceif.“ in *Sp. I.* — *Cf. spec. praec., cujus synonyma et char. antea confudit l.*

2500. *H. Orchioides* *Sp. I.*: *H.* cor. sexpartitis: petalis tribus exterioribus brevioribus. *Sp. II-S. XIII.* n. 12. *H.* cor. irregularibus 6partitis. *Sp. I. S. X.* n. 11. *H.* orchioides africanus major bifolius maculatus, fl. sulphureo obsoleto majore. Breyn. prodr. 3. p. 24. t. 11. f. 1, 2, 3. — *Orchis angustifolia maculata Buxb. cent. 3. p. 10. t. 16. Orchis hyacinthoides, foliis, caule et fl. maculatis.* Buxb. cent. 3. p. 12. t. 20. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. 24.

[*Sp. I. II.*]

„Folia duo, puculata, ovato-oblonga. Racemus floribus copiosissimis, violaceis. Corollae vix ad basin sexpartitae: petala exteriora alterna ovata, breviora; interiora obovata, longiora.“ *Sp. II.*

„Exclude syn. Buxbaumii ultimum.“ *Mant. II.* p. 367. sub *Aletri.* [*At A. capensem duccendum est. R.*]

2501. *H. lanatus* *Sp. I.*: *H.* cor. lanatis, caule ramoso. Roy. lugdb. 27. *Sp. I. S. X.* n. 12., *Sp. II.* n. 13., †. *S. XII. XIII.* n. 13. Habitat --- [*Sp. I. II.*]

CLXV. **ALETRIS** Diss. Chen.: *Cor. infundibuliformis, rugosa. Stamina inserta laciniarum basi. Caps. 3locularis.* *S. X.* p. 985. n. 387., *XII. XIII.* n. 428.

ALETRIS. — **CAL. 0.** — **COR.** Ipetala, ovato-oblonga, bangularis, rugosissima, semi-6fida: limbi laciniis lanceolatis, acuminatis, patentibus, erectis; persistentes. — **STAM.** Filam. 6. subulata, longitud. corollae, inserta basi laciniarum corollae. Anth. oblongae, erectae. — **PIST.** Germen ovatum, Stylus subulatus, longitud. staminum. Stigma 3fidum. — **PER.** Caps. ovata, squetra, acuminata, 3locularis. — **SEM.** plurima.

[*Diss. Chemn. n. 1076., G. F. n. 387., VI. 428.*]

„Stamina non alternantia cum corollae segmentis, sed iisdem opposita, ut et corolla rugosissima et fere farinacea, distinctissimum reddunt genus.“ *Diss. Chen. l. c. et in An. a. c. tom. 3. p. 11., G. F. VI.*

„Est quasi media inter Hyacinthum et Aloeu, et pro Alois specie haberetur, si stam. essent receptaculo inserta.“ *Prael. ed. Gis. p. 284.*

2502. *A. farinosa* *Sp. I.* n. 1.: *A.* acaulis, foliis lanceolatis membranaceis, flor. alternis. *Sp. II.* n. 1. — *A. flor.*

erectis. S. Y. n. 1. — Aletris Amoen. acad. 3. n. 1076. p. 11. Hyacinthus canle nudo, foliis linguiformibus acuminatis dentatis. Gron. virg. 38. et *Am. acad.* 2. p. 135. Hyac. floridanus spicatus etc. Pluk. *amalt.* 119. t. 437. f. 2. Habitat in America septentrionali. 24. [Sp. I. II.]

Obs. Cusu, ut videtur, omissa in S. VII. seq. Est sp. principis generis et A. linguiformis Ep. ed. v. Hall, p. 97.

Aa. ac. 3. l. c. syn. Gron. Pluk. II. cc., Sue is Mjoeblomster; — *l. nat.*: „in Pennsylvania, locis tam siccis, quam humidiusculis.“ — *Obs.*: „Radix subrotunda, vestita squamis foliorum rudimentis. Folia radicalia, plura, lanceolata, mucronata, glabra, nervosa, Scapus simpliciss., erectus, teres, superne striato-angulatus, nudus. Spica floribus sparsis, subsessilibus, erectis, albescentibus, exceptis bracteis doabus, subulatis, parvis. Vis radices herbicida, hinc apud indigenas usus frequens infusi in Tussi, Pleuritiide.“ — *Ad. notula*, simillima esse folia *Feratri lutei*.

Am. ac. 2. l. c. syn. Gron. p. 38. „et p. 131.“, praeterea nihil. *Am. ac. 4. p. 316. descr. hujus, e Bartramio, cf.*

2503. **A. capensis** S. X.: A. acaulis, foliis lanceolatis undulatis, spica ovata, floribus nutantibus. *Sp. II - S. XIII.* n. 24. — *A. flor. nutantib.* S. X. n. 1. A. — *Burm. prodr.* 10. *Murray Gott.* 205. *Act. stockholm.* 1771. cum fig. *Veltheimia Gleditsch Act. berol.* 1771. *Scilla rad. solida, corymbo contorto conico. Fabr. helmst.* 23. *Orchis hyacinthoides, foliis caule et flor. maculatis. Burb. cent.* 3. p. 12. t. 20. forte et t. 19. (*M. II., m. m.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. 24. [Sp. I. II.]

„Bulbus tunicatus, violaceus. Fol. radicalia, sena, lato-lanceolata, undulata, violaceo-maculata. Scapus foliis altior, violaceo-maculatus. Spica s. racemus terminalis, imbricatus floribus numerosissimis, brevissime pedunculatis, cernuis; bracteis propriis setaceis. Cor. subcylindrica, punctis carnis, limbo brevissimo obtuso, Stamina filamentis longitudinaliter limbum usque adnata, Germen in fundo clauso corollae. Stylus incurvatus, Stigma obtusum. Caps. subinflata, ovato-triquetra, acute carinata, angulis compressis, magna.“ *Mont. II.* p. 367.

Obs. A. *Barmanno missam indicat S. X. — Videtur itaque A. bifolia Ep. ed. v. Hall, p. 97. et 128. — Syn. Fabr. helmst. 23. in S. XIII. — R.*

2504. **A. Hyacinthoides** Sp. II.: A. acaulis, foliis lanceolatis carnosis, floribus geminatis. *Sp. II - S. XIII.* n. 3. Aloë hyacinthoides: floribus sessilibus horizontalibus infundibuliformibus aequalibus limbo revolutis. *Sp. I.* p. 321. S. X. p. 985., n. 4. Aloë foliis lanceolatis *integerimis (Vir. cl.)* planis rectis radicalibus. H. cliff. p. 132. n. 12. *Vir. cliff.* p. 30. H. ups. p. 85. n. 1. Fl. zeyl. n. 130. *Katu-Kapet Rheed. mat.* 11. p. 83. t. 42? (*Sp. II.*) — *Var. α. zeylanica Sp. I. et II.*: Aloë zeylanica pumila, foliis variegatis. *Comm. hort.* 2. p. 41. t. 21. *Pluk. alm.* 19. t. 256. f. 5. Aloë foliis exterioribus lanceolatis planis erectis radicalibus, interioribus longissimis subulatis arenatis. *Roy. lugdb.* 23. n. 7. (*Sp. II.*) — *Var. β. guineensis Sp. I. et II.*: Aloë guineensis, rad. geniculata, foliis e viridi et atro undulatis variegatis. *Comm. hort.* 2. p. 39. t. 21. prael. 84. t. 33. *A. fol. lanc. planis rectis radicalibus. Roy. lugdb.* 23. n. 6. (*Sp. I., e. e.*) — Habitat α. in Zeylona, β. in Guinea. 24.

[Sp. I. II. m. m.]

„Plantae β. flores non vidi; dubiam emendent vel confirment autoptae.“ *Sp. I.*

„Flores non vidi; figura corollae Hyacinthi; etiam poris germinis nectariferis tribus; Jacquin, Tamen hujus generis videtur. Varietas α foliis quibusdam longissimis subulatis compressis ab altera β foliis lanceolatis omnibus differt, nec tamen specie videtur aliena.“ *Sp. II.*

„Zeylanicae folia prima lanceolata, plana, erecta, breviora, reliqua subulata, semicylindrica, canaliculata, longiora, Guineensis fol. omnia lanceolata, plana, erecta, Utriusque folia pallide viridia, fasciis viridibus satoratoribus.“ *Mant. II.* p. 367.

H. cliff. varr. 2: α. cum syn. A. guineensis etc. *Comm. II. cc.* Boerh. *lugdb.* 2. p. 131. n. 41., Anonymos guineensis, aloes foliis etc. *Kigg. beaum.* 8., — β. *cum syn.* A. zeylanica etc. *Comm. Pluk. II. cc.* Boerh. *lugdb.* 2. p. 131. n. 42., A. pumila septentaria zeylanica *Breyn. prodr.* 2. p. 12.; — *l. nat. idem.* — *Ad. obs.*: „Scapus erectus, vix folia superans; flores undique patuli. tubo angusto. limbo revoluta. Folia zonis transversis va-

riegata. *Var. α.* folia fere solitaria et exacte lanceolata ac erecta et plana promit; at β. folia conferta ensiformia, praesertim interiora, marginibus involutis, reclinata, longissima.“

Fl. zeyl. syn. H. cliff., *Breyn.*, *Comm.*, *Pluk.*, II. (*ad α.*) *cc.*, *Burm. zeyl.* II., — *descr.* 0.

H. ups. syn. H. cl., II. zeyl., *Comm.*, *Pluk.*, II. (*ad α.*) *cc.*, *l. nat.* *Zeyl.* „Sempervirens succulenta.“

[*Obs.* *Roy. II. cc.* utranque specie distinguit: citatur n. 6. in *Sp. I.*, sed juxta *syn. II. cliffortiani*; recte n. 7. ad e in *Sp. II.* citatur, at simul n. 6. brevis manu deletur, quum transponere putasset autor ad β: id quod nos fecimus, sententiam *Linnæi certissime exhibentes. R.*]

2505. **A. fragrans** Sp. II.: A. caulescens, foliis lanceolatis laxis. *Sp. II - S. XIII.* n. 4. — *Jacq. vind.* 309. (*S. III. XII.*) — Aloë africana arborescens, floribus albanctibus fragrantissimis. *Comm. hort.* 2. p. 7. t. 4. et I. p. 93. t. 49. Habitat in Africa. 7. [Sp. II.]

[*Obs.* *De syn. Comm. priore cf. n. 2521. R.*]

2506. **A. Uvaria** *Mant. II.*: A. acaulis, fol. ensiformibus canaliculatis carinatis. *Mant. II.* p. 368. S. XIII. p. 277. n. 0. — Aloë Uvaria: flor. sessilibus reflexis imbricatis prismaticis. *Sp. I.* p. 323., II. 460., S. X. p. 985., XII. 249., n. 9. A. fol. linearibus trianguloribus (*H. cliff.*) radicalibus membranaceis longissimis. H. cliff. p. 133. n. 14. *Roy. lugdb.* 23. et *S. III. l. c.* — A. africana, folio trianguloribus longissimo et angustissimo, flor. luteis foetidis. *Comm. hort.* 2. p. 29. t. 15. *Seb. thes.* I. p. 29. t. 19. f. 3. — Habitat ad Cap. b. Spei. 24. [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. *Comm. II. cc. et Boerh. lugdb.* 2. p. 131. n. 43., Iris uvaria etc. *Stap. theoph.* 335. *Breyn. prodr.* 2. p. 39.; — *l. nat. idem.* — *obs.*: „Scapus erectus simplex longus, ex apice thyrsofer, floribus fere sessilibus, pectus, confertis, imbricatis. Datur apud nos et angulis foliorum integris et serratis.“

CDLXVI. **YUCCA** G. I.: Cor. campanulato-patens. Stylus nullus. *S. VI.* p. 97. n. 344. Caps. 3locularis. S. X. n. 388., XII. VIII. 429.

Yucca (L., S. II.) Dill. gen. 3. *elth.* 323. *Pont.* 6. n. (*G. I. II.*) *Cordylina* *Roy. lugdb.* 22. (*θ. G. I.*) — *CAL.* 0. — *Con.* campanulata, 6partita, unguibus cohaerens: laciniis ovatis, maximis. — *STAM.* Filam. 6, brevissima, superne crassiora, reflexa. *Anth.* minima. — *PIST.* Germen oblongum, obtuse 3quetrum, staminibus longius. Stylus 0. Stigma trifidum, obtusum, laciniis bifidis, *percarum* (*θ. G. I.*) — *PER.* Caps. oblonga, *trisulca* (*3fida G. V. VI.*), obtuse 3angularis, 3locularis, 3valvis, — *SEM.* plurima, gemino ordine incumbenta.

[* *G. I. n. 251., II. 344., V. 388., VI. 429.*]

„Yucca Aloes specibus quam proxime accedit.“ *G. II. V.* [*Obs.* *Sub Aloë in S. I. habitat. R.*]

2507. **Y. Gloriosa** Sp. I.: Y. foliis integerrimis. *Vir. cliff.* p. 29. H. cliff. p. 130. n. 1. t. e. H. ups. p. 88. n. 1. *Roy. lugdb.* 29. *Sp. I - S. VII.* n. 1. Y. foliis aloës. *Bauh. pin.* 91. Y. indica, foliis aloës. *Barr. rar.* 70. t. 1194. *Cordylina* foliis pungentibus integerrimis. *Roy. lugdb.* 22. Habitat in Canada, Peru. 7. [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. Y. fol. aloës *Bauh.* l. c. *Moris. hist.* 2. p. 419. s. 4. t. 23. f. 1. „vitata“ *Dill. gen.* 111. *Pont. anth.* 296. t. 6. fig. n., *Boerh. lugdb.* 2. p. 132., Y. indica, fol. aloës, fl. albo. *Barr. rar.* 70. t. 1194., Y. peruana *Raj. hist.* 1201.; — *l. nat.* in Americae plurimis locis, ut in Canada, Peru etc.

H. ups. syn. *Eaul. Raj.* II. cc., *l. nat. ut Sp. pl.*

2508. **Y. aloifolia** Sp. I.: Y. fol. crenulatis, *Vir. cliff.* p. 29., *strictis. Sp. I - S. VII.* n. 2. Y. foliorum margine crenulato. H. cliff. p. 130. n. 2. α. Y. arborescens, foliis rigidioribus rectis serratis. *Dill. elth.* 435. t. 323. f. 416. Aloë yuccae foliis caulescens etc. *Pluk. alm.* 19. t. 256. f. 4. Aloë americana, yuccae folio, arborescens. *Comm. prael.* 64. t. 14. Habitat in Jamaica, Vera Cruce. 7. [Sp. I. II.]

H. cliff. α. syn. *Dill. Pluk. II. cc.*, Aloë yuccae foliis, *Stoan. flor.* 118. *hist.* I. p. 249., *Comm. l. c. et Kigg. beaum.* 5. *Boerh. lugdb.* 2. p. 131. n. 45.; — *l. nat. id., add.* „variosque alii Americae partib., locis campestris, et sylvisis.“

2509. **Y. Draconis** Sp. I.: Y. foliis crenatis nutantibus. *Sp. I - S. VII.* n. 3. Y. foliorum margine crenulato. H. cliff. p. 130. n. 2. β. H. ups. p. 88. n. 2. Y. draconis folio serrato. *Dill. elth.* 437. t. 324. f. 417. Aloë americ.

draconis fol. serrato. Comm. prael. 42. 67. t. 16. Draconi arbori affinis americana Bauh. pin. 506. Cordylinae foliis pungentibus crenatis. Roy. lugdb. 22. Habitat in America. 7. [Sp. I. II.]

H. cliff. β. *syn.* Dill. l. c., Comm. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 129. n. 11., C. Bauh. l. c., Tacori folia Draconis arboris similia. Bauh. hist. 1. p. 405., Tacori Kayana et Wiapack nascentia folia. Clus. exot. 48.; — *l. nat. cec.*; — *obs.*: „Differt quidem β. manifeste fol. angustiorib. et longioribus a var. α. [i. e. sp. praec.]; specie itaque distinguat, qui aliquam in flore observat differentiam realem, quam folia non subministrant. De fructificatione enim nulla ad nos pervenit notitia.”

H. ups. (excl. *syn. Roy.*) ut *Sp. I. II.*

[*Obs. Cf. Dracaena Draco* n. 2473., *semel in Am. ac. cum nostra confusa e Linnæo. R.*]

2510. **Y. filamentosa** *Sp. I.*: *Y. foliis serrato-filiferis. Sp. I-S. XII. n. 4. (t. c.)* *Y. foliis lanc. acuminatis integerrimis margine filamentosis. Gron. virg. 152. Trew. chret. t. 37. (Sp. II.)* *Y. foliis filamentosis. Moris. hist. 2. p. 419. Y. virginiana, foliis per marginem apprimis filatis. Pluk. alm. 396. Habitat in Virginia. 7. [Sp. I. II.]*

Obs. Primo commemorata apud L. species in Itin. scan. p. 73., ex herbario Burmeisteri, Londini Gothorum versantis, cum diagn.: „Y. fol. margin. filicis.” et syn. Gronovii.

CDLXVII. **ALOE** *T. S. I.*: *Cor. erecta, ventricosa (S. II.), ore patulo, fundo nectarifero. Filamenta receptaculo inserta. S. II. n. 343., X. 389., III. XIII. 430.*

ALOE Tournef. 190. — **CAL. 0.** — **COR.** Ipsetala, 6fida, oblonga. Tubus gibbus. Limbus *patulus parvus* (rectus. *G. I. II.*). — **STAM.** Filam. 6, subulata, longit. corollam fere superantia, receptaculo inserta. Anth. oblongae, imbuentes. — **PIST.** Germen ovatum (incertum. *G. I. II.*). Stylus simplex, longit. staminum. Stigma obtusum, trifidum. — **PER.** Caps. oblonga, trisulca, trilocularis, trivalvis. — **SEM.** plura, angulata.

[*¶ G. I. n. 250., II. 343., I. 389., VI. 430.*]

„Inconstans est corollae figura et regularitas; receptaculi situs infra vel supra germen; pericarpium figura. Filamentorum autem in flore monopetalis insertio, in ipso receptaculo, singularis in hoc genere est.” *G. I. II.*

„Aloës familia ad species, neglecta florum consideratione, secundum folia tuto et certo nunquam referri potest.” *H. cliff. p. 133.*

Obs. S. I. syn. Yucca Dill., *vul. genus praec.* — *Alctris etiam subest usque ad Sp. II. — Diagnoses specibus duplices L. dedit in S. XII. (et XIII.), repetens neque vetustiores suas ex H. cliff., a foliis petitis, ad sublevantam forsam specierum definitionem. R.*

2511. **A. perfoliata** *Sp. I.*: **A. floribus pedunculatis** (*¶. M. II. sq.*) cernuis corymbosis subcylindricis. *Sp. I-S. XIII. n. 1.* — **A. foliis caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus. H. cliff. p. 132. n. 3. H. ups. p. 86. n. 2. Roy. lugdb. 23. et S. XII. l. c. —**

Varr. Sp. I. et II.: l. c. **A. africana** caulescens, fol. magis glaucis caulem amplectentibus et in mucronem obtusorem desinentibus. Comm. prael. 68. t. 17. rar. 44. t. 44. — **γ.** fol. minus glaucis, dorsi parte suprema spinosa. Comm. prael. 69. t. 18. — **γ.** foliis glaucis latioribus et undique spinosis. Comm. prael. 70. t. 19. — **δ.** **A. afric. caulescens, foliis glaucis brevissimis etc., foliorum summitate interna et externa nonnihil spinosa.** Comm. prael. 73. t. 22. rar. 45. t. 45. — **ε.** **A. afr. caul., foliis glaucis: dorso integro spinoso.** Comm. prael. 71. t. 20.; *hort. 2. t. 13. Hall. goett. 71. descr. (Sp. II.)* — **ζ.** **A. afr. caul., foliis glaucis brevioribus: foliorum parte interna et externa nonnihil spinosa.** Comm. prael. 71. t. 21. — **η.** **A. afr. caul., foliis glaucis caulem amplectentibus.** Comm. hort. 2. p. 27. t. 14. — **θ.** **A. afr. caul., foliis spinosis maculis ab utraque parte albicantibus notatis.** Comm. hort. 2. p. 9. t. 5. — **ι.** **A. afr. caul. perfoliata glauca et non spinosa.** Comm. prael. 74. t. 23. — **κ.** **A. afr., foliis glaucis: margine et dorsi parte superiore spinosis, flore rubro.** Comm. prael. 75. t. 24. *hort. 2. p. 23. t. 12.* — **λ.** **A. afr. maculata spinosa major** Dill. elth. 17. t. 14. f. 15. — **μ.** **A. afr. ma-**

culata spinosa minor Dill. elth. 18. t. 14. f. 16. — **ν.** **A. afric. mitriformis spinosa** Dill. elth. 21. t. 17. f. 19. — **ξ.** **A. succotrina angustifolia spinosa, flore purpureo.** Comm. hort. 1. p. 91. t. 48. **A. americana, ananae floribus suave rubentibus.** Pluk. alm. 19. t. 240. f. 4. —

Varr. o. humilis Sp. I. II.: **A. foliis erectis subulatis radicatis undique incerne spinosis.** H. cliff. p. 131. n. 4. Roy. lugdb. 24. **A. africana humilis, spinis inermibus et verrucosis obsita.** Comm. prael. 77. t. 25. rar. 46. t. 46. Habitat in Aethiopia. 7. Plantam o. ad hanc speciem pertinere docuere flores, quamvis habitu videatur aliena. —

*Varr. π. vera Sp. II. (*vera Sp. I.):* **A. foliis spinosis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis.** H. cliff. p. 130. n. 2. H. ups. p. 86. n. 3. Mat. med. n. 160. Roy. lugdb. 22. Brown. jam. 197. **A. vulgaris** Bauh. pin. 386. Kadanaku s. Catevala. Rheed. mal. II. p. 7. t. 3. Habitat in Indis, Africa, at π. in Italiae, Siciliae, Melitae tectis, muris (*Sp. II.*). 7. [Sp. I. II.]

„Caulis saepe radicans, licet erectus.” *S. XIII.*

„Var. ε. caulis exserit radices filiformes, descendentes, radicantes.” *Mant. II. p. 367.*

„A. verae inflorescentia et flores omnino A. perfoliatae, ejusque genuina varietas, quamvis corolla fere minus divisa mihi apparuit.” *Sp. II.* — „Flores (A. verae) nobis non visi, ideoque non determino; facies tamen ita praecedens est, ut eandem esse vix dubitem.” *Sp. I.*

H. cliff. n. 3. [i. e. var. α-v. Sp. pl.] varr. 9: — **α.** *ut α. Sp. pl., add. Boerh. lugdb. 2. p. 129. n. 13., — β. ut β. Sp., add. Boerh. p. 130. n. 14., — γ. ut γ. Sp., add. Boerh. p. 130. n. 15., — δ. ut δ. Sp., add. Boerh. p. 130. n. 17., — ε. ut ε. Sp., add. Boerh. p. 130. n. 18., — ζ. ut ζ. Sp., add. Comm. hort. 2. p. 9. t. 5. Boerh. lugdb. 2. p. 130. n. 19. (vide var. θ. Sp.), — η. ut η. Sp., add. Boerh. p. 130. n. 20., — θ. ut θ. Sp., add. Boerh. n. 21., — ι. ut ι. Sp. pl. — Loc. nat. in rupib. Africae. — Obs.: „Planta haec Proteo magis variabilis Commelino impositus tot dari species, quot ferme individua; omnes autem enumeratas α-ι. ejusd. esse speciei docuit florescentia. His enim scapo erectus saepius simplex. flores in thyrsum densum colligens, propriis pedunculatis longit. floribus insidentes, cor. cylindraceis basi ventricosis proculis.” — [*Practerea add. var. κ., quae A. dist. plicatilis est: ibique etiam sub α. occurrit in H. cliff.: hinc in fine H. cliff. exclusa. R.*]*

H. cliff. n. 4. [i. e. var. o. Sp. pl.] syn. Comm. II. cc. et Boerh. lugdb. 2. p. 130. n. 23.; — l. nat. in argillosis Africae; — descr.: „Scapo simplex erectus: squamis alternatis, per totam longitudinem: ex singula (exceptis 10 vel pluribus infimis) solitarius flos pedunculatus, nutans, cylindricus, 6partitus, incarnatus, ore virescens. Stam. 6, longit. corollae, 3 paullo longiora, deciduata omnia. Stylus simplex.”

„Distincta species hujus generis videtur *Mangium sylvestre* *Rumph. amb. 3. p. 77. t. 30.*” *Mant. II. p. 391.* [*Obs. Mang. sylvestre est t. 31. cf. itaq. n. 342. R.*]

3441. **G. celebica** *S. X.: C. foliis lanceolatis, pedunculis trifloris. S. X. VII. n. A., Sp. II. n. 2.* — *Mangostana celebica Rumph. amb. 1. p. 134. t. 44. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

3442. **G. cornea** *S. XIII.: G. fol. lanceolatis aveniis, pedunculis unifloris cernuis. — Lignum cornutum Rumph. amb. 2. p. 55. t. 30.* [*S. XIII. p. 368. n. 0.*]

DCLV. **HALESIA** *S. X.: Cal. 4dentatus, superus. Cor. 4fida. Nux 4angularis, 2sperma. S. XII. XIII. n. 596.* — **CAL.** 5dent. superus. **COR.** 4pe-

tala campanulata. Stam. 12 s. 16, basi connexa. Peric. 4gonum 4spermum. S. X. p. 1044. n. 0.

HALESIA D. Ellisii. — **CAL.** Perianth. Iphyllum, minimum, superum. Adentatum, persistens. — **COR.** Petala, campanulata, ventricosa: ere 4lebo, obtuso, patulo. — **STAM.** Filam. 12. (raro 16), subulata, erecta, corolla paulo breviora. Anth. oblongae, obtusae, erectae. — **PIST.** Germen oblongum, inferum. Stylus filiformis, corolla longior. Stigma simplex. — **PER.** Nux corticata, oblonga, utrinque angustata, 4gona angulis membranaceis, bilocularis. — **SEM.** solitaria. [S. X. app. p. 1369. n. 138. * G. VI. n. 596.] „Ordine naturali proxima affinis Styraei.“ *Sp. II. et G. VI. [Cf. Pract. ed. Giss. p. 333-4. R.]*

3413. **H. tetraptera** Sp. II.: H. foliis lanceolato-ovatis: petiolis glandulos. Sp. II. S. XII. n. 1. H. fruct. membranaceo-quadrangulatis. Ellis. act. angl. v. 51. p. 931. t. 22. f. A. Prutex padi foliis serratis, floribus monopetalis albis campaniformibus, fructu crasso tetragono. Catesb. car. l. p. 64. t. 64. Habitat in Carolina. *[Sp. II.]*

Obs. H. carolina S. X. n. A. (unica sp.), cum syn. Halesia Ell., Catb. t. 64. — *huc sine dubia. R.*

3414. **H. diptera** Sp. II.: H. foliis ovatis: petiolis laevibus. Sp. II. S. XII. n. 2. H. fruct. alatis. Ellis. act. angl. v. 51. t. 931. f. B. Habitat in Carolina. D. Garden. *[Sp. II.]* — Folia hujus sextuplo majora praecedentis, nec subtus subtomentosa. Fructus mucronatus alis duabus oppositis magnis, duabus minoribus. *[Sp. II.]*

DCLVI. DECUMARIA Sp. II. app.: Cal. 10phyllus, superus. Petala 10. Fructus hodie ignotus. S. VII. XII. n. 597.

DECUMARIA Fabric. Willich. — **CAL.** Perianth. superum, sub-decaphyllum, minimum: foliolis ovatis, coloratis, acutis, reflexis. — **COR.** Petala 10, lanceolata, obtusa, aequalia, simplici orbe digesta, patentia. — **STAM.** Filam. 16-25, filiformia, longit. corollae. Anth. didymae, depressae. — **PIST.** Germen turbinatum, inferum, Stylus cylindricus, corolla brevior. Stigma gibbum, torulis circiter 10lobatum. — **PER.** ----- 10loculare. — **SEM.** solitaria. — **Obs.** Genus obscurum, latente in hunc diem fructu. *[* G. VI. n. 597.]*

3445. **D. barbara** Sp. II. app. p. 1663. S. VII. XIII. n. 1 — *Willich. obs. 75. Clusia fol. venosis. Fabric. helmst. 2. p. 392. (Mant. II. sq.)* — Tinnus flore pleno Fabric. helmst. 216. Clusia minor Tramp. origin. — Habitat an in Africa? Schreber. *[Sp. II. l. c.]* „Arbor foliis oppositis, petiolatis, obovatis, laevibus, acutiusculis, serratis. Gemmae pubescentes. Corymbi brachiati, aphylli. Flores albi, odoratissimi. Fructus ignotus in Europaeorum hortis.“ *Sp. II. l. c.*

„An dioica?“ *Sp. II. S. XII. XIII.*
„Rami inconditi, geniculis nodosis radiceantes. Panic. corymbosa terminata. Flores Tiliae similes. Cal. dentibus 5 s. 16, superus. Fol. coriacea, venosa, versus basin remote serrata. Stipulae nullae.“ *Mant. II. p. 391.*

DCLVII. WINTERANIA H. cliff.: Cal. 3lobus. Petala 5. Antherae 16, adnatae nectario urceolato. Bacca 3locularis. Sem. 2. S. VII. XIII. n. 598. — Cal. 3lob. Pet. 5. Nectar conic, truncatum, germen obtegens, exaratum antheris. Stigm. 3. Bacca 3locular. Sem. 2. S. X. p. 1045. n. 0.

WINTERANIA Canella Brown. p. 273. — **CAL.** Perianth. Iphyllum, campanulatum. 3lobum: lobis rotundatis, concavis. — **COR.** Petala 5, oblongiuscula, sessilia, calyce longiora. Nectarium urceolatum, conicum, concavum, truncatum, longit. corollae. — **STAM.** Filam. nulla. Anth. 16, lineares, parallelae, distinctae, adnatae extus nectario. — **PIST.** Germen ovatum, intra nectarium, Stylus cylindricus, aperturam nectarii transiens, Stigmata 3, obtusa. — **PER.** Bacca subtrotunda, 3locularis. — **SEM.** 2, cordata. [S. X. app. p. 1370. n. 1140. l. c. * G. VI. n. 398.] „Affinis Tini.“ *G. VI.*

Obs. Winterana S. X. G. VI. — *Lauri sp. Sp. I.*

3446. **W. Canella** S. X. n. A., Sp. II. S. XII. n. 1. Winterania H. cliff. app. p. 488. Winteranus cortex Clus. exot. 75. Laurus (Winterana Sp. I.): foliis enerviis obovatis obtusis. Mat. med. n. 196. Sp. pl. l. p. 371. n. 11. Canella foliis oblongis obtusis nitidis, racemis ter-

minabilibus. Brown. jam. 215. t. 27. f. 3. Cassia lignea jamaicensis, laeureolae foliis subcinereis, cortice piperis modo acri. Pluk. alm. 89. t. 81. f. 1. Cassia cinnamomea s. Cinnamomum sylvestre barbadensium. Pluk. alm. 89. t. 160. f. 7. Arbor baccifera laurifolia aromatica, fructu viridi calyculato racemoso. Sloan. jam. 165. hist. 2. p. 87. t. 191. f. 2. Catesb. carol. 2. p. 50. t. 50. Habitat in America. *[Sp. II.]*

Sp. I. syn. Mat. med. II. cliff. II. cc., Cinnamomum s. Canella peruana Bauh. pin. 409. Pluk. II. cc., Sloan. Catesb. II. cc.; — *l. nat.* Jamaica, Barbados, Carolina. *[Sp. II.]* — *obs.*: „Flores ipse non vidi.“

S. X. *syn.* Sp. pl. I., Brown., II. cc.,
Mat. med. syn. Canella peruana. Pluk. II. cc., Sloan. hist., Catesb., II. cc., *l. nat.* Jam. Carol.

H. cliff. l. c. (sub Vagis indef.) syn. Clus. Sloan. II. cc., Pluk. II. cc., Canella alba Dal. pharm. 432; — *l. nat.* Jam. Barb. II. campestris, sylvestris, ad vicum margines.

DCLVIII. CRATAEVA S. I. (em.): Cor. 4petala. Cal. 4fidus. Bacca 1locularis, polysperma. S. II. p. 111. n. 506. (sub cl. XIII. 1.), X. n. 528. XII. 599.

CRATAEVA (S. X. XII.). — [*Craterea S. I. G. VI. R.*] — **TAPIA** Plum. 21. — **CAL.** Perianth. Iphyllum, semi-4fidum, deciduum, basi planum; laciniis patentibus, ovatis, inaequalibus (*G. I.*). — **COR.** Petala 4, ovata (oblonga *G. I.*), ad idem latus sursum (de-*G. VI.*) dexa; unguibus tenuibus, longit. calycis, divisuris inserta (*G. VI.*). — **STAM.** Filam. *sedecium circiter* (vel plura *G. VI.*), setacea, ad latus petalis oppositum declinata, corolla breviora. Antherae erectae, oblongae (incumbentes *G. I.*). — **PIST.** Stylus longissimus, incurvatus, cui insidet germen ovatum, (Germ. pedicello filiformi longissimo, ovatum, Stylus 0. *G. VI.*) Stigma sessile, capitatum. — **PER.** Bacca carnosae, globosa, maxima, stylo crasso insidens, *Woelularis* (pedicellata, bilocularis *G. VI.*). — **SEM.** plura, subtrotunda, emarginata, nidulanta, [* *G. I.* p. 113. n. 320. sub cl. VIII. 1. n. m., * *G. II.* p. 231 n. 506. sub cl. XIII. 1., * *V.* n. 528., *VI.* 599.]

Obs. In S. I. cum syn. Plum. et signo* (i. e. ex autt.), sub cl. VIII. 1. exhibitum genus. — *Item in G. I., ubi „filam. octo subulata“ dedit L. (cet. eodem), sed add. obs.: „In planta a me examinata stam. 10 sese exhibuerunt; Plumierus autem 8 tantum pingit; numerum in loco nat. naturalem itaque determinem autptevi.“* — *Hinc ad Incertus (Fragm. Plum.) relegatum in Meth. sex. H. cliff., sed in Class. pl. et seqq. ad cl. XIII. 1.; donec huc relatum sit in Sp. I. sq. — Cf. de char. gen. Loeftl. it. p. 220., quem paucis sequutus videtur L.*

3447. **C. gynandra** Sp. II.: C. inermis, foliis ovatis (S. XIII.) integerrimis, flor. gynandris. Sp. II. S. XIII. n. 1. C. arborea triphylla, fol. ovatis glabris, racemis terminalibus. Brown. jam. 246. Arbor americana triphylla, numerosis stam. purpureis apicibus praeditis, floribus umbiliciformi occupantibus. Pluk. phyt. 147. f. 6. Habitat in Jamaica. *[Sp. II.]* — Dilbert a C. Tapia foliis tenuibus nec crassis: petalis lanceolatis nec ovatis; imprimis vero quod columna longitudine calycis attollat stamina, ut in Cleome gynandra. Pistillum in meis non aderat. *[Sp. II.]*

„Flor. gynandris lege ovatis.“ *Mant. II. p. 391. [?]*

3448. **C. Tapia** Sp. I.: C. inermis, foliis integerrimis: foliolis lateralibus basi antica brevioribus. Sp. II. S. XII. n. 2. — C. inermis. Pl. zeyl. n. 211. Sp. pl. I. S. X. n. 1. Cratrea H. cliff. app. p. 484. Apioscorodon s. Arbor americana triphyllus, alii odore, poma ferens. Pluk. alm. 34. t. 137. f. 7. — *Malus americana trifolia, fructu pomi aurantii in-star colorato. Comm. hort. I. p. 129. t. 67. Anona trifolia, flore stamineo, fructu sphaerico ferrugineo scabro minore, alii odore. Sloan. jam. 208. hist. 2. p. 169. Raj. dendr. 79. (Sp. II.)* — Niirvala Rheed. mal. 3. p. 49. t. 22. — Habitat in Indiis (utraq. Sp. I.). *[Sp. I. II.]*

„Calyx 4fidus.“ S. XII. XIII. — „Flos etiam in hac, ut in C. gynandra, est germinis stipitato more Cleomes gynandrae.“ *Mant. II. p. 391.*

H. cliff. l. c. (sub Vagis Plum.) syn. Tapia arborea triphylla Plum. gen. 22., Tapia Maregr. bras. 98. Pis. bras. 68. t. 69. Pluk. Sloan. Raj. Rheed. II. cc., Arbor americana trif. pomifera.

sem. reniformibus. Kigg. beaum. 10.; — *l. nat.* Jamaic. Malab. etc. — *Obs.*: „Stamina 8 Plum. pingit, Rheede plurima; ego in sicco specimine (unico flore) 10 reperi: naturalem numerum determinat autoptici.“

Fl. zeyl. syn. cod. excl. Comm. Kigg.; obs.: „Habetur inter pietas Hermannii.“

Am. ac. 3. p. 120. dubie hac citatur: Bilacus taurinus Rumph. amb. t. 82.; cf. sq. sp.

349. **C. Marmelos** *Sp. I.*: *C. spinosa*, *Fl. zeyl. n. 212. Sp. I. S. X. n. 2., foliis serratis. Sp. II. S. XII. n. 3. Cucurbitifera trifolia spinosa medica, fructu pulpa cydonii aemula. Pluk. alm. 125. t. 170. f. 5. Cydonia exotica Bauh. pin. 435. — Bilacus Rumph. amb. 1. p. 197. t. 81. (Sp. II. et 82. S. X.) — Covalam Rheed. mal. 3. p. 37. t. 37. — Habitat in India. *ij.* [*Sp. I. II.*] „Cal. 5fidus. Petala nulla. Stam. 60.“ *S. XII. XIII.* — „Cal. 5f. nec ut in *C. Tapia 2fidus. Petala nulla?* Millero 5. Stam. 60. An itaque proprii generis?“ *Mant. II. p. 391.**

„Habetur et haec species tantum inter non exsiccatas, sed pietas Hermannii; hinc in genus accuratius inquirant alii, cum flores pentapetali a Rheede describantur.“ *Fl. zeyl. (cua syn. Cucurbitif. trif. indica etc. Raj. hist. 1665., Pluk. Bauh. Rheed. II. ec., Cydon. exot. quae Marmelos arbor. Form. zeyl. 84., Bell. Belgicas. Herm. zeyl. 46, 60.)*

DCLIX. **TRIUMFETTA** *G. I. app.*: *Cor. 5petala. Cal. 5phyllus (nullus. S. II.). Caps. hispida, in 4 dissiliens. S. II. p. 112. n. 529. (sub cl. XIII. 1.), X. p. 1044. n. 529., XII. XIII. n. 600.*

TRIUMFETTA *Plum. 8.* — *CAL. nullus. nisi corollam velis.* (Perianth. 5phyllum: foliolis lanceolatis sub apice aristatis, deciduis. *G. VI.*) — *COR.* Petala 5, linearia, erecta, obtusa, concava, retroflexa, sub apice aristata, decidua (*ij. G. VI.*). — *STAM.* Filam. 16, aequalia, ascendente, longit. corollae, subulata, erecta. Anth. simplices. — *PIST.* Germen subtrotundum. Stylus longit. staminum. Stigma bifidum, acutum. — *PER.* Caps. globosa, aculeis uncinatis undique obvallata, 4locularis. — *SEM.* bina, hinc convexa, inde angulata.

[* *G. II. p. 243. n. 529. sub cl. XIII. 1., V. 529. t. c., VI. 600.*]

[„**TRIUMFETTA** *Plum. 8.* *CAL.* Perianth. 5phyll., foliol. lanc. erect. deciduis. *COR.* Petala 5, erecta, lanc., calyce multo majora. *STAM.* Fil. 20 circiter, subulata, erecta. *Anth.* simpl. *Pist.* Germ. Styl. ut supra. *Stigma* simplex. *Peric.* Sem. ut supra.“ * *G. I. app. p. 344. n. 864., sub cl. XIII., 1.*]

„Raro perveniunt plus quam semina (in singulo loculo) solitaria ad maturitatem.“ *G. I. II.*

„*Tr. Lappulae* cal. 0, mihi in uno viso flore et in pluribus Jacquinio; at *Tr. semitrilobae* Jacq. cal. perfectus, uti Plumiero et Brownio; utrasque simillimas distinguere an specie liceat?“ *G. VI.*

Obs. Ad hanc class. (ex XIII. 1.) relata in Sp. I. sq. — Anplius de genere agit L.: Prael. ed. Gis. p. 458.; de nom. gen.: H. cliff. p. 210. — Bartramia a genus (cl. X. 1.) distinguitur in Diss. Dass., Fl. zeyl., S. VI., Sp. I., G. V., ut sequitur.

„**Bartramia** *Diss. Dass.*: *CAL.* 5partitus. *Petala* cuneiformia. *Styl.* capillaris. *Pericarp.* globosum, spinis hamosis.“ *S. II. p. 105. n. 1054., sub cl. X., 1.*

[„**BARTRAMIA.** — *CAL.* Perianth. 5partitum: lacini linearibus, infra apicem aristatis, deciduis. — *COR.* Petala 5, cuneiformia: unguibus erectis, longit. calycis, limbo patente obtuso. — *STAM.* Filam. 10, capillaria, longit. tubi corollae. *Anth.* subtrotundae. — *PIST.* Germen subtrotundum. *Stylus* capillaris, longit. staminum. *Stigma* simplex. — *PER.* globosum, undique echinatum spinis hamosis, dissiliens in *SEM.* 4 s. 5, hinc convexa echinata, inde angulata.“ *Diss. Dass. n. 1054. in Am. ac. 1. p. 400-1. et Fl. zeyl. app. p. 9., * G. V. p. 154. n. 480., omm. sub cl. X. ord. I.*]

„Affinitas summa *Triumfettae*, a qua calyce et numero staminum distincta.“ *G. V.* — „Est media inter *Urenam* et *Triumfettam*; ab *Tr.* diff. paucioribus stam., cum in *Tr.* 15 adsint; praeterea calyce, quo destituitur *Tr.*“ *Am. ac. p. 401. nota b.* { *Simil., brevius, Fl. zeyl. n. 174. obs.* }

340. **T. Lappula** *Sp. I. n. 1.*: *T. foliis basi emarginatis. S. X. Sp. II. n. 1., flor. cecalculatis. S. XII. XIII. n. 1. — Triumfetta II. cliff. p. 210. II. ups. p. 148. Roy. lugdb. 476. — T. flor. calyce destitutis. Jacq. amer. 146. (S. XII. sq.) — T. flor. caly-*

*culatis, fol. semitrilobis. Jacq. amer. 22. T. fructu echinato racemoso. Plum. gen. 40. ic. 255. (Sp. II.) — Lappula bermudensis althaeoides spicata, fructu orbiculari majore. Pluk. alm. 205. t. 245. f. 7. Agrimonia lappacea inodora, folio subtrotundo dentato. Sloan. jam. 92. hist. 1. p. 24. Raj. suppl. 247. — Habitat in Jamaica, Brasilia, Bermudis. *ij.* [*Sp. I. II.*]*

Obs. Sp. II. add. syn. Tr. villosa (etc.) Brown. 233., exclatum in S. XII. sq.: vide n. 3452! Ad eandem sp. forsas pertinet syn. Jacq. in Sp. II. (non S. XII.) additum, de quo in Mant. II. p. 391.: „Syn. Jacq. mutetur, Brownii excludatur.“

„Singulari quod cal. 0 sit.“ *S. XII. XIII. [Cf. supra obs. a G. VI. R.] — Nocto folia demittit. Am. ac. 4. p. 350.*

„Cum haec pl. sit minus clare exposita a botanicis, ejus descr. exhibebo. E seminib. terrae praegnantis commissis mense Aprilii enascitur caulis arboreus, lignosus, 2-vel 3pedalis, simplicissimus, teres, scaber, viridius, versus basin griseus, laevis, lineis longitudinalibus viridibus maculatus. Folia alterna, unciali spatio remota, cordata fere, sed 5angula, nervis totidem a basi exeuntibus ad singulum apicem distributis, rugosa, mollia, utrinque tomentosa, viridia, serrata, magnitudine vix manus, petiolis teretibus longit. fere folii insidentia, horizontaliter patentia, petiolis ad angulum acutum assurgentibus; infimae serraturae glandulosae sunt. Ad singuli petioli exortum utrinque adstat stipula subulata, patens, plana, longitudine unguis. Versus summitatem caulis confertiora sunt folia et minima, tandem terminatur caulis in pedunc. simplicem, 2-vel 3fidum, qui racemos fit reflexus, digiti saepe longitudinis. Flores lutei: cal. 5phyllus, lineari, reflexo, interne colorato; petal. nullis; stam. 16 flavis; pist. flavo; aperiantur circa meridiem. Fructus magnit. pisi, reflexus, in pedunc. proprio, echinatus: apicibus setarum uncinatis. Die 3, Februarii 1737, vix annua planta. Sub gradu 70. calor optime viget; absoluta fructificatione perit apex caulis et ramos solitarios producit ex alis superioribus, erectos, lignosos, caule longiores, sicque perennat et frutex evadit.“ *H. cliff. (cua syn. Plum. gen. Pluk. Sloan. II. ec., Frutex innotuit. 2. Maregr. bras. 50.)*

H. ups. syn. (excl. Roy.) et l. nat. ut Sp. I. „Saepè perit, vix floret.“

341. **T. Bartramia** *S. X.*: *T. foliis basi integris. S. X. n. A., Sp. II. n. 2., indivisis. S. XII. XIII. n. A. — T. flor. calyculatis, foliis rhombo-ovatis. Jacq. amer. 22. hist. t. 90. (Sp. II.) — Triumfetta XIII. Amm. herb. 370. (Sp. I.) — Bartramia Fl. zeyl. n. 174. et Am. ac. 1. p. 401. — Bartr. indica Sp. pl. 1. p. 389. n. I. — Lappula benghalensis tetraspermos, ribesii folio, echinis orbiculatis ad foliorum ortum plurimis simul sessilibus. Pluk. alm. 206. t. 41. f. 5. Agrimonia maderaspatana, folio rotundo singulari subtus incano. Pet. gaz. 31. t. 42. f. 10. — Lappago ambonica Rumph. amb. 6. p. 59. t. 25. f. 2. (Sp. II.) — Habitat in India. *ij.* [*Sp. I. l. c., II.*]*

„Folia plantae orientalis orbiculata angulata; occidentalis magis rhombea, indivisa.“ *Mant. II. p. 391.*

Am. ac. 1. l. c. syn. Amm. Pluk. II. ec., Alcea indica, fl. rosaceis parvis, fruct. parvis 5partitis hispidis lappaceis. Burm. zeyl. 8., Aepala Herm. zeyl. 9.

Fl. zeyl. syn. cod. et Lappula indica, althaeae folio, fl. parvo purpureo tubuloso. Pluk. amath. 130.

Obs. S. X. syn. add. „Rumph. amb. 3. t. 119.“; — eadem tub., f. 1., in Diss. hb. amb. (Am. ac. 4. p. 124.) vocatur „Muntingia Bartramia.“ — Contra t. 25. f. 2. tom. 6. (v. sup.) II. ec. rectius ad Urenam sinuatam citatur. — R.

342. **T. semitriloba** *G. VI., Mant. I.*: *T. foliis semitrilobis, flor. completis. M. I. p. 73. S. XII. n. 3. — Jacq. amer. 147. T. villosa, fol. inferioribus angulato-ovatis serrato-dentatis, flor. ternatis; fascie. genuinis folio suboppositis. Brown. jam. 233. — Habitat in America calidiore. *ij.* — Simillima *T. Lappulae*, sed flores calyce instructi. [*Mant. I.*]*

[*Obs. Cf. supra obs. e G. VI.; de syn. cf. n. 3450.*]

343. **T. annua** *Mant. I.*: *T. foliis ovatis indivisis rariusve lobatis. M. I. p. 73. S. XII. n. 4. T. fol. oblongo-ovatis obtusis serratis, petiolis longissimis. Mill. ic. 199. t. 298. — Habitat in India orientali. *ij.* [*Mant. I.*]*

DCLX. **PEGANUM** *S. I.*: *Cor. 5petala. Cal. 5phyllus s. 0. Caps. 3locularis, 3val-*

vis, polysperma. *S. VI. p. 112. n. 520. (sub cl. XIII. 1.), X. n. 530., XII. 601.*

PEGANUM. *Harmala* Tournef. 133. — **CAL.** Perianth. 5phyllum: foliolis linearibus, saepe dentatis (*G. VI.*), erectis, longit. corollae, acutis, persistentibus. — **COR.** Petala 5, oblongo-ovata, erecto-patentia. — **STAM.** Filam. 15, subulata, corolla dimidio breviora, basi dilatata in *nectarium sub germine* (*G. I. VI.*). Antherae oblongae, erectae. — **PIST.** Germen trigono-subrotundum, *receptaculo e basi floris elevatum* (*G. I. VI.*). Stylus filif., *triprater* (teres *G. VI.*), longit. antherarum. *Stigma tria, stylo longiora* (Stigma oblongum triquetrum, *G. I. I.*). — **PER.** Caps. trigono-subrotunda, 3locularis, 3valvis. — **SEM.** plurima, ovata, acuminata, [** G. I. p. 157, n. 443, et II. p. 238, n. 520, sub cl. XIII. 1., V. n. 530., VI. 601.*]

„Peganum differt a Ruta, uti Celastrus ab Evonymo; quiddam enim pistilli numero demitur, staminibus additur et vice versa.” *G. II-III.* — „Calyx potius folium florale dicendus est.” *G. I.*

Obs. S. I. syn. Harmala Autt. — *Huc (ex classe XIII. 1.) relatum primo in Sp. I. sq. — Cf. de affinitate Ruta e: H. cliff. p. 210., ... et Nigellae: Prael. ed. Gis. p. 380. — De nom. gen. H. cliff. l. c.*

3434. **P. Harmala** *Sp. I. p. 144. n. 1. Sp. I-S. VII. n. 1. — Gron. orient. 165. (Sp. II.)* — Peganum *II. cliff. p. 206. Roy. lugdb. 461. Ruta sylvestris, fl. magno albo. Bauh. pin. 336. Harmala Dod. pempt. 121. Habitat in arena Madritii, Alexandriae, Cappadociae, Galatiae. 2. [*Sp. I. II.*]*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Moris, hist. 2. p. 508. s. 5. t. 14. f. 5., Ruta Harmala mathioli Dalech. hist. 973., Bauh. hist. 3. p. 200., Melanthium syriacum minus frutescens latif. etc. Broyn. cent. 2. p. 67., Harmala Dod. l. c. Lab. hist. 508. Boerh. lugdb. 1. p. 261., Harmel constantinopolitanae Caesalp. syst. 573.; — l. nat. in arenosis circa Alexandr. et in Castella nova circa Madritum et Guadalajarae collibus, laeto solo.

H. ups. syn. Bauh. Dod. II. c., Tournef. inst. 257., l. nat. ut Sp. I. „in arena mobili, ubi vix aliae plantae germinant.”

3435. **P. dauricum** *Sp. I. (em.): P. foliis indivisis. Sp. I-S. VII. n. 2. — Ruta foliis simplicibus alternis. Gmel. sibir. 4. p. 176. t. 68. f. 2. (Mant. H. sq.)* — *Harmala montana daurica perennis multicaulis, polygalae folio, fl. albo. Amm. ruth. 91. — Tar. β. Sp. I.: Harmala montana, polygalae foliis, fl. luteis. Amm. ruth. 92. — Habitat in Sibiria. 2. [*Sp. I. II.*]*

DCLXI. HUDSONIA *Mant. I.: Cor. nulla. Cal. 5phyllus, tubulosus. Stam. 15. Caps. 1locularis, 3valvis, 3sperma. S. VII. XIII. n. 1263.*

HUDSONIA — **CAL.** Perianth. 5phyllum, tubulosum, cylindricum: ore patulo: foliolis lanceolato-linearibus, obtusis. — **COR.** nulla. — **STAM.** Filam. 15, capillaria, calyce breviora, Anth. subrotundae. — **PIST.** Germen ovatum, Stylus filif., longit. calycis. Stigma obtusum. — **PER.** Caps. cylindrica, calyce dimidio brevior, 1locularis, 3valvis. — **SEM.** 3, hinc rotundata, inde angulata. [*Mant. I. p. 11-12, n. 1263.*]

3436. **H. ericoides** *Mant. I. p. 74., S. VII. XIII. n. 1. — Ericaeformis suffruter virginianus, flor. exiguis, vasculo seminari oblongo trifarium diviso. Pluk. mant. 88. (Mant. H. p. 514., S. VIII.)* — Habitat in Virginia. 1. — Frutex facie et habitu Ericae. Ramuli filiformes, sparsi, imbricati foliis subulato-acerosis, hirsutis; tenellis hirsutioribus incanis, unde quasi adpersi gemmis foliaceis, quae ultimi ramuli. Pedunculi (e gemmis foliosis) solitarii, filiformes, foliis longiores, Cal. erectus, pubescens. [*Mant. I.*]

DCLXII. NITRARIA *S. X.: Cor. 5petala, petalis apice fornicatis. Cal. 5fidus. Stam. 15. Drupa monosperma. S. X. p. 1044. n. 0., S. VII. XIII. n. 602.*

NITRARIA *Comm. nov. petrop. VII. p. 315. t. 10. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5fidum, erectum, brevissimum, persistens. — **COR.** Petala 5, oblonga, patentia, canaliculata, apice fornicata mucrone indexo. — **STAM.** Filam. 15, subulata, erectiuscula, longit. corollae. Anth. subrotundae. — **PIST.** Germen ovatum, desiciens in Stylum crassiusculum, staminibus longiorem. Stigma simplex. — **PER.** Drupa 1locularis, ovato-oblonga, acuminata. — **SEM.** 1, triloculare, ovatum, acuminatum. [** S. X. p. 1339, n. 1139, m. m., G. VI. n. 602.; paulo fusius Comm. petrop. l. c. p. 315.]**

3437. **N. Schoberi** *S. X-XIII. n. A., Sp. II. n. 1. Nov. Comment. petrop. 7. ann. 1761. p. 315-20. t. 10. (S. VII. sq.) — Murr. Götting. p. 191. f. 2. (Mant. H. sq.)* — *Osyris foliis obtusis. Hort. ups. p. 295. n. 1. Gmel. sibir. 2. p. 237. t. 98. (S. X. Sp. II.)* — *Casia fructu nigro. Amm. ruth. n. 256. — Habitat ad Salsas aquas Uruscincensis Lacus, Astrachanensis, Volgae finitimis. 1. [*Sp. II.*]*

„Osyris fol. obt. H. ups. (l. c.) est similis O. albae, seu Nitrariae: ejus flores nondum vidi; frutex Lycopio similis, sed fol. conjunctis sessilibus.” *Sp. I. p. 1012. (sub Os. alba.)*

H. ups. syn. Osyris [Casia] fr. nigro Amm. ruth. 178., l. nat. circa lac. salsum Jamische Sibiriae. Adhuc tenella. 1.

Obs. 1. Pertinet huc fursus: Zygoephyllum Nitraria Diss. dem. pl. in Am. ac. 3. p. 409., sine diagn., cum obs. a): „Nitraria dubii generis nobis pl. est. Habitus est Z-III, fructus vero drupa.”

Obs. 2. Completam hujus monographiam dedit L. in Nov. comm. soc. petrop. l. c., cum syn. isd. et Dulham. arb. t. 31., icon., hist. et descr. speciei, scriptum 1758-9., typis promulgatum 1761., q. cf.

DCLXIII PORTULACA *S. I.: Cor. 5petala. Cal. 2fidus. Caps. 1locularis, circumscissa. S. I. I. p. 112. n. 523. (t. c.) sub cl. XIII. 1., X. 531., XII. 603., aut 3valvis. S. XIII. n. 603. — [et: Anacampseros (diagn. cad.), caps. 1locul. apice debiscens. S. VI. l. c. n. 524.]*

PORTULACA *Tournef. 118. — Anacampseros edit. priorum. Telephiastrum Dill. elth. 280. (G. I. VI.)* — **CAL.** Perianth. (*Spatha G. I.*) bifidum, parvum, superum, apice compressum, persistens. — **COR.** Petala 5, plana, erecta, obtusa, emarginata (*G. I. II.*), calyce majora. — **STAM.** Filam. multa, capillaria (*decom. G. I.*), corolla dimidio breviora. Anth. simplices. — **PIST.** Germen subrotundum (*G. I. VI.*), in receptaculo (*G. I. l. c. II.*). Stylus simplex, brevis (*basi figuris longit. staminum. G. I.*). *Stigmata 5 (ex G. II.), oblonga, longit. styli (δ. G. I.).* — **PER.** Capsula tecta, ovata, unilocularis, *spatha et capsula horizontaliter per medium dehiscens (G. I. II.). Recept. liberum (G. I. VI.).* — **SEM.** plurima, parva, [** G. I. p. 122. n. 341, sub cl. X. ord. 1., II. p. 240. n. 523, sub cl. XIII. 1., V. n. 531., VI. 603.]*

„Uterius examen docuit in hoc genere numerum staminum copiosiores esse, adroque in Gen. pl. ed. 1. loco „filam. 10” legantur „fil. 15 vel plura.” Hinc etiam patet affinitas Anacampserotis cum Portulaca, quae sane summa est.” *H. cliff.*

„Species 1, 2, 4. capsula horizontaliter discedente. Portulacastrum cal. 5partito discredit. Anacampseros caps. 3valvi aliena est.” *G. I.*

„Species 1, 2, 3. caps. circumscissa. P. paniculata cal. 5partito est; at bifido Jacq. Anacampseros (n. 4, 5, 6.) caps. 3valvi.” *G. I.*

„Singulare genus: 1. calye, 2fidis, caps. circumscissa (n. 3458, 9, 60, 1.), 2. cal. 2fidis, caps. 3valvi (3462, 3 et 5.), 3. cal. 5fidis, caps. 3valvi (3464.)” *Mant. II. p. 391., m. n.*

Obs. In S. I. (et G. I.) sub cl. X. I. positum: simulque Anacampseros S. I. (cum syn. Dill. „?”) sub cl. XIII. I. exhibitum, Utrumque genus sub cl. XIII. I. seriatim a Meth. s. ex. usque ad S. VI., postquam polyandrum esse Portulacae primo observaverat L. in Cor. gen. p. 24, et H. cliff. (e. sup.) — Inde a Sp. I. conjuncta et ut cl. XI. relegata sunt. — Plura de utraque gen. apud Loeft. it. p. 221. — Veterum Anacampseros L. aequalis est recentiorum Tatino Juss. — R.

[. ANACAMPSEROS. Telephiastrum Dill. elth. 281. — **CAL.** Perianth. (*Spatha G. I.*) ovato-acuminatum, persistens, bivalve: valvis concavis, acutis, amplexantibus (*δ. G. I.*). — **COR.** Petala 5, subrotunda, concava, patentia, fere aequalia (*inaequalia G. I.*). — **STAM.** Filam. multa, capillaria (*simplicia G. I.*), corolla dimidia (*G. II.*) breviora, Anth. simplices. — **PIST.** Germen subrotundum. *Stylus simplex. Stigmata tria, crassiuscula (Stylus cylindric. longit. staminum. Stigma 3fidum crassiusc. G. I.).* — **PER.** Caps. ovata, 3angularis, 3valvis, 1locularis. Receptac. liberum. — **SEM.** plurima, parva, subrotunda.” *G. I. p. 152. n. 428. e. c., et * II. p. 240. n. 524. sub cl. XIII. 1.]*

3438. **P. oleracea** *Sp. I.: P. fol. cuneiformibus, flor. sessilibus. Roy. lugdb. 473. Gron. virg. 59. H. ups.*

p. 146. n. 1. Mat. med. n. 260. Dalib. paris. 158. Hall. helv. 392. Sauv. mousp. 168. *Sp. I - S. VII. n. 1.* — *Brown. jam. 233. (Sp. II.)* — P. fol. cuneif. verticillatis sessilibus, flor. sessil. H. cliff. p. 207. n. 1. P. angustifolia sylvestris Bauh. pin. 288. — *Jar. β. Sp. I.:* P. latifolia sativa Bauh. pin. 288. P. domestica Lob. ic. 388. — Habitat in Europa, India, Ins. Ascensionis, America. [Sp. I. II.]

„Horologii florum vigilia 11-12. habet.” *Sp. II.* — „Caps. circumscissa.” *S. XIII.*

Hab. in ins. St. Helena ingenti copia. *Am. ac. 7. p. 503.*
H. cliff. syn. P. ang. s. sylv. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 571. s. 5. t. 36. f. 2. Boerh. lugdb. l. p. 220. Sloan. flor. 57. P. sylv. minor s. spontanea Bauh. hist. 3. p. 678. P. sylv. Doul. pempt. 661. Lob. hist. 210. C. Casalp. syst. 263. Kara-tsjara Rheed. mal. 10. p. 71. t. 36. — *var. α. P.* latif. s. sativa Bauh. l. c. Moris. l. c. p. 570. f. 1. Boerh. Sloan. II. cc. P. hortensis latif. Bauh. hist. 3. p. 678. non figura, P. sativa Dod., Lob., II. cc.; — *l. nat.* in arenos. sterilibus agris, vervecitis, ad vias, in Germ. G. narb. Sicil. Malab. Jamaica.

Mat. med. syn. Roy. l. c., P. latif. s. sat. Bauh. l. c.; *l. nat. Germ. Malab. Jam.*

H. ups. syn. Roy. Gron. Hall. II. cc., Bauh. Lob. II. (ad β. Sp.) cc.; — l. nat. in steril. verv. Europ. As. Americ.

3459. **P. pilosa Sp. I.:** P. fol. subulatis alternis: axillis pilosis, flor. sessilibus, *Sp. I. n. 2, terminatibus. S. X - XIII. n. 2.* P. fol. linear. acutis, caule procumbente piloso. Roy. lugdb. 473. P. corassavica, angusto longo lucidoque folio, procumbens. Comm. hort. l. p. 9. t. 5. P. corassavica lanuginosa procumbens Herm. par. 215. t. 215. P. lanug. procumb., verniculatae foliis, americana. Pluk. alm. 304. t. 247. f. 7. *Folk. norib. 341. t. 341. Anacamperos supina minor, foliis linearibus turgidis, flor. summis ramulis confertis. Brown. jam. 234. (Sp. II.)* — *Jar. β. Sp. I.:* P. corassavica lanuginosa, psyllii folio, erectior et elatior, fl. dilutius rubente. Herm. par. 214. t. 214. P. curass. lanug., kali folio, erectior et elatior. Pluk. alm. 303. t. 105. f. 4. — Habitat in America meridionali. [Sp. I. II.]

„Folia alterna, sed terminalia s. floralia octo in orbem digesta. Flor. sessiles, terminales, calyce bifido, stam. quindecim, stylo 5fido” *Sp. I. II., „capsula circumscissa.” Sp. II.* — „Caps. circumscissa.” *S. XIII.*

3460. **P. quadrifida Mant. I.:** P. bracteis quaternis, flor. quadrifidis, geniculis pilosis. *M. I. p. 73. S. VII. n. 7.* — P. lanuginosa procumbens, fl. luteo. Herm. par. 216. Sedum minus arabicum, fl. luteo, fol. planis mucronatis. Pluk. mant. 169. Habitat in Aegypto. ☉. — Radix fibrosa, Caules prostrati, numerosi, oleracei, teretes, laeves, alterne ramusi, semipedales, geniculis radicanibus pilosis. Fol. oppos., patentia, distantia, ovato-lanceolata, carnosa, laevia, sessilia, integerrima, subtus concava, adpersa micis diaphanis. Petioli florentes terminales, adulti laterales facti, uniflori, superne incrassati, longitud. foliorum, terminati Bracteis quaternis s. cruciatis, patentibus, folio similibus. Flus sessilis, flavus, cinctus pilis albis, ut genicula. Perianth. bivalve, membranaceum, ovatum. Cor. 4-partita, ovato-oblonga, marescens. Filam. 8, setacea, basi extorsum curvata, longit. corollae. Anth. subrotundae. Pist. Germen inferum, rotundatum. Stylus cylindricus, superne crassior, longit. staminum. Stigm. 4, oblonga, obtusa, recurvata, pubescentia. Caps. ovata, leviter tetragona, acutiuscula, unilocularis, circumscissa (*M. I. S. XIII.*). Sem. plurima, subrotunda, muricata. Culta H. U. — Similima P. pilosae, ut incauto eadem videatur. [Mant. I.]

3461. **P. Halimoides Sp. II.:** P. foliis oblongis carnosis, caule corymboso, flor. sessilibus. *Sp. II. S. VII. n. 3.* P. erecta, sedi minoris facie, capitulo tomentos. Sloan. jam. 88. hist. l. p. 205. t. 129. f. 3. Halimus minimus, fol. obl. succulentis tomentibus, summis ramulis densissime sitis. Brown. jam. 206. Habitat in Jamaica. ☉. [Sp. II.] „Calyx diphyllus.” *Sp. II.* — „Caps. circumscissa.” *Sp. II. S. XIII.*

3462. **P. racemosa Sp. II.:** P. foliis obovatis planiusculis, racemo simpliciter triquetro. *Sp. II. S. VII. n. 5.* — P. triangularis (*diag. cad.*) *S. XIII. n. 5.* — P. triangularis *Jacq. obs. 35. t. 23. (S. XII. sq.)* — *Cha-*

maccistus americana, portulacae folio, flore albo. Herm. parad. 21. (S. VIII) — P. pedunc. multifloris triangularibus. *Jacq. amer. 22.* Helianthemum frutescens, portulacae folio. *Phum. spec. 7. t. 150. f. 2.* — Habitat in America ad maris littora. ☉. — Calyx diphyllus. Capsula trilocularis. [Sp. II.]

„Caps. trivalvis.” *S. XII. XIII.*

3463. **P. Anacamperos Sp. I.:** P. foliis ovatis gibbis, pedunc. multifloro, caule (*sub-S. X.*) fruticoso. *Sp. I. S. X. n. 3., Sp. II. S. VII. n. 4.* Anacamperos foliis ovatis convexis acutiusculis. H. ups. p. 146. n. 1. Anac. fol. acuminatis. H. cliff. p. 207. n. 1. Roy. lugdb. 412. Telephium folio globoso. *Dill. elth. 375. t. 281. f. 363.* Portulaca africana sempervirens, fl. rubicundo. Comm. hort. 2. p. 177. t. 89. Raj. suppl. 507. — *Oralis affinis planta aphylla mammillaris Burm. afr. 76. t. 30. f. 2. vitata. (Sp. II.)* — Habitat ad Cap. B. Spei. ☉. [Sp. I. II.]

„Axillae folior. pilosae sunt, et folia succulenta conjungunt hanc cum Portulacae, quamvis stam. plurima et capsula trivalvis (*apice dehiscent Sp. I.*) sit.” *Sp. I. II.* — „Calyx diphyllus est.” *Sp. II.* — „Caps. 3valvis.” *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Dill. l. c. Comm. l. c. et Boerh. lugdb. l. p. 220.; l. nat. Africa.

H. ups. syn. Dill. l. c., Comm. Raj. II. cc. et Old. afr. 32.

3464 a. **P. fruticosa S. X.:** P. fol. obovatis planiusculis, pedunc. racemoso, caule fruticoso, *S. X. n. 3. A., S. XII. n. 6., cal. pentaphylla. S. XIII. p. 371. n. 6.* — „Cal. 5phyllus. Caps. 3valvis.” *S. XII. XIII.* [Obs. Omissa haec in *Sp. II.*, ubi ejus loco sequens, R.]

3464 b. **P. paniculata Sp. II.:** P. foliis ovatis planis, panicula racemosa. — P. flor. paniculatis. *Jacq. amer. 22.* P. americana latifolia erecta, flor. albis. Comm. hort. l. p. 7. t. 4. P-cae facie maritima fruticosa erecta americana. Sloan. jam. 87. hist. l. p. 205. Anacamperos fol. radicalibus mollibus ovatis glabris, scapo assurgetis paniculato. *Brown. jam. 234.* Habitat in Americae maritimis. ☉. — Cal. 5phyllus. Caps. 3valvis. [Sp. II. p. 640. n. 6.] „P. panic. differentiae adde: cal. pentaphyllis.” *Mant. II. p. 391.* — [Obs. *Ibidem* utriusque nomen a L. promiscue adhibetur. — *Syn. Jacq. excludendum: vide seq. R.*]

3465. **P. patens Mant. II.:** P. foliis lanceolato-ovatis planis, panicula ramosa, cal. diphyllis. *M. II. p. 242. S. XIII. p. 371. (c. cod. syn.)* — P. paniculata: fl. paniculatis. *Jacq. amer. 22.* — Habitat in America. ☉. — Cult. H. U. — Caulis pedalis, flexilis: ramis alternis, laevibus, 4gonis; inferioribus longioribus. Fol. alterna, subpetiolata, lanceolato-ovata, subsucculenta, semipollicaria, integerrima, carinata, fragilia. Panic. terminalis, elongata; pedic. filiformibus, dichotomis. Cal. diphyllus, ruber. Petala 5, ovata, rubra. Anth. luteae. Styl. 3. Caps. globosa, locularis, 3valvis (*M. II. S. XIII.*), valvulis duplicatis. Sem. plura, nigra. Distincta omnino a P. paniculata, cui flores albi et calyx 5phyllus. [Mant. II.]

DCLXIV. **LYTHRUM S. I.:** Cal. 12fidus. Petala 6, calyci inserta. Caps. 2locularis, polysperma. *S. I. I. n. 463., X. n. 532., XII. 604.*

LYTHRUM. *Salicaria* Tournef. 129. — CAL. Perianth. lophyllum, cylindraceum, striatum: dentibus 12, alternis minoribus. — COR. Petala 6, oblonga, obtusiuscula, patentia, unguibus incisuris calycis inserta. — STAM. Filam. 12, filiformia, longit. calycis: superiora inferioribus breviora. Anth. simplices, assurgetes. — PIST. Germen oblongum. Stylus subulatus, longit. staminum, declinatus. Stigma orbiculatum, assurgens. — PER. Caps. oblonga, acuminata, tecta, bilocularis. — SEM. numerosa, parva. [G. I. n. 387., II. 463., I. 532., VI. 604.]

„In quibusdam speciebus unica sexta pars numeri et flure eximitur (n. 3468, 3473).” *G. I. VI. a. a.* — „Species datur stam. 6.” *Act. ups. 1711. p. 81.* — „*Nyssopifotia* stam. tantum 6 gaudet (n. 3471, 2, 4, 5).” *G. I. u. a., VI.*

Obs. S. I. syn. Tournef. — Cf. de num. gen. II. cliff.

3466. **L. Salicaria Sp. I.:** L. fol. oppositis cordato-lanceolatis, flor. spicatis dodecandris. *Sp. I - S. VII. n. 1. Fl. suec. II. n. 422.* L. fol. oppos. H. cliff. p. 178. n. 1. Fl. suec. l. n. 393. Roy. lugdb. 458. Guett. stamp. 2. p. 122. L. fol. oblong. acutis, flor. verticillatis. Fl. lapp. u. 197. *Lysimachia* spicata purpurea Bauh. pin. 246.

Lysim. purpurea communis major Clus. hist. 2. p. 51. — *Var. β. Sp. I.*: Blattaria rubra spicata major, folio subrotundo. Moris. hist. 2. p. 490. s. 5. t. 10. f. 11. — *Var. γ. Sp. I.*: Lysim. trifolia spicata purpurea Boeck. mus. 167. — *Var. δ. Sp. I.*: Lysim. quadrifolia purpurea, mollifloribus et longior. foliis. Boeck. mus. 167. — Habitat in Europa ad ripas aquarum. 4. [Sp. I. II.]

Obs. *Var. „fol. alternis, fl. in alis solitariis“*, prope *Kemi beta*, commemoratur in *Claches. Lapp.* 2. p. 164. et) *Fl. Lapp. obs. β.* „Caulis erat pedalis, rectus, simplex; fol. alterna, cordato-lance., sessilia; flores ex singula ala foliorum superiorum prodeunt sicut sessiles. Unicum vidi talem plantam; vera autem variatio et non distincta erat species.“

H. cliff. syn. Salicaria vulgaris purpurea, fol. obl. Tourn. inst. 253. Boerh. Lugdb. I. p. 221. Blatt. rubra spic. etc. fol. acuto. Moris. l. c. f. 10., Bauh. Clus. II. cc., Bauh. hist. 2. p. 702., Pseudolysimachium purp. alterum Dod. pempt. 86.; — *var. α.* Salic. trifolia, caule tergono. Tourn. l. c., — *β.* Salic. purp. fol. subrotundis Tourn., Blattaria etc. fol. subrot. Moris. II. cc.

Fl. Lapp. syn. Tourn. l. c., Bauh. pin. l. c. et Till. ab. 42. Rudb. cat. 26. val. 22. hort. 69.

Fl. S. syn. Tourn. C. Bauh. II. cc. (et Till. Rudb. II. cc. in cl. I.); — *var. β.* (ut *α.* II. cl.); *γ.* (ut *β.* Fl. Lapp.)

3467. *L. virgatum Sp. I.*: L. foliis alternis (oppositis *S. III. sq.*) lanceolatis, panicula virgata, flor. dodecandris. *Sp. I. S. X. n. 7.*, *Sp. II. p. 642. n. 10.*, *ternis. S. III. S. XIII. n. 10.* Salicaria orientalis, salicis folio acutissimo et glabro. Tournef. cor. 18. S. glabra ramossissima, longissimis et angustissimis foliis. Anm. ruth. 89. Habitat in Sibiria, Tataria. — Caulis paniculatus, ramis alternis longis. Flores 2 s. 3, pedicellati, ex singula ala alterna ramem. [Sp. I. II.]

„Folia etiam in hac opposita sunt. Flores alterni.“ *Sp. II. app. p. 1681.* — „Variat rarius fol. alternis.“ *S. XII. XIII.*

Sp. II. app. l. c. et S. XII. XIII. add. syn.: „L. austriacum fol. oppos. linear-lance. subsessilibus nitidis, flor. dodecandris. Jacq. Vind. 243. descr. austr. t. 7. (S. XIII.) Lysimachia rubra non siliquosa Bauh. pin. 246. Lysim. purpurea 2. s. minor Clus. hist. 2. p. 51.“

3468. *L. fruticosum S. X.*: L. foliis oppositis subtus sub- (*S. XIII.*) tomentosis, flor. decandris, corollis calyce calyceque genitalibus brevioribus. *S. X. XIII. n. A.*, *Sp. II. n. 2.* — Habitat in China. 4. — Frutex cortice lacero. Folia opposita, sessilia, lanceolata, integerrima, subtus sub-tomentosa. [Sp. II.]

„Flores solitarii, pedunculati, subterminales.“ *Mant. II. p. 392. S. AIII.*

3469. *L. verticillatum Sp. I.*: L. foliis oppositis subtus tomentosis subpetiolatis, flor. verticillatis lateralibus. *Sp. I. S. X. n. 2.*, *Sp. II. S. VII. n. 4.* L. fol. oppos., fl. verticillatis. Gron. virg. 52. Habitat in Virginia. [Sp. I. II.]

„Pedunc. multiflori, brevissimi.“ *Mant. II. p. 392. S. XIII.*

3470. *L. petiolatum Sp. I.*: L. foliis oppositis linearibus petiolatis, flor. dodecandris. *Sp. I. S. X. n. 3.*, *Sp. II. S. VII. n. 5.* L. foliis petiolatis. Gron. virg. 52. Habitat in Virginia. [Sp. I. II.]

3471. *L. lineare Sp. I.*: L. foliis oppositis linearibus, flor. oppositis hexandris. *Sp. I. S. X. n. 4.*, *Sp. II. S. III. n. 6.* L. fol. linear., flor. hexand. solitariis. Gron. virg. 162. Habitat in Virginia. — Caulis filiformis erectus angulatus, foliis oppositis linearibus, terminatus spica majore et duabus lateralibus minoribus compositis ex flor. oppositis remotis; sub singulis folium. Facies *L. Hyssopifoliae*. [Sp. I. II.]

3472. *L. Parsonia S. V.*: L. foliis oppositis ovalibus, flor. sessilibus (*Sp. II. sq.*) alternis hexandris, caule diffuso. *S. X. n. 4. B.*, *Sp. II. S. VII. n. 3.* Parsonia herbacea, foliis ovatis oppositis, floribus singularibus foliis ad alterum latus interpositis. *Brown. jam. 199. t. 21. f. 2. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in Jamaica. 4. — Caulis prostrati. Folia subsessilia, nuda, integerrima, *trineruia* (*Mant. II. sq. I.*) Racemii alterni. Flores solitarii (*Sp. II., M. II.*), alteri sessiles. [Sp. II.]

3473. *L. Melanium S. X.*: L. foliis oppositis ovatis, flor. alternis subdecandris, caule prostrato. *S. X. n. 4. C.*, *Sp. II. S. III. n. 7.* Melanium herbaceum reclinatum, fol.

ovatis oppos., flor. singularibus ad alas alternas. *Brown. jam. 215.* Habitat in Jamaica. 4. [Sp. II.]

3474. *L. Hyssopifolia Sp. I.*: L. foliis alternis linearibus, flor. hexandris. Hort. ups. p. 118. n. 1. *Sp. I. S. X. n. 5.*, *Sp. II. S. VII. n. 8.* L. fol. alternis. II. cliff. p. 178. n. 2. Sauv. monsp. 53. Roy. lugdb. 458. Gort. gel. 271. Salicaria hyssopifolia latiore. Hall. jcn. 147. t. 6. f. 3. Hyssopifolia Bauh. pin. 218. — *Var. β. Sp. I.*: Lysimachia rubra non siliquosa Bauh. pin. 246. — *Var. γ. Sp. I.*: Lysimachia lineifolia purpureo-caerulea Bauh. pin. 246. — Habitat in Germaniae, Helvetiae, Angliae, Galliae inundatis. ☉. [Sp. I. II.]

„Caulis prostrati, rigidiuli, ramosi, virgati. Fol. alterna, sessilia, linear-lanceolata, obtusa, integerrima. Flores axillares solitarii. Cal. tubulosus dentibus 5 s. 6 patulis. Petala 6, purpurea, basi alba. Stam. 6, calyce breviora.“ *Mant. II. p. 392.*

H. cliff. syn. Salic. hyssopifolia, lat. Tourn. inst. 253. Boerh. lugdb. I. p. 222., Bauh. l. c., Hyss. aquatica Bauh. hist. 3. p. 792., II. s. Gratiola minor Bauh. prod. 108., Grati. angustifolia Raj. hist. 1055., Polygonum aquaticum majus Barr. rar. t. 773.; — *var. α.* S. h. fol. angustiore T., *β.* S. h. l. fl. albis T.; — *l. nat.* in Absalia, Angl., Gall., in Campania romana et Romae juxta serpentes aquarum rivulos in subhumidis, praesertim ubi aquae per hyemem stagnarunt.

H. ups. syn. Tourn., Hall. (opt.), Bauh. pin., II. cc., *l. nat. simil.* German.

3475. *L. Thymifolia Sp. I.*: L. foliis alternis linearibus, flor. tetrapetalis. *Sp. I. S. X. n. 6.*, *Sp. II. S. VII. n. 9.* L. fol. linearibus. Sauv. monsp. 49. Salicaria minima tenuifolia Tournef. inst. 254. — *Salic. hyssopifolia angustiore. Buxb. hal. 290. descr. (Sp. II.)* — Hyssopifolia minor s. potius thymifolia maritima Bauh. hist. 3. p. 792. Polygonum aquaticum minus Barr. ic. 773. f. 2. — Habitat in Italiae et G. Narbonensis uliginosis. ☉. — Petala 4, stamina 2, cal. 4dentatus. Fol. linear-lanceolata, alterna, ima opposita. Flores solitarii axillares. Calyx stipulis 2 lateralibus falcatis. D. Sauvages. [Sp. I. II.]

„Flor. solit. sessiles. Caulis erectus.“ *S. XIII.*

DCLXV. **GINORA** *Sp. II.*: Cal. 6fidus. Petala 6. Caps. bilocularis, 4valvis, colorata, polysperma. *S. III. XIII. n. 605.*

GINORA Jacq. 91. — *CAL.* Perianth. Iphyllum: Tubo campanulato; Limbo 6fido: laciniis lanceolatis, patentibus, coloratis, persistens. — *COR.* Petala 6, subrotunda, patentia, calyce longiora, unguibus longis collo calycis inserta. — *STAM.* Filam. 12, subulata, patula, longit. calycis, calyci inserta. Anth. reniformes. — *PIST.* Germen subrotundum, depressum. Stylus subulatus, longit. corollae, persistens. Stigma obtusum. — *PER.* Caps. depressosubrotunda, nitida, colorata, sub-4sulcata, 4valvis, bilocularis, apice deliiscentis. — *SEM.* plurima, minuta. Receptac. subrotundum, magnum. [G. I. n. 605.]

3476. *G. americana Sp. II. S. XII. n. 1.* — Jacq. amer. 148. t. 91. — Habitat in America. 5. — Frutex pulcher habitu Myrti. [Sp. II. m. m.]

ORDO II. DIGYNIA.

DCLXVI. **HELIOPARPUS** *G. I.*: Cal. 4phyllus. Petala 4. Styli simplices. Caps. bilocularis, compressa, utriusque longitudinaliter (9. S. I. I.) radiata. *S. I. I. p. 112. n. 530. (sub cl. XIII. 2.)*, *X. n. 533.*, *M. 606.*

HELIOPARPUS (*L., S. II.*). *Montia* Houst. *X. A.* — *CAL.* Perianth. 4phyllum, coloratum: foliis linearibus, longis, latiusculis, patentibus, deciduis. — *COR.* Petala 4, linearia, calyce multo breviora, angustiora. — *STAM.* Filam. 16, subulata, longit. fere calycis. Anth. didymae, lineares, incumbentes. — *PIST.* Germen subrotundum. Styli duo, erecti, longit. staminum. Stigm. acuta, distantia. — *PER.* Capsula turbinate-ovata, pedunculata. *compressa* (*G. I. I.*), perpendiculariter cincta ralis pinnatis ramosis, bilocularis. — *SEM.* solitaria, subovata. [* *G. I. p. 157. n. 444. et II. p. 243. n. 530. sub cl. XIII. 2., V. 533., VI. 606.*]

Obs. *Huc primo (et cl. XIII. 2.) in Sp. I. sq.* — *Cf. de nom. gen. fusions H. cliff. l. c.: de char. gen. plura in Prael. ed. G. s. p. 458.*

3477. **H. americana** *Sp. I - S. XII. n. 1.* Heliocarpus H. cliff. p. 211, t. 16. — *Trew. chret. t. 45. (S. X. Sp. II.)* Habitat in America meridionali (*Fera Cruce. Sp. II.*)
[*Sp. I. II.*]

„Caulis arboreus, humanae et sesqui-humanae altit., crassitie pollicis, erectus, teres, quoadmodum laevis, cinereus, punctis albidis elevatis oblongis transversalibus callosis adpersus, unde parum scaber. Ubi singulo anno desinit crescere caulis, sphaeolo corripitur summa pars, discedit et iuxta mutilatum apicem exeunt rami solitarii nonnulli erecti simplices, pari modo ac caulis ipse proximo anno ramos exserentes. Folia perfecte cordata, acuminata, inaequaliter serrata: serraturis ad basin pelatis concavis glandulosis. Nervi 5 e basi procedunt, quorum intermedius longitudinalis, laterales vero infra medium folii distributi. Ubi nervi longitudinales proximi desinunt, saepius exserit folium lobum parvum et acutum; inter nervos vasa quoadmodum recta linea connexa. Superficies utraque folii parum scabra, at viridis, concolor; diameter folii magnitudine saepe manus. Petioli inferiores deorsum nutant, intermediis patentissimi, superiores erecti, omnes longit. fere folii, teretes, stricti, ubi inseruntur folio ad apicem geniculo crasso instructi. Stipula utrinque adest petiolo, subulata, plana, reflexo-patens, decidua, brevis. Cum foliola decidunt, relinquunt cicatrices cum rudimento s, gemmula, quae per vitam arboris perdurant. — Anat vitam sub 65-70 gradus caloris. Horuit Decbr. 1735, fl. albo, racemo simplici erecto. Dum primum e sem. enascebatur, tanta gaudebat cum Triumfetta similitudine, ut eandem quavis facie diceret plantam (anbae enim Hibiscis simillimae sunt); at adulta major evadit haec, minor vero Triumfetta: Heliocarpus foliis caule et petiolis fere glabris, Tr, vero hisce omnibus tomentosis gaudet; folia II - pi plana sunt, Tr - ae rugosa; flores autem utrisque maxime diversi sunt, ut et fructus.” *H. cliff., cum pulchra iconc.*

DCLXVII. AGRIMONIA S. I.: Cal. 5 dentatus, altero obvallatus. Petala 5. Sem. 2, in fundo calycis. *S. II. n. 464., A. 534., XII. 607.*

AGRIMONIA Tournef. 155. Agrimonoides Tournef. 155. — **CAL.** Perianth. Iphyllum, 5fidum (*Spartium G. I.*), acutum, parvum, superum, persistens, altero calyce obvallatum. — **CON.** Petala 5, plana, emarginata: unguibus angustis, *calyci insertis* (*♀. G. I.*). — **STAM.** Filam. capillaria, corolla breviora, *calyci inserta* (*♀. G. I.*). Antherae parvae, *didymae, compressae* (*♀. G. I.*). — **PIST.** Germen inferum, Styli 2, simplices, longit. staminum. Stigm. obtusa. — **PER.** nullum. *Calyx collineoartatus, induratus* (*G. II - VI.*). — **SEM.** duo, subrotunda — **OBS.** Stamina valde numero incerta, alii 12, rarius 10, alii septem. — Agrimonoides T. calyx exterior adnatus interiori; sem. 2, stam. duodecim *ad viginti; fructus setis obvallatus* (*♀. G. I.*). — Agrimonoides T. calyx exterior liber ab interiori, semcu unicum, stam. septem circiter.

[* *G. I. n. 388., II. 464., V. 534., VI. 607.*]

Obs. In G. I. „Peric. Capsula brevis, calyce connivente coronata, tecta, decidua.” *dicatur: sed ibid. Add. p. 382, obs.* „Capsula a calyce fere producitur, eadem qua in Alchimilla methodo.”

Obs. S. I. syn. Agrimonoides T.

3478. **A. Eupatoria** *Sp. I: A. foliis caulinis pinnatis; impari petiolato* (*Sp. II sq.*), fructibus hispidis. *Sp. I. II. S. XII. n. 1. — A. fol. caul. pinn., foliol. nudig. serratis, omnibus minutis interstinctis, fruct. hisp. S. X. n. 1. — A. fol. omnibus pinnat., fr. hisp. H. cliff. p. 179. n. 1. et Fl. succ. l. n. 394., H. 423. II. ups. p. 118. n. 1. Mat. med. n. 221. Gron. virg. 53. Roy. lugdb. 240. Hall. helv. 407. Guett. stamp. l. p. 293. Dalib. paris. 139. Eupatorium veterum s. Agrimonia Bauh. pin. 321. Eupatorium Fuchs. hist. 244. Cam. epit. 756. Mill. ic. 15. (Sp. II.) — *Oed. dan. 588. (S. XII.)* — Habitat in Europae pratis apricis argillaceis. ζ . [*Sp. I. o. o., II.*]*

Sp. I. add. varr. β. A. medio modo odorata Moris. blaes., γ . Eupatorium odoratum Bauh. pin. 321., A. orientalis [*etc. vid. sp. sq.*] Tourn. cor. 21.

H. cliff. syn. Agrimonia Caesalp. syst. 319., A. officinarum Tourn. inst. 304. Boerb. lugdb. l. p. 179. Bauh. hist. 3. p. 308. Dod. prompt. 28., Moris. hist. 2. p. 614. s. 5. t. 31. f. 1-3.; — *varr. α.* A. santonenis odorata Tourn., Eup. odoratum santonense s. blaesense etc. Moris., — β . A. odorata Tourn., Eup. odoratum Bauh. pin. 321., E. maxime odor. Moris., — γ . Agr. orientalis [*etc. o. sp. sq.*] Tourn. cor. 21.; — *t. nat. specialior.* — *Obs.* „Hos

saepius 12 stamina gerit, saepe et 20. Dum receptaculum floris claudit collum calycis, sustinebit calyx capsulae vices.”

Fl. S. syn. Bauh. pin. Fuchs. Cam. II. cc. (*et Roy. Hall. Tourn. II. cc., in ed. I.*)

Mat. med. syn. Bauh. pin. I. c.

H. ups. syn. Roy. Hall. etc., *var. β.* A. orientalis etc. Tourn., *t. nat.* in Oriente. ζ .

3479. **A. repens** *S. X: A. fol. caulinis pinnatis; impari sessili, fruct. hispidis. Sp. II. S. XII. n. 2. — A. fol. caul. pinn., stipulis caulem obtegentibus, spica subrotunda sessili, fruct. hispidis. S. X. n. 1. A. (cum syn. Tourn.)* — A. orientalis humilis, radice crassissima repente, fructu in apicem brevem et densam congesto. Tournef. cor. 21. — Habitat in Oriente. — Affinis nimium A. Eupatoriae, sed caules breviores, crassiores, hirsuti, Stipulae longit. interstitium, reflexae, fere totum obumbrant caulem. Florium impar non pedicellatum. Spica brevis, densa, sessilis; Bracteis longit. florum. [*Sp. II.*]

„Foliola 3 extrema non interstincta folioli.” *S. X.*

Obs. Huc var. γ. et β. Sp. I., var. β, γ. II. cliff.?, β. II. ups.: cf. sp. praec.

3480. **A. Agrimonoides** *Sp. I: A. foliis caulinis ternatis, fruct. glabris. H. cliff. p. 179. n. 2. Roy. lugdb. 241. Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. S. XII. n. 3.* Agrimonoides similis Bauh. pin. 321. Agrimonoides Col. ecphr. l. p. 145. t. 144. Boerb. lugdb. l. p. 179. *Barrcl. ic. 612. (Mant. II. sq.)* — Habitat in Italiae nemoribus umbrosis humilibus. [*Sp. I. II.*]

„Stamina saepe vix ultra octo.” *Sp. II.*

H. cliff. syn. Col. Boerb. Barr. II. cc. *et* Tourn. inst. 301., Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 400. Moris. hist. 2. p. 615. s. 5. t. 31. f. 4.; — *t. nat.* inter vepres et frutices locis incultis ad Matesii radices septentr. respicientibus et in Aequileborum montibus, semper in umbrosis solique aversis: Columba. In mont. Latii et Sabinaeum ac sylv. editioribus Italiae nec non in collib. Tiburtinis secundum Albulam: Barrcl. — *Obs.* „Hujus flos hexandrus est.”

ROSARUM varietates longe plures possidemus et nos et curiosi alii circumjacentes, ut solus Cl. Boerh. in suo Paradiso circiter 70 distinctas, e toto orbe conquisitas, vivas colat. — Nos de Rosarum catalogo parum solliciti sumus, quamdiu species distinguere non novimus; omnes enim quae in hortis extant, plenae et monstruosae sunt; nec species determinatae in Rosis ab ullo sunt, nec possunt ab alio, quam qui in locis natalibus examinet, describi. Descriptiones datae, sunt varietatum, non specierum notae. Variant deiu fructu non minus quam Pyra vel Poma.

[H. cliff. p. 191-2.]

4*. [Rosa ex Hort. ups. — R.]

[Obs. Hoc loco plane species collectiva, totum genus amplectens, a Linnaeo exhibetur. — Ipsae varr. haud difficulter enumerandae. R.]

3753. — Rosa [etc. vid. n. 3744.] Fl. succ. I. n. 406. — Varr. β. R. rubra multiplex Bauh. pin. 481. Off. R. rubra. Suec. Province-rosor. — γ. R. odore cinnamomi, fl. pleno. Bauh. pin. 483. Suec. Canel-ros. — δ. R. omnium calendarum Hort. Reg. Par. Tourn. inst. 639. Suec. Mohnads-rosor. — ε. R. minor, rubello flore, quae vulgo a mense majo majalis dicitur. Bauh. pin. 483. Suec. Jungfru-ros. — ζ. R. lutea multiplex Bauh. l. c., Suec. Gula rosor. — η. R. versicolor Bauh. pin. 481. R. praenestina (etc.) Bauh. hist. 2. p. 37. Suec. Brokuga rosor. — θ. R. alba fl. pleno Besl. cyst. vern. 6. t. 3. f. 1. R. alba vulg. major Bauh. pin. 482. Off. R. alba. Suec. Hvita rosor. — ι. R. centif. batavica 2. Clus. R. multipl. media Bauh. pin. (ll. cc.) Barkanum Cels. hierobot. 2. p. 192. Off. R. damascena. Suec. Holländska rosor. — κ. R. eglanteria Tab. ic. 1087., R. sylv. fol. odoratis Bauh. l. c. Suec. Engelskt Törne. — Habitat in Europa. η. [H. ups. p. 132. n. 1.]

DCXCH. **RUBUS S. I.**: Cal. 5fidus. Petala 5. Bacca composita acinis Ispermis. S. II. n. 485. (a. a.), X. n. 557., XII. III. 632.

RUBUS Tournef. 385. — CAL. Perianth. Iphyllum, 5partitum, laciniis lanceolato (cf. G. VI.) oblongis, patentibus, persistentibus. — COR. Petala 5, subrotunda, longit. calycis, erecto-patentia, calyci inserta. — STAM. Filam. numerosa, corolla breviora, calyci inserta. Anth. subrotundae, compressae. — PIST. Germ. numerosa. Styli parvi, capillares, e latere germinis orti. Stigm. simplicia, persistentia. — PER. Bacca composita: acinis subrotundis, in capitulum convexum, infra concavum, collectis: singulis unilocularibus. — SEM. solitaria, oblonga. Receptaculum pericarpiorum concium.

[* G. I. n. 413., II. 485., V. 557., VI. 632.]

„Acini baccarum coaditi sunt in baccam compositam (G. VI.): nec sine laceratione distinguibiles, G. I-VI., excepta unica specie (saxatili G. V.), in qua distincti decidunt.“ G. I-V. — „R. saxatilis acinis distinctis baccae profert; R. Chamaemorus dioicis est.“ G. VI.

Obs. S. I. syn. Chamaemorus Rj. — Cf. de char. gen. Am. ac. VIII. p. 170. — Sabest Dalibarda Sp. I-S. X.: q. cf. sub n. 3768.

* FRUTESCENTES.

3754. R. idaeus Sp. I.: R. foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. Sp. I-S. XII. n. 1. Fl. succ. II. n. 446. R. fol. quinato-pinn., caule hispido. Fl. succ. I. n. 408. Mat. med. n. 242. II. ups. p. 133. n. 1*. R. caule erecto hispido, foliis ternatis. Fl. lapp. n. 204. Hort. cliff. p. 192. n. 3. Roy. lugdb. 273. R. idaeus spinosus Bauh. pin. 479. — Var. β. Sp. I.: R. idaeus fructu albo Bauh. pin. 479. — Var. γ. Sp. I.: R. idaeus laevis Bauh. pin. 479. — Habitat in Europae lapidosis. 4. 3. [Sp. I. II.]

„Caul. erecti vel parum reflexi, virides, bipedales, biennes, adspersi aculeis minimis, confertioribus. Fol. quaedam quinato-pinnata, alia ternata, serrata, subtus albo-tomentosa. Pedunc. hispidi; altero anno fructificat et caulis perit.“ Fl. S. II.

H. cliff. syn. R. id. spin. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 60., Bauh. hist. 2. p. 59., R. idaeus Dod. pempt. 743. Lob. hist. 619. R. tertius montibus proprius Caesalp. syst. 98.; — varr. α. ut β. Sp. pl., β. R. id. non spinosus Dalech. hist. 121. Bauh. hist. 2. p. 60., R. id. laevis C. B. l. c.; — t. nat. simil.; — obs.: „Caulis est hispido seu setis rigidis facile deciduis obsi-

tus, quae parum vel nil pungunt, hinc aculeatus ut priorum [n. 3759-60.] juste dici nequit.“

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c. Till. ab. 60., Lind. wiks. 33., R. id. hircinus cervinus Frank. spec. 36., Rudb. cat. 36. Scheff. lapp. 359., Hindbeeren Schell. botn. 30.

Fl. S. syn. C. Bauh. l. c., R. idaeus Dod. pempt. 143. (et Lind. Rudb. Frank. ll. cc. in ed. I.)

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — H. ups. l. c. sola varr. β. R. vulg. major fr. albo. Raj. syn. 3. p. 467. η. 3.

Am. ac. 5. p. 221. brevis hist. fruticis. — Am. ac. 2. p. 216. gemmarum deser.

3755. R. occidentalis Sp. I.: R. foliis ternis (ternatis Sp. II.) subtus tomentosis, caule aculeato, petiolis teretibus. S. X-XIII. n. 2. R. fol. quinato-pinnatis ternatisque, caule acul., pct. teret. Sp. I. n. 2. — Kalm. it. 2. p. 283. (S. X. Sp. II.) — H. caule suberecto leviter aculeato, fol. ternat., fructu nigro. Gron. virg. 2. p. 78. (M. II. sq.) — R. fol. longioribus subtus molli lanugine obductis et incanis, fl. et fructu minoribus. Sloan. jam. 173. hist. 2. p. 109. t. 213. f. 1. Raj. dendr. 76. R. idaeus, fructu nigro, virginianus. Dill. elth. 327. t. 287. f. 319. — R. americanus magis erectus, spinis rarioribus, stipite caeruleo. Pluk. alm. 325. (Sp. II.) — Habitat in Canada. Kalm. 4. [Sp. I. II.]

„Caulis teres, laevis, aculeis recurvis, nebula caerulea obductus. Petioli teretes, aculeis recurvis. Folia ternata intermedio pedicellato, ovata, inciso-serrata, subtus albo-tomentosa. Racemus terminalis. Fructus niger; variat etiam fructu rubro, magis acido et grato quam R. idaei. Differt imprimis a Rubo idaeo, cui simillimus: petiolis teretibus nec canaliculatis (Sp. I.): foliis saepius ternis, quoniam lateralia foliola saepe duo evadunt et tum ternatis, nec pinnatis: foliolis lateralibus saepius angulatis; aculeis alternis, recurvis, nec sparsis et confertis. Petioli etiam aculeati; sed primo intuitu nebula caerulea caulis dignoscitur.“ Sp. I. et (add. curs.) Sp. II.

„Fructus sapidissimus fere R. arctici. Caulis nebula caerulea, a R. idaeo mox distinguendus.“ Mant. II. p. 399, et (excl. curs.) S. XIII.

3756. R. hispido Sp. I.: R. foliis ternatis nudis, caulibus petiolisque hispido. Sp. I-S. XII. n. 3. Habitat in Canada. Kalm. η. — Caulis viticulis longis, procumbentibus, lignosis, una cum petiolis adspersi setis rigidis. Folia ternata, nuda, inciso-serrata: intermedio pedicellato. Pedunculi etiam hispidi. [Sp. I. II.]

„Caulis et petioli hispidissimi strigis rigidulis.“ M. II. p. 400. (et S. XIII.)

3757. R. parvifolius Sp. I. app.: R. foliis ternatis subtus tomentosis, caule hirtulo (S. X. XII.) petiolisque aculeis recurvis. Sp. I. app. p. 1197. n. 11., S. X. n. 3. A., Sp. II. p. 707. S. XII. n. 7. — R. moluccanus parvifolius Rumpf. amb. 5. p. 88. t. 47. f. 1. (Sp. I. sq.) Habitat in India. Osbeck. η. — Caulis fruticosi, teretes, incani. Folia ternata (Sp. I.) subtus albo-tomentosa, venosa, petiolis subtus recurvato-aculeatis. Calyceis tomentosi, in racemum digesti. [Sp. I. II.]

„Caulis subtomentosus aculeis reflexis copiosissimis.“ Mant. II. p. 400.

3758. R. jamaicensis Mant. I.: R. foliis ternatis subtus tomentosis, caule petiolis foliolisque sub-(M. I.) pubescentibus recurvatoque aculeatis. M. I. p. 75. S. XII. XIII. n. 14. — R. fol. longioribus subtus molli lanugine obductis et incanis, fl. et fructu minoribus. Sloan. jam. 2. p. 109. Raj. dendr. 76. — Var. β.: R. fl. albo pleno. Magn. hort. 175. — Habitat in Jamaica proximisque. η. — Differt a R. parvifolio: caule non incano, sed in junioribus laeviter pubescente, alias nudo. Caulis ut in R. fruticoso. Folia ternata, supra laevia, subtus albo-tomentosa, inciso-serrata. Aculei in caule, petiolis et costa foliorum. [Mant. I. p. 75-6.]

3759. R. caesius Sp. I.: R. foliis ternatis subnudis: lateralibus bilobis, caule tereti aculeato. S. X. XII. Sp. II. n. 4. R. fol. ternatis nudis (Sp. I.), caule aculeato, II. cliff. p. 192. n. 2. Fl. succ. I. n. 410. Roy. lugdb. 273. Hall. helv. 344. Sp. I. n. 4., tereti. Fl. succ. II. n. 447. — Gron. virg. 163. (θ. Sp. II.) — H. caule ac. reflexo perenni, fol. tern. Fl. lapp. n. 169. [H.] —

R. repens, fructu caesio. Bauh. pin. 479. *R. minor* Dod. pempt. 742. — Habitat in Europae dumetis. *γ*. [*Sp. I. II.*]
„Folia subtus non tomentosa, quamvis saepe pubescentia,”
Sp. I. II.

„Caulis inter strigositatem adpersus aculeis tenuissimis,”
Mant. II. p. 400. S. XIII.

„Caul. 3pedales, teretes, putpurascetes, ramosi, apice sarmentoso-nutantes: aculeis sparsis, parvis, recurvis. Fol. ternata, subtus viridia; serrata: Foliolum intermedium ovatum; lateralia sublobata, Baccae succedaneae sunt Mori baccarum, sed minus tonicae,” *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 60., *R. minor* fr. caeruleo Bauh. hist. 2. p. 59., Dod. l. c.; — *l. nat.* in dumetis, aeris, juxta vias et ripas freq. in Suec. Germ. Belg. Angl. Gallia.

Fl. S. syn. Bauh. pin. Dod. II. cc. (et Gron. Roy. Hall. II. cc. in ed. I.) — *Fl. lapp. (casu om.) syn.* Bauh. pin. l. c.

Am. n. c. 5. p. 221. brevis hist. nat.; ibid. 2. p. 215. gemmarum descr.

3760. *R. fruticosus Sp. I.*: *R. foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolosisque aculeatis.* Fl. succ. I. n. 409., II. 444. *Sp. I. S. XII. n. 5.* *R. caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis.* *H. cliff. p. 192. n. 1.* Gron. virg. 163. Roy. lugdb. 273. *R. vulgaris s. R. fructu nigro.* Bauh. pin. 479. *Rubus Cam. epit. 75 I.* — *Var. β. Sp. I.*: *R. vulgaris major, fructu albo.* Raj. angl. 3. p. 467. — *Var. γ. Sp. I.*: *R. flore albo pleno.* Magn. hort. 175. — Habitat in sepibus praesertim maritimis Europae. *γ*. [*Sp. I. II.*]

„Caulis subangulatus, longissimus, folia subtus subvillosa,” *Sp. II.*

„Caulis sarmentis aliquot orgias longis, longe lateque dumeta scandentibus, radices interdum agentibus, subangulatis; aculeis alternis, validis, recurvis. Fol. digitata, quinata, acute et inaequaliter serrata, subtus villosa-mollia, viridia; Foliolum intermedium majus, cordatum, pedicellatum; reliqua sessilia: infima minima retrospiciantia.” *Fl. S. II.*

„*Rubus maximus fructu nigro* crescit inter frutices et ad sepes (inter *Leram* et *Gotheburg*): multo altior et crassior *Rubo caesio*. Flores eorinophi. Petala, stam. et pist. alba. Cal. 5partiti, foliolis ovatis concavis acuminatis. — Nondum in Suecia spontaneum inveneram. In Anglia vulgaris est, ubi illum ad sepes vivas additum invenio, quas valde conuocet et firmat.” *It. restg. p. 135.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 60., *R. major* fr. nigro. Bauh. hist. 2. p. 57., *Rubus Caesalp. syst. 98.* Dod. pempt. 743. Lob. hist. 619. Dalech. hist. 119.; — *curr. α. β. ut β. γ. Sp. pl.*; — *l. nat.* in Germ. Belg. Gall. Ital., omnium autem copiosissime in Angliae sepibus.

Fl. S. syn. Gron. C. Bauh. Cam. II. cc. [*Obs. Folia „quinato-pinnata” dicit Fl. S. II., catami lapsu? R.*]

Am. n. c. 5. p. 220. brevis hist. fruticis.

Am. n. c. 2. p. 215. gemmarum descr.

3761. *R. canadensis Sp. I.*: *R. foliis digitatis densis quinis ternatisque, caule inermi.* *Sp. I. S. XII. n. 6.* — *Mill. icen. t. 223. (Sp. II.)* — Habitat in Canada. Kalm. — Caulis subpurpureus. Foliola lanceolata, utrinque nuda, tenuissima, argute serrata. Bractae lanceolatae. Stipulae lineares, acutae. [*Sp. I. II.*]

3762. *R. odoratus Sp. I.*: *R. foliis simplicibus (Sp. I. sq.) palmatis, caule inermi multifolio multifloro.* *H. cliff. p. 192. n. 4.* H. ups. p. 133. n. 1. Roy. lugdb. 274. *Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 9.* — *Mill. ic. 223. (S. X. Sp. II.)* — *R. odoratus Corn. canad. 149. t. 150.* — Habitat in Canada. *4. γ.* [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Corn. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 60. Raj. hist. 1640., *R. idaeus maximus americanus* non spinosus, fl. roseo, fr. compressiori. Pluk. aim. 325.; — *l. nat.* Amer., forte Canada. — *Obs.*: „Caulis ramosus, multifolius, multiflorus; pedunculis hirsutis; cor. magnis rubris; foliis angulato-palmatis, 3-vel 5angulis; fructus apud nos nullus.”

H. ups. syn. Corn. l. c., *l. nat.* Canad. *4.* *Add. obs. de Lawsonio, medico, a quo missa species.*

3763. *R. moluccanus Sp. I. app.*: *R. foliis simplicibus cordatis sub- (S. XII. sq.) lobatis, caule aculeato decumbente.* *Sp. I. app. p. 1197. n. 12., S. X. n. 7. B., Sp. II. S. XII. n. 8.* — *R. moluccanus latifolius Rumpf. amb. 5.*

p. 88. t. 47. f. 2. (Sp. I. sq.) — Habitat in Amboina. *γ.* [*Sp. I. II.*]

„Flores paniculati. Petala calyce breviora. Germina hirsuta, Stylis staminibus longiores.” *Mant. II. p. 400. S. XIII.* — „Folia subtus tomentosa,” *S. XIII.*

3764. *R. japonicus Mant. II.*: *R. fol. simplicibus cordatis oblongis serratis, caule inermi suffruticoso.* *S. XIII. p. 395. n. 0.* *R. inermis fruticulosus, fol. cord. obl. serratis.* *M. II. p. 245.* — Habitat in Japonia. *γ.* — *Frutes humilis.* Caul. erectus, laevis, angulatus, parce ramosus. Fol. alterna, petiolata, simplicia, ovata s. ovato-oblonga, acuminata, acuta, duplicato-serrata, utrinque laevia. Pedunc. filiformis, longit. corollae, terminalis, solitarius. Flos magnit. *Frugariae*: petalis subrotundis, albis, calyce parvo. [*Mant. II.*]

* * * * * **HERBACEI.**

3765. *R. saxatilis Sp. I.*: *R. foliis ternatis, flagellis nudis (Sp. II. nec rel.) reptantibus herbaceis.* Fl. succ. I. n. 411. H. 447. *Sp. I. S. X. n. 8., Sp. II. S. XII. n. 10.* — *Jacq. vind. 245. (S. XII. sq.)* — *Oed. dan. 134. (S. XIII.)* — *R. caule repente annuo, fol. ternatis.* Fl. lapp. n. 206. Roy. lugdb. 274. Hall. helv. 344. *Chamaerubus saxatilis Bauh. pin. 110.* Habitat in Europae collibus lapidosis. (*4. Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Baccarum acini in hac specie distincti, nec coacti sunt uti in reliquis: a pueris tantum expetiti. Repit longissimis filiformibus annuis herbaceis flagellis, iisque hispidis, adpersis saepe spicis debilibus.” *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. *R. idaeus, fructu rubi, fere absque ullis spinis.* Siml. alp. 132. a., *R. alpinus humilis Bauh. hist. 2. p. 61., R. humilis repens saxatilis Frank. spec. 36., R. repens saxat.* Rudb. hort. 110., *R. saxat. alp. Clus. pan. 116., C. Bauh. l. c. et Scheuch. alp. 34., Labrusca (major et minor) Till. ab. 37. Liod. wiks. 20., Vitis sylvestris (etc.) repens Frank. spec. 38.* Rudb. it. 9., *Vitis ribes saxatilis, fructu umbellato.* Rudb. it. 9. — *Obs. acinos distinctos decidere.*

Fl. S. I. syn. Roy. Hall. Clus. Rudb. Frank. Lind. Till. Bauh. pin., II. cc.

Fl. S. II. syn. Clus. Bauh. pin. II. cc.

3766. *R. arcticus Sp. I.*: *R. foliis ternatis, caule inermi unifloro.* Fl. succ. I. n. 412., H. 448. Mat. med. n. 244. *Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII. n. 11.* — *Oed. dan. 488. (S. XIII.)* — *R. caule unifl., fol. ternatis.* Fl. lapp. n. 207. t. 5. f. 2. *H. cliff. p. 292. n. 5.* Roy. lugdb. 274. *R. humilis, fl. purpureo.* Buxb. cent. 5. p. 13. t. 26. mala. *R. trifolius humilis non spinosus, sapore et odore fragariae, fructu rubro polyocco.* Amm. ruth. 185. Habitat in Bothnia Sueciae, Sibiria, Canada. *4.* [*Sp. I. II.*]

„Radix repens, filiformis, perennis. Gemma squamis 2, oppositis, acuminatis; tum 3, alternis, obtusis. Caul. unicus, palmaris, filiformis, erectusculus, inermis. Rami rariores, simplices, breviores, axillares, plerique steriles. Stipulae ovatae, integrae, persistentes. Fol. alterna, petiolata, ternata. Foliola rhombea, serrata, subplicata. Flos pedunculatus, terminalis, Cal. 5partitus, acuminatus, erectus. Petala 5, purpurea. Filam. purpurea. Anth. albae. Bacca composita, atropurpurea, aescens, fragrans odore et sapore, receptaculo arcte affixa, nec decidua.” *Fl. S. II.* — *Descr. longior et quasi monographia cf.: Fl. lapp. l. c. obs. α-μ., cum icone.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., *l. nat.* Suec. sept., Amer. sept. — *Mat. med. syn.* Fl. lapp., *l. nat.* Norlandiae pasc. *4.*

Fl. S. I. II. syn. *R. humilis fragariae folio, fr. rubro.* Rudb. it. 9. lapp. 99., Buxb. l. c. „pessima”, Amm. l. c. *Frugaria fruticans (etc.)* Rudb. cat. 17. hort. 43. Frank. spec. 14.

Fl. lapp. syn. endem. excl. Buxb. Ann.

Lacches. lapp. l. p. 52. pauca in hanc et seq. sp.

3767. *R. Chamaemorus Sp. I.*: *R. foliis simplicibus lobatis, caule unifloro, Sp. I. S. X. n. 10., dioico.* *Fl. S. II. n. 449., inermi. Sp. II. S. XII. n. 12.* — *R. fol. simpl., caul. ifloro.* Fl. succ. I. n. 413. Mat. med. n. 244. — *R. caule bifloro unifl., fol. simpl.* Fl. lapp. n. 208. t. 5. f. 1. *H. cliff. p. 192. n. 6.* Roy. lugdb. 279. *Chamaerubus foliis ribes.* Bauh. pin. 480. *Morus norvegica Till. aboens. 47. t. 150. Oed. dan. t. 1. (Sp. II. al.)* — Habitat in Suecia paludibus uliginosis, turfosis, frequens. *4.* [*Sp. I. II.*]

„Planta dioica est.“ *Sp. I. app., Sp. II.* — „Herba dioica; radix vero maris et feminae unitae sub terra in monocam, observante D. C. Solfandro.“ *S. X. et (casu?) XII. XIII.*

„Plantae in hac specie aliae mares, aliae feminae sunt, sexu distinctissimo. — Radix filiformis, ramosa, repens. Caul. inermis, palmaris, annuus, simplicissimus, adspersus villis capitatis, basi squamis gemmaeicis, 3, alternis, amplicaulibus, purpureis, ovatis. Folia 3, alterna, petiolata, globa, inaequaliter serrata, plicata, rugosa, adspersa pilis mixtis simplicibus et capitatis; supra viridia pilis capitatis rarioribus. Stipulae binae, obtusae, ad basin petioli infimi tantum. Flos terminalis, unicus, pedunculatus; Calyce 5partito, patente: Petalis 5, albis, magnis, obovatis, venosis. Maribus Stamina numerosa, anth. flavis. Feminis rudimenta staminum. Pist. plurima, ovata, Styli filiformes. Stigm. obtusa. Bacca composita, pallide rufa, aquosa, decidua. Floret cum Adonide vernali, Paulo et Tulipa. Figura Clusii male caulem flexuosum multifolium, fol. acuta, florem parvum, fructum oblongum sistit.“ *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., Chamaemorus Raj. syn. 260., Bauh. pin. Till. II. cc., l. nat. simil. — *Mat. med. syn.* Bauh. pin., l. nat. simil.

Fl. lapp. syn. R. humilis palustris, fructu e rubro flavescente. Rudb. it. 9, lapp. 99., l. palust. folio ribes, Frank. spec. 37., C. Bauh., Raj., Till. ab. ic., II. cc., Chamaemorus suecorum Rudb. hort. 27. Brom. goth. 18., Chamaem. norvegica Lind. wiks. S., Scheff. lapp. 359., Hiortron suecis Schell. botn. 30. — *Add. obs. variae: α-δ., cum descr. (obs. δ.) et icone bona.*

Fl. S. syn., excl. Scheff. Schell., eadem (et Chamaemorus Clus. hist. 1. p. 118. in ed. 11da.)

3768. **R. Dalibarda Sp. II.**: R. foliis simplicibus cordatis indivisis crenatis, scapo aphylo unifloro. *Sp. II. S. XII. n. 13.* — Dalibarda repens Sp. pl. l. p. 491., *S. X. p. 1062., n. 1. (sub cl. XII. 4.)* — Habitat in Canada. Kalm. 2. [*Sp. I. II.*]

„Radix repens. Stolonis repentes, herbae. Folia *Viola (Sp. II.)*, cordata, obtusa, obtuse (*Sp. I.*) crenata, venosa, pilis raris adspersa. Petioli pilosi, longit. foliorum (foliis saepe longiores *Sp. I.*). Scapi nudi s. aphylli (*Sp. II.*), pilosi, longit. foliorum (*petiolorum Sp. I.*), uniflori. Calyx 5partitus. Cor. alba. Semina 5, ovata, nuda.“ *Sp. I. II.* — „Stamina longit. corollae. Ante flores masculi et feminei in eadem planta? Habitus suadet conjunctionem cum Rubo, imprimis Chamaemoro, vel utraque distinguenda a Rubis.“ *Sp. II.* — „Diversa a Rubo seminibus nudis.“ *Sp. I.*

„Folia subtus unda.“ *S. XIII.*

[*3.*] **DALIBARDA**: Cal. 5fidus. Petala 5. Styli 4, laterales. Sem. 5, nudiuscula.“ *S. X. p. 1062. n. 555., sub cl. XII. 4.* —

„**DALIBARDA** auctore P. Kalm. — Cal. Perianth. Iphyllum, 5partitum: Lobis ovato-oblongis, persistentibus. Cor. Petala 5, ovata, aequalia, calyci inserta. Stam. Filam. plurima, capillaria, longit. corollae, calyci inserta. Anth. subrotundae. Pist. Germina 5, ovata. Styli capillares, longit. staminum, infra intraque apicem germiini inserta. Stigmata obtusa. Per. 0. Sem. 5, ovata, glabra, longit. fere calycis. Obs. Habitus Rubi Chamaemori, praesertim fructificationis.“ * *G. V. p. 217. n. 555., sub cl. XII. 4.]*

DCXIII. FRAGARIA S. I.: Cal. 10fidus (φ. S. I.). Petala 5. Receptaculum seminum ovatum, baccatum, *S. I. n. 486., deciduum. S. X. n. 558., III. 633.*

FRAGARIA Tournef. 152. — **CAL.** Perianth. Iphyllum, planum, semi-10fidum, laciniis alternis exterioribus, angustioribus. — **COR.** Petala 5, subrotunda, patentia, calyci inserta. — **STAM.** Filam. 20, subulata, corolla breviora, calyci inserta. Anth. lunulatae. — **PIST.** Germ. numerosa, minima, in capitulum collecta. Styli simplicis, lateri germiinis inserti. Stigm. simplicia. — **PER.** nullum: *Bacca sit (G. VI.)* receptac. commune seminum rotundo-ovatum, basi planum (basi truncatum *G. VI.*), pulposum, molle, magnum, coloratum, deciduum. — **SEM.** numerosa, minima, acuminata, per superficiem receptaculi sparsa, non decidua (φ. *G. VI.*). — **OBS.** Receptaculum commune hic bacca vulgo salutatur. [** G. I. n. 411., II. 486., V. 558., VI. 633.]*

Obs. S. I. syn. Camaroides Poncelet. — *Plura de speciebus (quas vix ultra 2 esse ait) et de ord. nat. (Senticosarum) cf. in*

Diss. de fragis: Am. ac. 8. p. 170. sq. — Pauca de fructus natura ibid. p. 175., II. cliff. p. 193. et Fl. lapp. obs. η. φ.

3769. **F. vesca Sp. I.**: F. flagellis reptantibus. *S. XII. XIII. n. 1.* F. flagellis reptans. *H. cliff. p. 192. n. 1. H. ups. p. 133. Fl. succ. l. n. 414., II. 450. Mat. med. n. 245. Roy. lugdb. 274. Hall. helv. 243. Sp. I. II. S. X. n. 1. F. vulgaris Bauh. pin. 326. Fl. lapp. n. 209. Gron. virg. 56. — Farr. (α.) sylvestris Sp. I. II.: F. fructu albo Bauh. pin. 326. — Farr. β. pratensis Sp. II. (sativa Sp. I.): F. fructu parvi pruni magnitudine. Bauh. pin. 327. — Farr. γ. chiloensis Sp. I. II.: F. chiloensis, fructu maximo, foliis carnosis hirsutis. Dill. clth. 145. t. 120. f. 146. — Habitat in Europae borealis sterilibus, duris, apricis. 2. [*Sp. I. II.*]*

„Var. β. pratensis, quae in hortis sativa audit, distinguitur bacca a calyce non sponte secedente, et ejusdem scrobiculis pro singulari seminibus.“ *Sp. II.*

„Var. β. [lege δ.] Fr. muricata. Varietas ex Hallero.“ *S. XIII. — [Cf. n. 3771. R.]*

H. cliff. syn. Fragaria Caesalp. syst. 554., F. vulg. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. l. p. 41., F. ferens fraga rubra et alba, Bauh. hist. 2. p. 394., Fragaria et fraga Dod. pempt. 672. Lob. hist. 396.; — *varr. α. β. ut α. β. Sp. pl., γ. F. virginiana, fr. coccineo. Moris. hist. 2. p. 186., δ. F. chiloensis (etc.) Fretz. itin. 70. t. II. Dill. l. (ad γ. Sp.) c., F. crassis rugosis foliis, fl. et semine carens. Boerh. lugdb. l. p. 42.; — l. nat. vulg. per Europ., praes. sept., uti Suec. Norv. Russia. In Americae variis locis etiam occurrit, ubi major, ut in hortis nostris.*

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c. Fragaria Till. ab. 29. ic. 113., F. minor Rudb. vall. 14. fr. rubro. Rudb. cat. 17. hort. 43. Lind. wiksb. 13., F. haccis rubris Frank. spec. 14.; — *varr. α. F. min. fr. dulci (subalbido) Lind. Rudb. cat. hort. II. cc., — β. F. minima vesca Lind. l. c., F. altera Dod. l. c. fig., Trifolium nodosum repens Rudb. lap. 100., — γ. F. parvi pruni magn. Rudb. lap. 100., Erdbeeren Schell. botn. 30. — Obs. ε.: „Var. ista α. saepius in locis umbrosis legitur; β. autem inter lapides stolonis reptantes exserit et communiter sterilis est; γ. vero in Lapponia rarissima, communiter parva pruno.“*

Fl. S. syn. F. vulg. Bauh., Till. II. cc. (et Roy. Hall. Rudb. Lind. frank. II. cc. in ed. I.); — *varr. β. γ. ut α. et γ. Fl. lapp. (excl. syn. Schell.)*

Mat. med. syn. F. vulg. Bauh. l. c.

H. ups. sola var. β. (ut β. Sp. pl.) „Suecis Jordgubbar.“

Obs. Plura de hac specie cf. Am. ac. l. c. — De F. chiloensi fusius ibid. p. 172., ubi pro specie dubia. — F. sylvestris et pratensis: cf. ib. p. 173-4. — Et F. muricata ibi var. habetur: cf. n. 3771.

3770. **F. mouophylla S. XII.**: F. fol. simplicibus. — Misit D. Anton. Nic. Duchesne. An varietas *F. vescae*? folium cum primum ternatum est, sed scapus longior, petala minor, calyces incis. Vide Duchesne Monogr. Fragariae. [*S. XII. XIII. n. 4.]*

Obs. Cf. pauca in Am. ac. 8. p. 173-4.

3771. **F. muricata Sp. I.**: F. caule erecto suffruticoso, foliis hirsutis. *Sp. I - S. XII. n. 2. — F. vesca β. S. XIII. p. 396. n. 1. — F. arborea, fl. herbaceo. Zan. hist. F. major vesca, fl. herbaceo. Moris. hist. 2. p. 186. — F. fructu spinoso. Barr. rar. 591. t. 90. (S. XII.) — Habitat in - - - 1). — Folia inter flores distinguuntur hanc a prima [*n. 3769.]* [*Sp. I., †. Sp. II.*]*

„Baccae nisi a seminibus denudatae vix deglutitendae.“ *S. XII.*

„Excludatur, cum sit tantum varietas, Haller.“ *Mant. II. p. 400. [Simil., ex cod. aut., Am. ac. 8. p. 173., ubi pauca. R.]*

3772. **F. sterilis Sp. I.**: F. caule decumbente, ramis floriferis laris. *S. VII. XIII. n. 3. — F. caule decumb. repente. Roy. lugdb. 274. Dalib. paris. 147. Sauv. monsp. 177. Sp. I. II. S. A. n. 3. — Huds. angl. 195. (Sp. II.) — Faill. paris. t. 10. f. 1. (Mant. II.) — (β. Sp. I.): F. sterilis Bauh. pin. 327. F. sterilis s. minime vesca hirsuta minime incana Moris. hist. 2. p. 186. s. 2. t. 19. f. 5. F. sylvestris minime vesca s. sterilis Lob. ic. 698. — Habitat in Anglia, Helvetia (Sp. II.). 2. — Caudes procumbentes, nullus rectus. Pedunc. axillares, uniflori. Foliola ovalia. Baccae exsuccae. [*Sp. I. II.]**

„Sutculi crassi, depressi, tecti Stipulis lanceolatis, ferrugineis. Folia ternata, obovata, serrata, retusa, laxiora, pilosa, sulcus al-

bida: petiolis valde pilosis. Caules floriferi, filiformes, decumbentes, laxi, foliis raris minoribus. Flores solitarii, pedunculati, albi." *S. XII. XIII.* — „Folia sericea, flagella nulla." *Mant. II. p. 400, S. XIII.*

Obs. Plura de hujus diff.: *Am. ac. S. p. 172.* — *Signum β. casu add. videtur in Sp. I.* — *R.*

DCCXIV. POTENTILLA S. I.: Cal. 10fidus (β. S. I. I.). Petala 5. Sem. subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa. *S. I. n. 487., A. 559., VII. 634.*

POTENTILLA. Quinquefolium et Pentaphylloides Tourn. 153. — **CAL.** Perianth, Iphyllam, planiusculum, semi-10fidam: laciniis alternis minoribus, reflexis. — **COR.** Petala 5, subrotunda, patentia, unguibus calyci inserta. — **STAM.** Filam. 20, subulata, corolla breviora, calyci inserta. Antherae elongato-lunulatae. — **PIST.** Germina numerosa, minima, in capitulum collecta. Styli filiformes, longi, staminum, lateri germinis inserti. Stigm. obtusa. — **PER.** nullum. Receptac. commune seminum subrotundum, exsuccum (*G. VI.*), minimum, persistens, seminibus tectum, calyce inclusum. — **SEM.** numerosa, acuminata. — **OVS.** Deme unicam quintam partem numeri in omnibus partibus fructificationis, et habebis Tormentillam ex gr.

[* *G. I. n. 415., II. 487., I. 559., VI. 634.*]

Obs. S. I. syn. Tourn. utruq. — De his plura: Fl. Lapp. n. 210. obs. β. γ.

* **FOLIIS PINNATIS.**

3773. **P. fruticosa Sp. I.: P. foliis pinnatis (Sp. I. sq.),** caule fruticoso. *H. cliff. p. 193. n. 3. Fl. suec. I. n. 416. II. 451. Act. holm. 1741. p. 193. It. ocl. p. 63. Roy. lugdb. 275. Sp. I - S. XII. n. 1. — Huds. angl. 195. (Sp. II.) — Kalm. it. 2. p. 263. (S. X. Sp. II.)* — Pentaphylloides rectum fruticosum eboracense Moris. hist. 2. p. 193. s. 2. t. 23. f. 5. Hortul. angl. 54. t. 54. P - des rectum frutescens Walth. hort. 95. t. 17. P - des fruticosa elatior *Amm. ruth. 88. t. 17. et 89. t. 18. f. 1.* — Habitat in Eboraco Angliae, Oelandia australi, Sibiria. *γ. [Sp. I. II.]*

H. cliff. syn. Pentaphylloides fruticosa (-um) *Raj. syn. 3. p. 256. 2. p. 398. t. 398. hist. 616. Hort. angl. I. c., Moris. p. c., Walth. I. c.; — l. nat., in Anglia ad ripam meridionalem Tesaee fluxii infra vicum Thorp, nec non infra Coenobium Eggleston-abbey in agro Eboracensi, Et si haec sit Cistus oelandicus Rudb. hort. 29. et Cytisus oelandicus hirsutus fl. luteo Rudb. ups., ut puto, utique et in Oelandia Sueciae insula proveniat. — *Obs.:* „Stipulae ovatae membranaceae amplexicaulis acute emarginatae dorso insidet petiolus sustinens folium digittatum quinatum, foliis omnibus integerrimis: infimis dimidio minoribus, intermedio duplo majori lateralibus tripartito."*

Fl. S. I. syn. ead. et Roy. I. c., P - des frut. elatior minus hirsuta Amm. (t. 17.), P. frut. humilior lamginosa et incana Amm. (t. 18.) II. c., Cistus hirsutus fl. luteo. Rudb. hort. 35.

Fl. S. II. syn. Raj. II. angl. Moris. Walth. II. cc., Amm. II. cc. (t. 17. 18.), Cist. hirs. etc. Rudb. I. c.

Act. holm. syn. Walth. Moris. Amm. Rudb. II. cc.

It. ocl. I. c. curiose de hist. pl. oelandicae.

Am. ac. 5. p. 224. brevis hist. nat. fruticis.

Am. ac. 2. p. 217. gemmarum descriptio.

3774. **P. Anserina Sp. I.: P. foliis pinnatis serratis (Sp. I. sq.),** caule repente, *Fl. Lapp. n. 210. Fl. suec. I. n. 415. II. 452. H. cliff. p. 193. n. 1. Mat. med. n. 246. Roy. lugdb. 275. Sp. I. II. S. X. n. 2., p. edunc. unifloris. S. XII. XIII. n. 2. — Oed. dan. 544. (S. XIII.)* — *Potentilla Bauh. pin. 321. Cam. epit. 758.* — Habitat in Europae pascuis; in argillosis argentea, *γ.* [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. *Potentilla* Caesalp. syst. 557. *Bauh. pin. I. c., P. sive argentina Bauh. hist. 2. p. 398., Argentina Lob. hist. 305. Dod. pempt. 600., Pentaphylloides argentina dicta Raj. syn. 256., P - des argenteum alatum s. potentilla Tourn. inst. 298. Boerh. lugdb. I. p. 41., P - des minus supinum s. procumbens etc. Moris. hist. 2. p. 193. s. 2. t. 20. f. 4.; — *l. nat. specialior.* — *Obs.:* „Planta repit flagellis; folia pinnata foliolis numerosis serratis subtus villosis."*

Fl. Lapp. syn. Potentilla C. Bauh. I. c. Till. ab. 55. . . . s. Argentina Rudb. cat. 34. hort. 93., Tourn. I. c. — Fl. S. syn. C. Bauh. Cam. Till. Dod. II. cc. (et Roy. Rudb. Tourn. II. cc. in ed. I.) — Mat. med. syn. C. Bauh. I. c.

3775. **P. sericea Sp. I.: P. foliis bipinnatis utrinque tomentosis; segmentis parallelis approximatis, caul. decumbentibus. Sp. I - S. XII. n. 3. — P. fol. pinnatis hirsutis, pinnis tredecim ovatis crenatis decurrentibus. Hall. goett. 2. p. 106 (Sp. II.)** — *P. fol. duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integerrimis brevibus. Gmel. mss. — Habitat in Sibiria. γ. — Habitus foliorum P. anserinae argenteae, quamvis minima; caulis vero et fructificationes P. vernaee. Radix squamis foliorum ruderibus nigris vestita. Folia pinnata ex 13 circiter foliolis ovatis, tomentosis, sericis, pectinato-pinnatifidis, et parallelis. Pedunc. pilosi. Caules foliis duplo s. triplo longiores, decumbentes alisque sarmentis, nec repentes, in medio folio unico minori magisque divaricato instructi, teretes, apice floribus aliquot luteis, alternis, pedunculatis.*

[*Sp. I. II.*]

3776. **P. multifida Sp. I.: P. foliis bipinnatis; segmentis integerrimis distantibus subtus tomentosis, caule decumbente. Sp. I - S. XII. n. 4.** Pentaphylloides supinum minus, folio glabro non serrato. *Amm. ruth. 116. P - des repens, foliis pinnatis. Buxb. cent. I. p. 30. t. 49. f. 1. I. ar. β. Sp. I.: P - des supina minor, foliis alatis hirsutis varie dissectis. Amm. ruth. 117. — Habitat in Sibiria, Tataria, Cappadocia. γ. — Habitus multa indicat affinia cum P. argentea. Folia ex septem foliolis: segmentis linearibus s. lanceolatis, quinis s. summum septenis, alternis, at in impari oppositis, a se invicem hiantibus sive apice remotis, subtus tomentosis.*

[*Sp. I. II.*]

„Synonyma *Amm. et Buxb. ad P. bifurcam refert Gmelin.*" *Mant. II. p. 400.*

3777. **P. fragarioides Sp. I.: P. foliis pinnatis ternatisque: extimis majoribus, flagellis reptantibus. Sp. I - S. XII. n. 5.** P. foliis ternatis hirsutis utrinque viridibus: lobatis accessoriis. *Gmel. mss. — P. foliis novenis palmatis apice serratis. Hall. goett. 2. p. 106. (Sp. II.)* — Habitat in Sibiria. γ. — *Facies Fragariae sterilis. Radix subtherosa. Folia sericea, petiolis pilosis, pinnata ex 3, 5, vel 7 foliolis ovatis, oppositis, serratis, basi quo propioribus eo minoribus, Stolones decumbentes.* [*Sp. I. II.*]

3778. **P. rupestris Sp. I.: P. foliis pinnatis alternis: foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. H. cliff. p. 193. n. 4. t. c. It. vestgoth. p. 63. 76. Roy. lugdb. 275. Sp. I - S. XII. n. 6. Fl. suec. II. n. 453.** Pentaphylloides erectum *Bauh. hist. 2. p. 398. P. majus erectum (etc.) Moris. hist. 2. p. 192. s. 2. t. 20. f. 1. Quinquefolium fragiferum Bauh. pin. 326. Clus. hist. 2. p. 107. n. 5. Habitat ad latera montium Westgothiae, Sibiriae, Germaniae. γ.* [*Sp. I. II.*]

„*Rad. perennis. Caul. semipedalis, teres, purpurascens, desinens in Corymbum fastigiatum. Fol. pinnata; pinnis trium parium cum impari: foliolis subovatis, incis, subsessilibus, petiolo longo communi insidentibus; adeoque folia Gei ut Poterii. Stipulae membranaceae, acutae. Flores albi, magni.*" *It. vestg. p. 63., (cum syn. Bauh. utrq., Clus., II. cc.)*

H. vestg. p. 76. sola diagn.

H. cliff. syn. Jo. Bauh. Moris. II. cc., P - ides ulmariae facie Moris. bles. 292. Boerh. lugdb. I. p. 41., Bauh. pin. Clus. II. cc.; — l. nat. in monte Saleva prope Arcem antiquam, in Leutenberz, in Pannonia, in comitatu montis Gomerici Walliae, ad latera montis Craig Wreidlin.

Fl. S. II. syn. ut Sp. II.

3779. **P. bifurca Sp. I.: P. foliis pinnatis subaequalibus: foliolis oblongis subbifidis: extimis confluentibus. Sp. I - S. XII. n. 7. — Gmel. it. I. p. 149. t. 27. f. 1. (S. XIII.)** — Pentaphylloides orientale supinum, foliis alatis bifidis vel trifidis. *Tournef. cor. 21. Habitat in Sibiria. γ.* [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de syn. n. 3776.

3780. **P. pimpinelloides Sp. I.: P. foliis pinnatis, foliolis subrotundis dentatis aequalibus, caule erecto. Sp. I - S. XII. n. 8.** Pentaphylloides orientale erectum, folio et facie pimpinellae. *Tournef. cor. 21. Buxb. cent. I. p. 30. t. 48. Habitat in Armeniae saxosis. γ.* [*Sp. I. II.*]

3781. **P. pensylvanica Mant. I.: P. fol. inferioribus pinnatis, superior. ternatis: foliolis inciso-serratis, caule erecto pubescente. M. I. p. 76. S. XII. n. 28. — Penta-**

phylloides canadense, foliis agrimoniae. Boerh. lugdb. 1. p. 40. — Habitat in Canada. 2. — Folia radicalia pinnata: foliolis oblongis, obtusiusculis, serrato-dentatis, lineatis, mollibus, villosis: extimis trilobis coadunatis majoribus; interioribus minoribus alternis. Caulina subdigitata, septena, ut *P. rectae*, sed pinnatifida. Petala vix calyce majora, Habitus *P. rectae*. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

3782. *P. supina* Sp. I.: *P.* foliis pinnatis, caule dichotomo decumbente. *Sp. I. - S. XII. n. 9.* — *Gmel. itin. 1. p. 149. t. 27. f. 2. (S. XII.)* — *P. fol. pinu. oppos., caule dichot.* H. cliff. p. 193. n. 2. H. ups. p. 133. n. 1. Roy. lugdb. 275. Pentaphyllum alpinum minus supinum etc. Pluk. alm. 285. t. 106. f. 7. *P. m. supinum* quorundam, potentillae facie. Clus. hist. 2. p. 107. — *P. i. species flore luteo enncaphyllos hirsuta. Ambros. phyt. t. 414. (Sp. II.)* — Quinquefolio fragifero affinis. Bauh. pin. 326. — Habitat ad Moguntiam et in Sibiria. 2. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. Clus. II. cc., Pentaphyllum supinum tormentillae facie Lob. hist. 394., Quinquefolium tertium serpens Dod. pempt. 117.; — *l. nat.* German. prope Rhenum infra Moguntiam, *H. ups. syn.* Pluk. Clus. C. Bauh. II. cc., *t. nat. ut Sp. I. Add. obs.:* „Folia inferiora alterna, dichotomiae vero opposita; caulis procumbens.“

•• FOLIIS DIGITATIS.

3783. *P. recta* Sp. I.: *P.* foliis septenatis (*digitatis* Sp. I.) lanceolatis serratis utriusque subpilosis, caule erecto. *Sp. I. - S. XII. n. 10.* *P.* fol. digitatis, caule erecto corymboso. Hort. ups. p. 133. n. 2. Roy. lugdb. 275. Quinquefolium rectum luteum Bauh. pin. 325. Qu. alterum vulgare Dod. pempt. 116. Habitat in Italia, Narbona, ad agrorum margines. 2. — Folia utrinque viridia, ad adulta fere nuda. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Fl. S. I. Moris. II. [ad n. 3784.] cc., C. Bauh. Dod. II. cc.; *l. nat. ut Sp. I.* 2. *Obs. Hue var. β. H. cl.: cf. sp. seq. Et in II. ups. quasi var. sequentis exhibitio est.*

3784. *P. argentea* Sp. I.: *P.* foliis quinatis cuneiformibus incisus subtus tomentosus, caule erecto. *Sp. I. - S. XII. n. 11. Fl. succ. II. n. 454.* *P.* fol. digitatis, caule erecto corymboso. Fl. succ. I. n. 417. *P.* fol. digit. inciso-serratis, caule erecto. H. cliff. p. 193. n. 6. Quinquefolium folio argenteo. Bauh. pin. 325. Pentaphyllum minus Cam. epit. 760. Habitat in Europae ruderatis. 2. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. varr. 5: α. Pentaphyllum erectum, foliis profunde sectis subtus argenteis, fl. luteo. Bauh. hist. 2. p. 398. c. fig. mala. Moris. hist. 2. p. 190. s. 2. t. 19. f. 11. mala. Qu. fol. arg. Bauh. l. cc., — *β.* Heptaphyllum harmolai Caesalp. syst. 555., Pentaph. s. potius Heptaph. majus luteum montanum, fl. majore. Moris. hist. 2. p. 185. s. 2. t. 19. f. 1. Pentaph. majus, fl. subluteo interdum albo et robro. Lob. hist. 393., Qu. alterum vulgare Dod., Qu. rectum lute. Bauh., II. [ad n. 3783.] cc. Boerh. lugdb. 1. p. 39., Qu. rectum majus Bauh. hist. 2. p. 398. b., — *γ.* Qu. quod Pentaph. s. potius Heptaph. rectum, caule rubro, hirsutius. Boerh. lugdb. 1. p. 39., — *δ.* Qu. minus, fl. pallide luteo Tourn. inst. 297., — *ε.* Qu. canadense humiliter Tourn., Pentaphylloides canadensis, folio agrimoniae. Boerh. lugdb. 1. p. 41.; — *l. nat.* Crescit α. in tectis, agrorum et viarum marginibus per Saec. vulgariss., per Germ. et Angliam rarior; *β.* in Italia et Gall. narbon. circa agrorum margines ut et *γ.* et *δ.* Sed *ε.* ex Canada per Saracenum delata est. — *Obs.:* „Confundo hic 3, quas quivis facile juraret distinctas species, α. β. et *ε.* Sed examinatis partibus ejusdem uniusque esse familiae patuit, dum var. α. planta minor, fol. angustiora, profundius dentata, subtus hirsuta alba producit: var. β. planta major, fol. latiora, utrinque viridia: var. *γ.* planta facie β. foliola inferiora parum deorsum per petiolum detrusa et profundius pinnatim secta, laciniis copiosioribus propioribus. Dum hanc (*γ.*) examinans, observens, in α. 2 foliola exteriora hasl magis coacta. Si vero quis has distinctas velit, et differentiam tradat.“ — [*Obs. Subsunt P. recta, P. obscura? P. canadensis, pensylvanica?? — R.*]

Fl. S. I. II. syn. ut Sp. I. II.

3785. *P. intermedia* Mant. I.: *P.* foliis radicalibus quinatis, caulibus ternatis, caule erectiusculo ramosissimo. *M. I. p. 76. S. XII. p. 351. n. 29.* Quinquefolium montanum luteum erectum hirsutum Bauh. pin. 325. prodr. 139. Raj. cur. 213. Hall. helv. 340. Habitat in Helvetia. —

Media inter *P. argenteam* et norvegiacam; verbo, esset *P. norvegica*, si non radix esset perennis et folia subradicalia quinata. Caeterum folia inferiora alterna, superiora opposita. Foliola obovata, inciso-serrata, non tomentosa, serraturis novem. Folia caulina ternata, paniculae opposita. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

3786. *P. hirta* Sp. I.: *P.* foliis septenatis quinatisque cuneiformibus incisus pilosis, caule adscendente. *Sp. I. II. S. X. n. 12., caule erecto hirta. S. XII. XIII. n. 12.* — Quinquefolium montanum rectum hirsutum Bauh. pin. 325. prodr. 139. . . . luteum Magn. monsp. 216. (non *C. Bauh.*) Qu. rectum minus, angustior. foliis, monspeliense. Raj. eur. 213. (S. XII. XIII.) — Habitat Monspellii, D. Sauvages; inque Pyrenaeis. 2. — Differt a praecedente [n. 3784.] foliis radicalibus septenis, et subtus longis distinctis pilis hirsutis, nec tomentosus, apice argutus furcatis. Pedunc. onidiori, longi. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia 5 s. 7. Caulina 5; omnia alterna, sublinearia, dentibus 3 s. 5. Caulis, pedunculi et calyces valde pilosi.“ *S. XII. XIII.*

„Exclude verba Bauh. pin. prodr. (II. cc.), lege Magn. monsp. 216.“ *Mant. II. p. 400.* [*Cf. sp. praec.*]

3787. *P. stipularis* Sp. I.: *P.* foliis septenatis (*digitatis* Sp. I.) sessilibus stipulae dilatatae (*S. X. sq.*) insidentibus. *Sp. I. - S. XII. n. 13.* — *Gmel. sib. 3. p. 185. t. 37. f. 2. (Mant. II. sq.)* — *P.* fol. novenis stipulis insidentibus. Gmel. mss. — Habitat in Sibiria. 2. — Caulis adscendens, filiformis, laevis, apice divisos. Stipulae amplexicaules, solitariae, emarginatae. Foliola 8 ad 9, lineari-lanceolata, subserrata, glabra, ex emarginatura stipulae pendencia absque petiolo. [*Sp. I. II.*]

3788. *P. opaca* Cent. I.: *P.* foliis radicalibus quinatis cuneiformibus serratis, caulibus suboppositis, ramis filiformibus decumbentibus. *Cent. I. n. 35. in Am. ac. 4. p. 274. S. X. n. 13. A., Sp. II. p. 713. S. XII. n. 16.* — *Huds. angl. 196. (Sp. II.)* — Quinquefolium minus repens lanuginosum luteum Bauh. pin. 325. Qu. quartum, flavo flore, 2 species. Clus. hist. 2. p. 106. f. 106. Qu. o similis encephalophyllos hirsuta Bauh. pin. 325. prodr. 139. Habitat in Austria, Bohemia (*Am. ac.*), Helvetia, Baldo. (2. *Sp. II.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Radix nigra, fibrosa, e cujus capitulo fibrae nigrae foliorum rudimentis obvallatae. Pedunc. plures, digitales, villosi, foliis quinatis, raro 7-natis, rarius 9-natis: foliolis concif., retusis, profunde serratis secundum totum fere longitudinem, exterioribus sensim minoribus, villis villosis, praesertim subtus adpersis, viridibus nec nitidis. Caules multi, spithamei, filif., virides, villis raris longis, bracteis latis, bifidis, oppositis foliolis 3 saepe in uno, sessilibus. Petala emarginata, flava. Pist. pilosa, Similis *P. verna*, sed caulis viridis, villosior; folia radicalia septenata, magis villosa, majora; caules magis filiformes; radix atra.“ *Am. ac.*

3789. *P. verna* Sp. I.: *P.* foliis radicalibus quinatis acute serratis (*incisus* Fl. S. I.) *rectusis* (*S. X. sq.*); caulibus ternatis, caule declinato. Fl. succ. I. n. 419., II. 455. *Sp. I. S. X. n. 14., Sp. II. S. XII. n. 15.* — *Ocd. dan. 114. (S. XIII., bis)* — *P.* fol. quinatis incisus, caule assurgente. Fl. lapp. n. 212. II. cliff. p. 194. n. 9. Roy. lugdb. 276., . . . declinato. *Jir. cliff. p. 45.* — Quinquefolium minus repens luteum Bauh. pin. 325. Pentaphyllum s. Qu. minus Tabern. ic. 123. Habitat in Europae pascuis siccis, frigidioribus. 2. [*Sp. II. p. 712-3.*]

„Radix inferne latis squamis ferrugineis vestita ex eodem capitulo plures caules producit. Caul. multi, decumbentes, non repentes, adscendentes, purpurascens, ramosissimi, filiformes, multiflori, vix manifeste pilis adpersi. Stip. integrae, latae, acutae, petiolo adnatae. Petioli longi, subpilosi, 5phylli, superiores 3phylli. Foliola ipsa sessilia, nuda, profunde versus apicem serrata serraturis subpilosis: summa serratura brevior et quasi retusa. Foliola lateralia exteriora breviora, latiora, saepe bifida. Bractea stipulis latiores, foliolis saepe ternis sessilibus. Pedunc. solitarii, longi, subpilosi. Petala flava, emarginata, Stam. et Pistilla flava. Petala interdum ad basin manum fulvam habent, saepius vero nullam. Planta adulescens fere glabra evadit, facie Tormentillae, et caul. purpurascens glaberrimis, Tabernaemontana figura optima esset, nisi planta erecta sisteretur. Viret cum Tulipa et Anemone nemorosa.“ *Fl. S. I.* — „Variet macula ad basin potiorum fulva et non fulva.“ *S. XII. XIII.*

Sp. I. syn. Fl. succ. lapp. H. cliff. Roy. II. ec., Hall. helv. Bauh. II. *ad sp. seq. ev.*; — *l. nat. ut Sp. II.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. n. 212., Qu. etc. alpinum aureum Bauh. I. [*ad sp. sq.*] c., Qu. tertium aureo fl. Clus. hist. 2. p. 106., Pentaph. alpinum splendens, aureo fl. Bauh. hist. 2. p. 398.; — *var. α.* P. minus, molli lanuzine pubescens, fl. luteo. Jo. B. L. c., Qu. minus repens launginosum lut. Bauh., Qu. quartum etc. prima species, Clus., I. [*ad n.* 3788.] ec.; — *l. nat.* freq. per Sueciam in campis et pratis siccioribus frequentissima; in alp. Lappon. et Helv. vulgaris. — *Obs.*: „Folia radicalia et inferiora caulis quinata sunt, at summa caulis ternata. Caulis ipse nec erectus nec procumbens dici potest, sed adscedens.“

Fl. lapp. syn. Qu. etc. lanuz. lut. Bauh. I. (*ad n.* 3788.) c. „?“, Pentaphyllum tormentillae facie Rudb. cat. 32. hort. Sz. vall. 28. Till. ab. 52.

Fl. S. I. syn. (excl. Roy.) ut Sp. I., add. Rudb. Till. II. ec.

Fl. S. II. syn. Bauh. Tab. II. (*in Sp. II.*) ev., Rudb. Till. II. ec.

[*Obs. Apparet. ante Cent. I. II. (maxime quoad syn.) cum nostra confusas esse species n. 3790., et 3788.; — hinc ipse L. speciem descripsit in Fl. S. II. — Et in Am. ac. S. p. 99. dubitat, an ab aurea distingui queat. R.*]

3790. **P. aurea Cent. II.**: P. foliis radicalibus quinatis serratis acuminatis; caulibus ternatis, caule declinato. *Cent. II. n. 154.* in Am. ac. 4. p. 316. S. X. n. 14. B., *Sp. II. S. XII. n. 14.* — Jacq. vind. 245. descr. (*Sp. II. app., sq.*) — *Oed. dan. II. 4. (S. XIII., bis)* — P. foliis quinatis acute serratis ora sericea, petalis maculatis. Hall. helv. 339. t. 6. f. 4. — *Quinquefolium minus repens alpinum aureum* Bauh. pin. 325. — *P. fol. margine sericeis acute serratis, radical. quinatis, caulibus ternatis, caule declinat.* Ger. prov. 468. *Quinq. tertium aureo fl.* Clus. hist. 2. p. 105. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Alpibus Helvetiae. (2. *Sp. II.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Differt a simillima P. verna: foliis apice dentibus acutissimis, saepe quinis, et quod carina foliorum et margini hirsute sericea sunt, ut in Alchimilla alpina. Foliola magis basi approximata quam in P. verna.“ *Am. ac.*

„Planta Hallero decantata margine foliorum sericeo. Macula fulva in disco floris variat in hac et verna. Differt a P. verna, quod major magisque pilosa, praecipue calyce; quod folia floralia magis eviderent opposita.“ *Mant. II. p. 400.* — „Sola varietas P. verna. Scopoli ann. 2. p. 53.“ *M. II. S. XIII.*

[*Obs. Huc ex parte loci H. cliff. etc., ex n. 3789., q. cf. — Origo ex Hallero. Syn. Oed. rectius huc. R.*]

3791. **P. canadensis Sp. I.**: P. foliis quinatis villosis, caule adscedente hirsuto. *Sp. I. S. X. n. 15., Sp. II. S. XII. n. 17.* — *Quinquefolium canadense humilioris Moris. hist. 2. p. 188. (Sp. II.)* — Habitat in Canada. Kalm. — Habitus Fragariae. Folia radicalia quinata: foliolis obovatis, acute serratis, supra pubescentibus, subtus villosis albo-sericeis, petiolis valde albo-hirsutis. Caulis digitalis, ramosus, rarioribus foliis. Cor. luteae. Similis P. verna, a qua differt foliis valde pilosis, argute serratis, subtrotundis, et caule valde hirsuto. [*Sp. I. II.*]

3792. **P. alba Sp. I.**: P. foliis digitatis (*quinatis S. X. sq.*) apice conniventi-serratis, caul. filiformibus procumbentibus, H. cliff. p. 194. n. 8. Roy. lugdb. 276., *receptac. hirsutis. Sp. I. S. X. n. 16., Sp. II. S. XII. n. 18.* — *Quinquefolium album* Hall. it. helv. 70. Qu. album majus alterum Bauh. pin. 325. — *Qu. album minus Bauh. pin. 325. (M. II. sq.)* — Qu. tragi Trag. hist. 507. Pentaphyllum majus, fl. albo. Clus. hist. 2. p. 105. — Habitat in alpibus Stiriae, Austriae, Pannoniae. 2. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. cliff. Roy. Hall. Clus. II. ec., Qu. alb. minus alterum Bauh. l. c.; — *var. β.* Qu. alb. majus Bauh. prodr. 325., Qu. alb. minus Bauh. pin. 325. prodr. 133.; — *l. nat. ut Sp. II.* — [*Cf. de his syn. sp. sq.*]

H. cliff. syn. Pentaph. minus rectum subtus incanum, fl. albo. Moris, hist. 2. p. 189., P. primum majus, fl. albo Clus. l. c., P. album Bauh. hist. 2. p. 398. e., C. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. I. p. 40.; — *var. α.* Qu. foliis ternis, praecedenti simile Boerh.; — *l. nat.* in alp. Stiriacis inter oppidum S. Michaelis et Kottfeld, in sylvis montosis Austriae et Pannoniae. — *Obs.*: „Folia huc exacte similia Alchimillae fol. digit. [n. 1016.]; cum floret primo vere flores nudi conspiciuntur, mox

autem exerescent folia e radice, et caulis plantae debilis filiformis procumbit sub umbra foliorum, fructumque maturat.“

3793. **P. caulescens Cent. II.**: P. foliis quinatis (*digitatis Am. ac.*) apice conniventi-serratis, caulibus multifloris erectis (*φ. Am. ac., decumbentibus S. XII. sq.*), receptac. hirsutis. *Cent. II. n. 156.* in Am. ac. 4. p. 317. S. X. n. 16. C., *Sp. II. S. XII. n. 19.* — Jacq. vind. 246. descr. (*Sp. II. app., sq.*) — *Quinquefolium album majus* Bauh. prodr. 139. *caulescens* Bauh. pin. 325. — *Hull. opusc.* 263. n. 50. 47. *Qu. album minus alterum* Bauh. pin. 325. (*Sp. II.*) — Qu. secundum minus, albo flore. Clus. hist. 2. p. 105. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Austriae, Stiriae, Tyrolis (*Am. ac.*), Horto Dei. (2. *Sp. II.*) [*Am. ac. (c. c.), Sp. II.*]

„Affinitate summa jungitur P. albae; convenit foliorum figura, corollis albis, receptac. pilosis; sed haec caule erecto, foliis quinatis instructo, apice corymboso, multifloro, foliis minoribus, subtus minus villosis viridibus. Pot. alba vero caulibus filif. decumbentibus, sub foliis subnatis, flor. longe pedunculatis; foliis subtus villosis sericeis, quod in hac non obtinet.“ *Am. ac.*
„Cal. hirsuti, purpurei.“ *S. XII. XIII.*

3794. **P. nitida Cent. II.**: P. foliis quinatis (*digitatis Am. ac., subternatis S. XII. sq.*) tomentosis apice (*Am. ac.*) conniventi-tridentatis, caul. multifloris, receptaculis lanatis. *Cent. II. n. 155.* in Am. ac. 4. p. 316. S. X. n. 16. D., *Sp. II. S. XII. n. 21.* Heptaphyllum argenteum alpinum trifoliatum sabaudum Bocch. mus. 2. p. 20. t. 9. Trifolium alpinum argenteum, persici flore. Bauh. pin. 328. Pon. bald. 222. Raj. hist. 615. Comaroides alpina argentea sericea, persici flore. Segu. ver. I. p. 497. Habitat in Baldo. Seguier. (2. *Sp. II.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Affinitate jungitur P. caulescens; planta ipsa tomentoso-villosa, sericea, nitida. Folia quinata: foliolis ovatis (lateralibus duobus minoribus) apice tridentatis. Caulis uniflorus, digitalis, paucis parvisque foliis instructus. Flos majusculus, disco seminum lanato.“ *Am. ac.*

„Folia hujus ternata esse monet D. Turre; habeo unum alteromve exemplar siccum foliis infimis tantum quinatis.“ *S. XII. XIII.*

„Folia ternata, dense tomentosa. Possideo exemplar cui folium radicale quinatum: cultura determinabit, utrum constanti nota, nec ne.“ *Mant. II. p. 400.* — „Cultura determinabit folia radicalia.“ *S. XIII. (multe)*

4755. *B. sempervirens* *Mant. II.*: *B. silic. scabriusculis*, fol. lanceolatis tomentosis. *M. II.* p. 255. *S. XIII. p. 495.* *Thlaspidium fruticosum*, levecoji folio, semperflorens. Tournef. inst. 214? *Thlaspi biscutellatum luteum*, anclusae folio. Barr. rar. 39. t. 841. Bocc. mus. 267. t. 122. — Habitat in Oriente, inque Hispania. Cl. Alstroemer. t̄. — Caulis suffruticosi, palmares, prostrati, simplices, crassitie pennae aserinae, apice foliosi. Folia conferta, lanceolata, dense tomentosa (*Cheiranthi incani*), canescencia, dentato-serrata, margine reflexo. Caul. floriferus inter folia vnatus, simplex, subaphyllus. Racemus terminalis, compositus, minus elongatus. Siliculae magnit. et figura *B. apulae*.

[*Mant. II.*]
„Haec a reliquis magis distincta caud. suffruticosis foliisque *Cheiranthi incani*.“ *S. XIII.* (cum *syn. Barr. Bocc. H. cc.*)

DCCCLXXVII. **LUNARIA** T., S. I.: *Silicula integra, elliptica, compresso-plana, pedicellata* (S. XII. sq.): *valvis dissepimento aequalibus, parallelis, planis.* S. X. n. 725. . . . *Cal. foliolis saccatis.* S. XII. XIII. n. 809. — *Silic. ellipt. compr. - pl.; valvis dissepimento aeq. parall.* S. VI. n. 625.

LUNARIA Tournef. 105. — *CAL.* Perianth. 4phyllum, oblongum: foliolis ovato-oblongis, obtusis, conniventibus, deciduis, quorum duo alterna basi gibba, saccataque (G. VI.). — *CUR.* 4petala, crucif. Petala integra, obtusa, magna, longitudo, calycis, desinentia in ejusdem longitudinis ungue. — *STAM.* Filam. 6, subulata, longit. calycis: quorum 4 longit. calycis, 2 vero paulo breviora. Anth. erecto-patentes. — *PIST.* Germen pedicellatum, ovato-oblongum. Stylus brevis. Stigma obtusum, intergrum. — *PER.* Silicula elliptica, plano-compressa, integra (G. VI.), erecta, maxima, pedicellata, stylo terminata, bifurcata, bivalvis: dissepimento valvulis parallelo. — *SEM.* nonnulla, reniformia, compressa, marginata, in medio siliculae posita: Receptaculis filiformibus, longis; suturis lateralibus insertis.

[* *G. I. n. 534. (c. c.), II. 632., J. 725., VI. 809.*]

Obs. S. I. syn. Tourn., Bulbonae Rupp.

4756. *L. rediviva* Sp. I.: *L. foliis alterais.* Sp. II. S. XII. n. 1. *L. silic. oblongis.* Sp. I. S. X. n. 1. *L. fol. cordatis.* H. cliff. p. 333. n. 1. Roy. lugdb. 332. *Fl. succ. I. n. 529.* — [*L. annua* Fl. S. II. n. 583. R.] — *Viola lunaria major*, siliqua oblonga. Bauh. pin. 203. *Viola latifolia*, *Lunaria odorata* Clus. hist. I. p. 297. — *Besl. eyst. vern. 7. f. 2.* (S. XII. XIII.) — Habitat in Europa septentrionaliore. ♀. [Sp. I. II.]

„Folia alterna exceptis infimis et magis hirta.“ Sp. II. — „Rad. perennis. Flores odori.“ *M. II.* p. 427. S. XIII.

H. cliff. syn. *L. graeca* Caesalp. syst. 369. Lob. hist. 174. *L. major*, siliq. rotundiore. Tourn. inst. 213. Bauh. hist. 2. p. 881. Boerh. lugdb. 2. p. 5. *Bulbonae annuum*, siliq. rotundiore, fl. purp. Rupp. jen. 70. Leveoj. lunatum s. lunarium latif. (etc.), fl. violac. s. subcaerule. Mor. hist. 2. p. 245. s. 3. t. 9. f. 1. V. latif. Dod. Dalech. II. [ad sp. sq.] cc.; — *varr. 3: α. L. major perennis* (etc.) Tourn., Bulbonae (etc.) fl. albo Rupp., Leve. lun. (etc.) fl. albo, Moris., II. cc., — *β. L. major sil. longiore* Jo. B. 882. *L. graeca altera* Caes., Bulbonae rad. rediviva, fl. cinereo Rupp., Leve. majus perenne, sil. lunata longa mucronata, Moris. (f. 3.), V. lun. maj. sil. obl. C. Bauh., II. cc., — *γ. L. major, sil. longiore*, fl. purp. Tourn.; — *l. nat.* in saltibus Thuringae sylvae, in mont. siccis Austr. Stir. Pannoniae interannus; at α. in sylvis Hareyniae, β. vero in montib. Jura et Saleva prope Genevam. Crescunt et in Scania inter Christianop. et Lundinum, et quidem inter diversoria publica Horva et Horre juxta viam in colle. — *Obs.*: „Haec speciei fructus compresso-planus, pedicello intra receptaculum enato insidens.“

Fl. S. I. syn. II. cliff. Roy. II. cc., *L. maj. sil. long.* Jo. B. Tourn. II. cc., *Viola* (etc.) sil. obl. C. Bauh., Clus., II. cc., *Bulbonae rad. rediv.* Rupp. I. c. [Vide β. *H. cliff.*] — *Locum Fl. S. II. cf. ad sq. speciem.*

4757. *L. annua* Sp. I.: *L. foliis oppositis.* Sp. II. S. VII. n. 2. *L. silic. subrotundis.* Sp. I. S. X. n. 2. Fl. succ. II. n. 583. [*male. R.*] *Lunaria major*, siliqua rotundiore. Bauh. hist. 2. p. 881. *Viola latifolia* Dod. pempt. 161. Dalech. hist. 805. — *Besl. eyst. vern. 7. f. 1.* (S. XII. XIII.) — Habitat in Germania. [Sp. I. II.]

„Folia opposita, sed floralia alterna sessilia.“ Sp. II. — „Ita affinis praecedenti, ut etiamnum dubium, utrum vere distincta.“ Sp. I.

„Rad. annua. Flores inodori. Caulis subhirsutus. Folia varent; nota praestantior inquirenda.“ *Mant. II.* p. 427. — „Rad. biennis. Fl. inod. Caul. hirsutus. Planta culta habuit folia opposita; an semper? praestantior nota inquir.“ S. XIII.

Fl. S. I. syn. ead., add. H. cliff. II. S. I. (ad n. 4756. cc.) et obs.: „Pl. nostra biennis est, fl. noctu fragrantibus.“ — {*Obs. 1. Sed succica ex Whitb. est L. rediviva L. radiceque praemi gaudet. R.*}

Obs. 2. „*L. annua* Sp. I. absque dubio est *L. graeca* II. Par. (non W. en.), *L. biennis β. coregrava* Dec., quae silic. suborbiculatis distinguitur et vere annua est.“ *Rechb.* — [*Ipsam L. valde vacillasse, patet. R.*]

ORD. II. SILIQUOSA.

DCCLXXVIII. **RICOTIA** *Sp. II.*: Siliqua unilocularis, oblonga, compressa; valvulis planis. *S. III. XIII. n. 810.*

RICOTIA. — **CAL.** Perianth. 4phyllum: foliolis oblongis, parallelo-approximatis, deciduis. — **COR.** 4petala, cruciformis. Petala obovata, patentia. — **STAM.** Filam. 6, longit. tubi: horum 2 opposita paulo breviora. Anth. oblongae, acutae. — **PIST.** Germen cylindricum, longit. staminum. Stylus vix ullus. Stigma nudum. — **PER.** Siliqua lanceolata-nivalis, bilocularis, bivalvis. — **SEM.** 4 circiter, orbiculata, compressa. [** G. I. n. 810.*]

4758. **R. aegyptiaca** *Sp. II. S. XII. n. 1.* Cardamine Lunaria: foliis supradecompositis, siliquis unilocularibus pendulis. *Sp. I. p. 636. S. X. p. 1130. n. 15. (sub sect. 4^o.)* — *Lunaria fol. supradec. : foliolis trifidis, siliq. oblongis pendulis. Mill. icon. 169. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in Aegypto. ☉. [*Sp. II.*]

„Hab. in Aeg. D. B. Jussiacus. Folia supradecomposita. Siliquae latae, membranaceo-compressae, fere Lunariae e. Sem. orbiculata, emarginata.“ *Sp. I. (absque syn.)*

DCCLXXIX. **DENTARIA** *S. I.*: Siliqua elastice dissiliens valvulis revolutis. Stigma emarginatum. *S. I. n. 659. Cal. longitudinaliter connivens. S. A. n. 726., VII. XIII. 811.*

DENTARIA *Tourn. 110.* — **CAL.** Perianth. tetraphyllum: foliolis ovato-oblongis, parallelo- [(*G. I.*)] conniventibus, obtusis, deciduis. — **COR.** 4petala, crucif. Petala subrotunda, obtusa, vix emarginata, plana, desinentia in unguis longitudine calycis. — **STAM.** Filam. 6, subulata, longit. calycis, quorum 2 breviora. Anth. cordato-oblongae, erectae. — **PIST.** Germen oblongum, longit. staminum. Stylus brevissimus, crassus. Stigma obtusum, emarginatum. — **PER.** Siliqua longa, teres, bilocularis, bivalvis: dissepimento valvis paulo longiore. — **SEM.** plura, subovata. [** G. I. n. 540., * II. 659., I. 726., VI. 811.*]

4759. **D. enneaphyllos** *Sp. I.*: D. foliis ternis ternatis. *Sp. I - S. XII. n. 1. — Jacq. vind. 119. (Sp. II.)* — D. fol. omnibus ternatis. *Roy. lugdb. 340. D. triphyllus Bauh. pin. 322. Clus. hist. 2. p. 121. n. 5. — Coralloides triphyllus Gesn. fasc. 4. t. 2. f. 4. (Sp. II.)* — Ceratia plinii *Col. ephr. I. p. 308. t. 307.* — Habitat in Aestriae, Italiae, montanis umbrosis sterilibus (*Sp. II.*). 2. [*Sp. I. II.*]

4760. **D. bulbifera** *Sp. I.*: D. foliis inferioribus pinnatis (*palmatis Fl. S. I.*), summis simplicibus. *H. cliff. p. 335. n. 1. Fl. succ. I. n. 565; II. 584. Roy. lugdb. 340. Hall. helv. 557. Sp. I - S. XII. n. 2. — Oed. dan. 361. (S. XIII.)* — D. heptaphyllos baccifera *Bauh. pin. 322. D. tertia baccifera Clus. hist. 2. p. 121. — Var. β. Sp. I.*: D. baccifera, foliis ptarmicae. *Bauh. pin. 322.* — Habitat in Europa australi ad radices montium umbrasas. 2. [*Sp. I. II. e. e.*]

„Bulbi nascuntur in alis foliorum, uti in Lilio bulbifero; adeoque fructus iidem abortit.“ *Fl. S. II. [Simil., fusius, H. cliff.]*

Fl. S. syn. Bauh. Clus. II. cc. (et Roy. Hall. II. cc. in ed. I.)
H. cliff. syn. Bauh. Clus. II. cc. et Boerh. lugdb. 2. p. 21., D. 7ph. sobulifera Moris. hist. 2. p. 255. s. 3. t. 10. f. 4., D. minor Caesalp. syst. 586., Coralloides minor bulbifera Bauh. hist. 2. p. 902. (fig. transpos.); — t. nat. in sylv. montanis Sueciae praes. Roslagiae, et totius ferme Germaniae, e. gr. in sylvis Hassiae, Misniae, Aestriae, Stiriae, Pannoniae etc.

4761. **D. pentaphyllos** *Sp. I.*: D. foliis summis digitatis. *Sp. I - S. XIII. n. 3. — Var. α. Sp. I.*: D. foliis septenis, superior. quinatis. *Hall. helv. 556. D. foliis summis quinatis. Gesn. fasc. 1. t. 1. f. 1. (Sp. II.)* D. heptaphyllos *Bauh. pin. 322. D. octava 7phyllus Clus. hist. 2. p. 123. — Var. β. Sp. I.*: D. pentaphyllos, fol. mollibus. *Garid. prov. 152. t. 29. D. pentaphyllos Bauh. pin. 322. — Var. γ. Sp. I.*: D. pentaph., fol. asperis. *Tournef. inst. 225. D. sexta pentaph. prima Clus. hist. 2. p. 122. — Habitat in Alpibus Helveticis, Allobrogicis, aliisque. 2. [*Sp. I. II.*]*

„D. pentaph. Dentaria foliis pinnatis et digitatis. Ger. prov. 356. — *Var. β.* D. fol. omnibus quinato-digitatis. Ger.

prov. 356. Saxifraga montana, radice squamis denticulatis. Gesn. fasc. 1. t. 1. f. 1. — *Plantam β. pro distincta specie tradit Gerard. S. XIII. et (m. m.) Mant. II. p. 427.*

DCCLXXX. **CARDAMINE** *S. I.*: Siliqua elastice dissiliens valvulis revolutis. Stigma integrum. *S. I. n. 660. Cal. subhians. S. X. n. 727., VII. 812.*

CARDAMINE *Tournef. 109.* — **CAL.** Perianth. 4phyllum: foliolis ovato-oblongis, obtusis, erectis (subpatulis *G. I.*), gibbis, parvis, deciduis. — **COR.** 4petala, crucif. Petala oblongo-obovata, patentissima, desinentia in unguis erectos, calyce duplo longiores. — **STAM.** Filam. 6, subulata: quorum 2 opposita longitudine dupla calycis, reliqua vero paulo longiora. Anth. parvae, cordato-oblongae, erectae. — **PIST.** Germen tenue, cylindraceum, longit. staminum. Stylus 0. Stigma obtuso-capitatum, integrum. — **PER.** Siliqua longa, cylindraceo-compressa, bilocularis, bivalvis: valvulis delincentibus spiritaliter revolventibus, elastice semina ejaculantibus (*Φ. G. I.*). — **SEM.** plurima, subrotunda.

[** G. I. n. 541., II. 660., I. 727., t. c., VI. 812.*]
„Datur species staminibus duobus istis minoribus saepius destituta“ *G. I - VI.,*, et alia petalis destituta.“ *G. I.*
Obs. In Sp. I. S. X. adest sectio 4^o. foliis supradecompositis: vid. Ricotia n. 4758.

I^o. FOLIIS SIMPLICIBUS.

4762. **C. bellidifolia** *Sp. I.*: C. foliis simplicibus ovatis integerrimis (*Sp. I. sq.*), petiolis longissimis. *Fl. lapp. n. 260. t. 9. f. 2. Fl. succ. I. n. 564; II. 590. Hall. helv. 566., longis. Sp. I - S. VII. n. 1. — Oed. dan. 20. (S. XII. et al.)* — Nasturtium alpinum, bellidis folio, minus. *Bauh. pin. 105. Plantula cardamines aemula Clus. hist. 2. p. 129. Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae, Britanniae. 2. [*Sp. I. II.*]*

„Pl. Draba vernalis magnitudine, sed siliq. longis postquam defloruit.“ *Fl. S. II.* — „Fol. radicalia plurima, exacte ovata, integerr., minima, petiolis 3plo longioribus quam folia, qui ad basin et radicem fere terni cohaerent, si accurate distinguantur. Caulis breviss., vix foliis altior, siliquas gerens, respectu ipsius plantae longissimas.“ *Fl. lapp. obs. β.*

Fl. S. syn. C. pumila, bellidis folio, alp. Ger. emac. 260., Bauh. l. c., Pl. cardamines aemula Clus. pan. 438. t. 438. (et Hall. l. c. in ed. I.) — Fl. lapp. syn. ead. et N. alp. (etc.) Scheuch. alp. 44., Sinapi pomilum alpinum Clus. pan. 439.

L. u. ch. lapp. I. p. 289. prima inventio, — Excl. syn. Clusii. S. XII. XIII. [Obs. Id monitu Jacquinii factum: teste Sm. in Fl. lapp. II. p. 222, qui vero etiam syn. Ger. et Clus. pan. 439. deleri jubet. Cf. n. 4538. R.]

4763. **C. asarifolia** *Sp. I.*: C. foliis simplicibus subcordatis. *Sp. I - S. XII. n. 2. Nasturtium montanum, asari folio. Bocc. sicc. 5. t. 3. Herm. par. 203. t. 203. Raj. hist. 816. N. alpinum palustre rotundif., rad. repente. Moris. hist. 2. p. 224. N. alp. bellidis folio, majus. Bauh. pin. 105. prodr. 46? — Habitat in Alpibus Italicis. [*Sp. I. II.*]*

„Excl. syn. C. Bauhini.“ *Mant. II. sq.*
Obs. Hac pertinere videtur: „C. fol. simplic. reniformibus.“ H. cliff. p. 335. n. 5, cum syn. C. montana, asari folio, Tourn. inst. 225., C. aquatica, cotyledonis fl. albo. Barr. rar. 44. t. 1163., Bocc. (fig. e. d.), Herm., II. cc.; — t. nat. circa fontes et rivulorum margines montis Bargaee in Uetrua; in Pomptinis paludibus Latii non longe a Sarmonetta ad raltices collis in aquis limpidis et iuxta pontem Terracinae; in alpibus et valle Barsilionensi; — et obs.: „Operae pretium solveret haec, si in omnibus hortis obraccis et pharmacopaeorum proretet.“

4764. **C. nudicaulis** *Sp. I.*: C. foliis simplicibus lanceolatis sinuato-dentatis, caul. nudis. *Sp. I - S. XII. n. 3. Habitat in Sibiria. D. Gmelin. [*Sp. I. II.*]*

„Siliquae lanceolatae Lunariae. Flores non vidi.“ *Sp. II.*
4765. **C. petraea** *Sp. I.*: C. foliis simplicibus oblongis dentatis. *Sp. I - S. XII. n. 4. Fl. succ. II. n. 591. Hud. angl. 255. (Sp. II.) — Oed. dan. 386. (S. XIII.)* — C. petraea cambrica, nasturtii facie. *Dill. eth. 70. t. 61. f. 71. Nasturtium petraeum Pluk. alm. 261. t. 101. f. 3. Pet. herb. 50. f. 3. Habitat in Angliae, Arvoniae, Mervinae, Sueciae rupibus excelsis. (2. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]*

„Siliquae valvulae a basi dehiscunt, non vero revolvuntur, Mygind.” *Mant. II. p. 427. S. XIII.*

Fl. S. II. syn. Dill. Pluk. II. cc., descr. 0.

4766. **C. resedifolia** *Sp. I.*: C. foliis inferioribus indivisis, superioribus trilobis, *S. X. n. 13., Sp. II. n. 5., pinnatis* quae *S. XII. n. 5.* — *C. fol. pinnatis, foliolis decurrentibus confluentibus. Sp. I. p. 656. n. 13.* — Nasturtium alpinum minus, resedae folio. *Bauh. pin. 104. prodr. 45. t. 45. Bocc. mus. 2. p. 41. t. 46.* Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaeis. [*Sp. I. II.*]

„Folia inferiora ovata, indivisa; superiora trilobo-hastata, s. subternata lobis lateralibus minoribus. Statura C. bellidifoliae.” *Sp. II.*

Obs. Sub sect. 3. in Sp. I., sub sect. 2.* in S. X. XII. XIII., huc in Sp. II. ducta.*

2.* FOLII TERNATIS.

4767. **C. trifolia** *Sp. I.*: C. foliis ternatis obtusis, caule subnudo. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 6.* Fl. succ. II. n. 589. — *Jaeg. vind. 654. (Sp. II.) — Jaeg. austr. t. 27. (S. XIII.)* — C. fol. ternatis, *Hall. helv. 559. Fl. succ. I. n. 563., crenatis, caule simpliciter. Fl. lapp. n. 259. H. cliff. p. 336. n. 4. Roy. lugdb. 346.* C. alpina trifolia *Clus. hist. 2. p. 127. Nasturtium alpinum trifolium Bauh. pin. 104.* Habitat in Alpibus Helveticis, Lapponicis, locis umbrosis sylvaticis (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. Hall. Bauh. II. cc., Clus. I. c. et Rudb. lapp. 96., C. trifolia Loh. ic. 211.

Fl. lapp. syn. Bauh. Rudb. II. cc. et Clus. pan. 456. [„Vercor ne Rudb. alium intellexerit speciem.” Afz. in Sm. r. lapp. — Pl. succica est mera var. C. amaruae, Whlab. p. p. 199. succ. p. 411. — Ipse L. cum non legit. R.]

H. cliff. syn. Clus. Bauh. II. cc. et Boerh. lugdb. 2. p. 17., Loh. hist. 107. Dalech. hist. 660., Morris. hist. 2. p. 224. s. 3. t. 14. f. 13., Iberidi fuchsii affinis trifolia carladina Bauh. hist. 2. p. 890.; — l. nat. in sylvis montibus, nudo solo potius quam herbido, ad arborum acifoliorum radices in et juxta Alpes; in Lapponia a Rudbeckio lecta.

4768. **C. africana** *Sp. I.*: C. fol. ternatis acuminatis, caule ramosissimo. *Sp. I. S. X. n. 6., Sp. II. S. XII. n. 7.* Nasturtium africanum, fol. ternis, facie christophoriana. *Herm. par. 202. t. 202. N. afric., II. albis spicatis, fol. ternis, christoph. facie. Pluk. alm. 152. t. 101. f. 5. Raj. suppl. 414.* Habitat in Africa. [*Sp. I. II.*]

3.* FOLII PINNATIS.

4769. **C. chelidonia** *Sp. I.*: C. foliis pinnatis: foliolis quinis incis. *Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 8.* C. glabra, chelidoni folio. *T. Barr. ic. 156.* Nasturtium pyrenaeorum aquaticum latifolium, purpurascens flore. *Herm. par. 203. t. 204.* Habitat in Sibiria, Italia. [*Sp. I. II.*]

4770. **C. impatiens** *Sp. I.*: C. foliis pinnatis incis. stipulatis (*S. X. sq.*), floribus apetalis. *Sp. I. S. X. n. 8., Sp. II. S. XII. n. 9.* Fl. succ. II. n. 588. C. fol. pinnatis: pinnis laciniatis. *H. cliff. p. 336. n. 3. Fl. succ. I. n. 561. Roy. lugdb. 345. Hall. helv. 557. Sauv. monsp. 255.* — *C. fol. pinnatis: foliolis laciniatis petalis fugacissimis. Huds. angl. 256. (Sp. II.)* — Sisymbrium cardaminis species quaedam insipida, *Bauh. hist. 2. p. 886.* — Habitat in Europae nemoribus ad radices montium. ♂ (⊙. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Habitu similis *Sis. Sophiae*, flores petalis destitutos profert, id quod in tota classe rarum, in *Lepilio ruderali* etiam invenitur. Flores constant perianthio s. calyce aphylo, staminibus brevioribus. Petiolus ad basin format appendices duos, recurvatos, unde quasi stipulis instructus, quod etiam in nulla alia huius generis specie observatum est.” *H. vestg. p. 26-7. (succ.) sub C. apetalae.*

„Petioli axillares aurientis reflexis. Fl. omnino in nostra apetalis, etiam in horto sata planta; exteri autem petala floribus adscribunt, quod vel solo, vel specie diversae forte tribuendum; nostra iis certe caret.” *Fl. S. II. p. 230.*

„Petalis carere hanc pl. assereravi ex iis, quae copiose crescunt sponte ad Gottswandam et in Horto ae. quotannis; nuper autem mihi allata a discipulo planta petalis albis calyce majoribus. — Plantam distinctam [i. e. n. 4771.], ut et proxime antec-

dentem nuper misit Jo. Ad. Torneros Nycopiae lectam, quae caulem gerit dimidio breviorum, teretiorum, magis ramosum; folia pinnata: foliolis lanc. — linearibus, integerrimis, longe minoribus absque stipulis; flor. apetalos, longe minores; racemos tota pl. longiores, flexuosos a siliqua ad siliquam; siliq. lineares, compressas, ad semina torosas.” *Fl. S. II. app. p. 464. [Obs. Posterior haec descr., ex S. X. et Favn. S. II. app. p. 557., C. parvifloram indicat. R.]*

„Planta certe nulla petala habet.” *Sp. II.* — „Florem unicum cum corolla, petalis albis, majoribus quam in parviflora, reperi 1764; diversa tamen a C. parviflora.” *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. C. annua, exiguo fl. Tourn. inst. 224. Boerh. lugdb. 2. p. 17., C. impatiens, vulgo Sium minus impat. Raj. hist. 815., C. alpina erecta, fol. copiosis, imis latioribus (etc.), fl. parvis albis, S. heuch. alp. 510., Sisymb. montanum tenuif., fl. muscoso purpurascens, Barr. rar. t. 155., Jo. B. I. c., Nasturtium minimum annuum, fl. albo. Morris. hist. 2. p. 221. s. 3. t. 4. f. 1.; — l. nat. in ll. humidis umbrosis inter lapides in mont. Apenninis, m. Trisulti in Umbria, in comitatu Eboracensi prope vicum Wherf; in Saecia circa Carlsberg prope Holmiam.

Fl. S. syn. H. vestg. Tourn. Barr. Mor. II. cc., Sium impatiens Alp. exot. 331. (et Roy. Hall. II. cc. in ed. I.)

4771. **C. parviflora** *S. X.*: C. foliis pinnatis extipulatis, foliolis lanceolatis obtusis, flor. corollatis. *S. X. n. 8. A., Sp. II. S. XII. n. 10.* Nasturtium pratense, parvo fl. *Bauh. prodr. 44. N. pratense, flosc. minimis. Morris. prael. 290.* Habitat in Europa. ⊙ — Simillima C. impatiens, a qua differt: caule breviori, minus acutangulo; foliis non stipulatis: foliolis lanceolatis obtusis vix dentatis: nec infimis palmatis, sed ovatis glabris, Stamina corolla breviora. Siliquae dimidio minores, erectae in pedic. horizontalibus. [*Sp. II.*]

„Distincta pl. a C. impatiens et hirsuta.” *M. II. p. 427. [Obs. cf. huc n. 4770. descr. ex Fl. S. II. app.]*

4772. **C. graeca** *Sp. I.*: C. foliis pinnatis: foliolis palmatis aequalibus petiolatis. *Roy. lugdb. 345. H. ups. p. 188. n. 1. t. c. Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII. n. 11.* Nasturtium montanum nanum, rotundo thalictri folio, cyrenaicum. *Bocc. mus. 2. p. 171. t. 116.* Sio minimo prosperi alpini affinis, siliculis latis. *Bocc. sic. 84. t. 45. f. 2.* Habitat in Sicilia, Corsica, insulis Graeciae, inque Germania (*Sp. II.*). ⊙.

„Caulis brevis. Folia foliolis 9, ovatis, semipalmatis, obtusis. Cal. erectus. Cor. alba.” *Mant. II. p. 427.*

H. ups. syn. ead. et Raj. hist. 815., C. sicula foliis fumariae, Tourn. inst. 225., C. graeca, chelidoni folio, rarius et profundius inciso, fl. albo, Tourn. cor. 16.; — l. nat. ut Sp. I.

4773. **C. hirsuta** *Sp. I.*: C. foliis pinnatis, flor. tetrandris. *H. cliff. p. 336. n. 2. Fl. succ. I. n. 562. II. 587. Roy. lugdb. 345. Gron. virg. 99. Sp. I. S. X. n. 10., Sp. II. S. XII. n. 12.* Nasturtium aquaticum minus *Bauh. pin. 104.* Sisymbrium aquat. alterum *Cam. epit. 270.* Habitat in Europae arvis, hortis, arvis. [*Sp. I. c. e. II.*]

H. cliff. syn. C. subhirsuta, minore fl. Dill. giss. 76., C. sylv. minor italica Barr. rar. 44. t. 455., C. impatiens altera hirsutior Raj. hist. 815., C. quarta Dalech. hist. 659. Boerh. lugdb. 2. p. 17., Sisymbrium cardamine hirsutum minus, fl. albo. Bauh. hist. 2. p. 888., C. Bauh. I. c.; — l. nat. in arvis succulentis, arvis et hortis Scaniae, Daniae, Germ., Italiae, Angl., omnium autem in Hollandia copiosissimum. — Obs.: „Dill. haec pl. non modo a congeneribus, sed et ab omnibus quas novi in tota classe, quod haec stamina 4 communiter producat, raro minora ista 2 exserens.”

Fl. S. syn. C. hirs., minore fl. Dill., C. Bauh., II. cc. (et Roy. I. c. in ed. I.)

Obs. Hexandrum contendit Hall, ad L. (Sm. ep. II. p. 386.)

4774. **C. pratensis** *Sp. I.*: C. foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis: caulibus lanceolatis. *Sp. I. S. X. n. 11., Sp. II. S. XII. n. 13. Fl. S. II. n. 585.* C. fol. pinnatis: foliol. subrot. integris. *Fl. succ. I. n. 559. Dalib. ppris. 198. C. fol. pinnatis, caule erecto. Fl. lapp. n. 258. H. cliff. p. 336. n. 1. Roy. lugdb. 345.* Nasturtium pratense, magno flore. *Bauh. pin. 104. Flos cuculi Dod. pempt 592. — Far. β. Sp. I.: N. prat., fol. rotundiore, fl. majore. Bauh. pin. 104. — Hab. in Europae pascuis aquis. 2. [Sp. I. II.]*

H. cliff. syn. C. prat. magno fl. purpurasc. Tourn. inst. 224. Boerh. lugdb. 2. p. 16., C. altera simplicifl. Clus. hist. 2. p. 128.

Nast. pratense magno fl. simpl. Moris. hist. 2. p. 223. s. 3. t. 4. f. 7., C. Bauh. Dod. II. c. c., Iberis fuchsii s. Nast. prat. etc. Bauh. hist. 2. p. 889; — *car.* α. fl. albo T., β. fl. pleno T.; — *l. nat. id.* „vulg.“

Fl. lapp. syn. Tourn., C. Bauh., II. c. c., N. pratense Rudb. cat. 29. hort. 79. Lind. wiks. 26. . . . fl. simpl. Rudb. vall. 26.

Fl. s. syn. C. Bauh. Dod. II. c. c. (et Tourn. l. c. in ed. l.); — *var. β.* ut α. *H. cliff.*

4775. **C. amara** *Sp. I.*: C. foliis pinnatis, axillis stoloniferis. *Sp. I. S. X.* n. 12., *Fl. succ. II.* n. 586., *Sp. II. S. XII.* n. 14. — It. vestg. p. 26. — C. fol. pinn.: foliol. subrotundis angulosis. Hall. helv. 558. Fl. succ. I. n. 560. Dalib. paris. 199. Nasturtium aquaticum majus et amarum Bauh. pin. 104. — *N. pyrenaicum aquat. latif. purpurasc. flore. Herms. parad.* 203. t. 203. (*S. XII. VIII.*) — Habitat in Europae septentrionalis nemoribus. 4.

[*Sp. I. II.*]

„Folia caulina eadem magnitudine, qua radicalia.“ *Fl. S. I. II.* (cum *syn.* Hall. l. c., C. fl. majore elatior, Tourn. iust. 224., Bauh. l. c. et prodr. 45.)

„Petala magis quam in praecedenti erecta, Anth. purpureae nec laevae. Stolones reptantes ex alis foliorum descendunt.“ *Fl. S. II.* — „Characterem pro botanicis observavimus, quod caulis quidem erectus est, sed ex alis summis emittit parvos stolones radicantes, itaque: C. fol. pinnatis, ex summis alis stolonibus reptans, dici potest.“ *It. vestg.* p. 26. (e *succico*).

4776. **C. virginica** *Sp. I.*: C. foliis pinnatis: foliolis lanceolatis basi uidentatis. *Sp. I. S. X.* n. 14., *Sp. II. S. XII.* n. 15. — *Gron. virg. II.* p. 99. (*Sp. II.*) — *Pet. gaz.* t. 105. f. 18. (*S. XIII.*) — Alyssum fol. radicalibus pinnatis in orbem positis, caulinis lanceolatis, silic. compressis. *Gron. virg. I.* p. 170. Nasturtium bursae pastoris folio, virginianum, fl. albo, siliqua compressa. Pluk. alm. 251. t. 101. f. 4. Habitat in Virginia. — Folia radicalia in orbem digesta, pinnata: foliolis numerosis, fere imbricatis, sublanceolatis, a latere postico denticulo uno brevi juxta basin. Caulis minus foliosus: foliis raris, saepius linearibus, integris. Habitus *Bursae pastoris*. [*Sp. I. II.*]

DCCLXXXI. **SISYMBRIUM** *S. I. G. I.*: Siliqua dehiscens valvulis reclusis. Calyx patens. Corolla patens. *S. X.* n. 728., *XII.* 813. — *Siliq. incurva. Cal. Cor. ut sup. S. VI.* n. 666.

SISYMBRIUM Tournet. 109. Radicula Dill. gen. 6. — **CAL.** Perianth. 4phyllum: foliolis lanceolato-linearibus, patentibus (*in-sculis G. I. V.*), coloratis, deciduis. — **COR.** 4petala, croceiformis. Petala oblonga, erecto- (*Φ. G. I.*) patentia, calyce saepius minora, *unguibus minimis* (*Φ. G. I.*). — **STAM.** Filam. 6, calyce longiora: quorum duo opposita paulo breviora. Anth. simplices. — **PIST.** Germen oblongum, filiforme. Stylus vix ullos, Stigma obtusum. — **PER.** Siliqua longa, incurva, *gibba* (*G. I. VI.*), teres, bilocularis, bivalvis; valvulis dissepimento paulo brevioribus, reclusis (*G. VI.*). — **SEM.** plurima, parva. [** G. I. n. 547., II. 666., V. 728., VI. 813.*]

„Sophia corollam calyce brevioris gerit et siliquam tenuissimam longissimam. Radicula D. siliq. gibbam brevissimam proferit.“ *G. I. VI.* — „Eruca Tourn., quoad species plures, a Sisymbriis attributis fructificationis propriis vix distinguuntur.“ *G. I. II.* — „Calyx et Corolla in hoc genere patentia.“ *G. II. V.*

Obs. huc Sisymb. *S. I. cum syn.* Radicula Dill. — *FRIO S. I. cum syn.* Eruca T., — et *Sophia S. I. cum syn.* Accipitrina Riv.

I. SILIQUIS DECLINATIS BREVIDIS.

4777. **S. Nasturtium aquaticum** *Sp. I.*: S. siliquis declinatis (*Sp. I. sq.*), foliis pinnatis: foliolis subcordatis. *H. cliff.* p. 336. n. 1. Fl. succ. I. n. 552. H. 592. Mat. med. n. 331. Roy. lugdb. 340. Gron. virg. 170. Dalib. paris. 203. *Sp. I. S. XII.* n. 1. Sisymbria cardamine Fuchs. hist. 723. Nasturtium aquaticum supinum Bauh. pin. 104. et L. it. scan. p. 278. cum descr. — Habitat in Europa et America septentrionali ad fontes, *inque Oriente* (*Sp. II.*).

[*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *Fl. S. syn.* Bauh. Fuchs. II. c. c. (et Roy. Gron. Tourn. II. c. c. in ed. l.)

H. cliff. syn. S. aquaticum Tourn. inst. 226. Boerh. lugdb. 2. p. 15. . . . vulgo Crescione Caesalp. syst. 362., Bauh. hist. 2. p. 884. C. Bauh. l. c., Moris. hist. 2. p. 223. s. 3. t. 4. f. 8., N. aquat. Dod. pempt. 392., Sion Lob. hist. 106.; — *l. nat.* in rivulis et ad fontes passim in Sacc. Germ. Belg. Anz. Gall. Jamaica.

Obs. S. Nasturtium S. X. XII. sq. (abbrev. typ.)

4778. **S. tanacetifolium** *Sp. I.*: S. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis pinnatis (*Sp. II.*) *in ciso* - (*Φ. Sp. II.*) serratis: extimis confluentibus. *S. X.* n. 12., *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *S. fol. pinn., foliolis laev. pinnatifidis.* Roy. lugdb. 342. *Sp. I.* p. 659. n. 12. (sub sect. 4.) — Eruca tanacetii foliis. Moris. hist. 2. p. 231. s. 2. t. 6. f. 19. E. fruticosa, fol. tanac. indica. Zan. hist. 86. t. 33. — Habitat in Sabaudia („?“ *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

4779. **S. pyrenaicum** *S. X.*: S. siliq. subovatis, fol. inferioribus pinnato- (*S. X.*) lyratis; superior. bipinnatifidis. *S. X.* n. 3. A. (cum *syn. Mor.*), . . . *amplexicaulibus, stylis filiformibus. Sp. II. S. XII.* n. 3. — *S. fol. pinnatis: imorum pinnis oblongis, superiorum linearibus integris, siliq. ovalibus oligospermis. Act. helv.* 4. p. 288. (*S. XII. VIII.*) — Raphanus minimus repens luteus, fol. tenuiter divisis. Moris. hist. 2. p. 236. s. 3. t. 7. f. 1. Raj. hist. 809. Alyssum fol. pinnatis multifloribus, flor. racemosis luteis. Allion. pedem. 40. t. 7. Habitat in Pyrenaeis, Helveticis alpinis. *D. Monnier* (*S. X.*). 4. — Stylus capillaris. Siliqua ovalis. Petioli amplexicaules. [*Sp. II.*]

4780. **S. sylvestre** *Sp. I.*: S. siliquis declinatis (*Sp. I. sq.*) *oblongo-ovatis* (*S. XII. sq.*), foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis. *H. cliff.* p. 336. n. 2. Fl. succ. II. n. 594. Roy. lugdb. 341. Dalib. paris. 204. Sauv. monsp. 228. Boehm. lips. 118. Gort. gelr. 399. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *Oed. dan.* 409? (*S. XIII.*) — Eruca palustris, nasturtii folio, siliqua oblonga. Bauh. pin. 98. E. quibusdam sylvestris repens, flosc. luteo. Bauh. hist. 2. p. 866. E. sylvestris Fuchs. hist. 263. . . . minor, luteo parvoque flore. Bauh. pin. 98. Habitat in Helvetiae, Germaniae, Galiae ruderatis. 4. [*Sp. I. II.*]

Obs. huc in *S. X.* Allion ped. t. 7.: *vide sp. praec.* — *Descr. Loeffl. (it. p. 67-S.) potius ad n. 4779. pertinet.*

Fl. S. II. syn. Ros. scan. 31., Bauh. pin. II. c. c., Fuchs l. c. *H. cliff. syn.* S. palustre repens, folio nasturtii. Tourn. iust. 226. Boerh. lugdb. 2. p. 16., E. palust. etc. Bauh. pin., Jo. B., II. c. c.; — *l. nat.* copiose circa Genevam, Montbelgardum. Porentrum ad fontem mirabilem loco arenoso, Basileam, Stuttgartiam etc.; in Belgio passim.

4781. **S. amphibium** *Sp. I.*: S. siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis serratis. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Fl. S. II.* n. 593., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Var. α. palustre Sp. I.* (β. *Fl. S. II.*): S. fol. pinnatifidis serratis. Fl. succ. I. n. 551. S. fol. infimis capillaceis, summis pinnatif. *H. cliff.* p. 337. n. 4. Roy. lugdb. 341. Dalib. paris. 203. Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias divisis. Bauh. pin. 97. prodr. 38. t. 38. Sis. aquaticum (etc.) Fl. lapp. n. 262. — *Var. β. aquaticum Sp. I.*: S. fol. simplicibus dentatis serratis. *H. cliff.* p. 336. n. 3. Fl. succ. I. n. 550. Roy. lugdb. 341. Hall. helv. 548. Raphanus aquaticus, rapistri folio. Bauh. pin. 97. R. aquat. alter Bauh. prodr. 38. t. 38. — *Var. γ. terrestre Sp. I. (cm.)*: S. aquaticum, fol. variis. Vaill. paris. 185. S. fol. imis integris ovatis serratis, superior. pinnatis. Hall. helv. 548. — Habitat in Europae septentrionalis aquis. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. II. syn. Bauh. II. (ut β.) c. c.; — *var. β. (excl. Roy. Dalib.) ut α. Sp. I. II.*; — *obs.*: „Planta aquatica α. [β. Sp.] aquis profundioribus innata, folia immersa habet linearia pinnata, fere Nottonia e; emersa lanceolata serrata. Palustris β. vero in fossis, foliis gaudet ovatis pinnatis serratis et caule strictiore.“

H. cliff. n. 4. (i. c. α. Sp. I.) syn. S. aquaticum, foliis in profundas lacinias divisis, siliqua breviori. Tourn. inst. 236. Boerh. lugdb. 2. p. 16. et II. lapp. l. c., Radicula aquat., fol. in prof. lac. div. Dill. gen. 122. app. 9., C. Bauh. II. c. c.; — *l. nat.* in aq. stagnantibus et palud. profundis sat freq. per Europ. — *Fl. lapp. syn.* Tourn., Dill. app., Bauh. pin. II. c. c., Rapistrum aquat. Rudb. hort. 97., Eruca palustris aqu. Frank. spec. 13. — *Fl. S. I. n. 551. syn. (excl. Boerh.) ut H. cliff.*

n. 4.; *odd. obs.*: „Summa est hujus affinitas cum praecedente [i. e. *β. Sp.*], quod ex fructificatione patet; facile cum *D. Hallero* solam var. esse crederem.”

„*H. cliff. n. 3. (i. e. β. Sp.) syn. S. aquat.*, raphani folio, siliqua breviori. Tourn. inst. 226. Boerh. lugdb. 2. p. 16., Radicula palustris Bauh. hist. 2. p. 866. Dill. giss. 50. gen. 122., Bauh. pin. prod. II. cc.; — *t. nat.* in II. graminosis subhumidis freq. per Succ. German. Belg. Angl., juxta aquas saepius fluentes. — *Fl. S. I. n. 550. syn. Roy. Hall., Tourn., Dill., Bauh. pin. prod., II. cc.; — obs.*: „In lacubus inter Arundines et Scirpos ad insulam Liljeholmen Upsaliae folia supra aquam simplicia serrata; infra aquam profunde pinnatifida, pinnis linearibus integerrimis distantibus.”

4782. *S. tenuifolium Cent. I.*: *S. foliis integerrimis; infimis tripinnatifidis; supremis integerrimis.* Guett. stamp. 150. Dalib. paris. 204. *Cent. I. n. 48. in Am. ac. 4. p. 279., S. X. n. 12. B., Sp. II. S. XII. n. 6.* — *Eruca fol. sinuato-dentatis, caule nudiuscula, rad. perenni.* Ger. prov. 369. (*S. XII. sq.*) — *Sinapis fol. laevibus glaucis, pinnis linearibus rariter dentatis.* Hall. act. 6. p. 84. n. 17. (*Mant. II. sq.*) — *Sinapi erucae folio Bauh. pin. 99. Eruca tenuifolia perennis Bauh. hist. 2. p. 861. Vaill. paris. 50.* — *Habitat in Italia, Gallia, Helvetia.* 4. [†. *Am. ac. et Sp. II.*] „Conferatur planta et synonyma cum *Sinapi sylvestri* [....? *R.*]” *Am. ac.*

4783. *S. indicum Sp. II. (non M. I.)*: *S. siliquis pedunculatis rectis patentibus, foliis lyratis ovatis laevibus.* Habitat in India orientali. ☉. — *Facies S. amphibii aut Sinap. arvensis.* Caulis ramosus, patulus, laevis. Folia ovata, lyrata, obsolete dentata, petiolata. Racemi axillares, nudi. Siliquae laeves, rectae, pedicellis patentibus, filiformes. Flores minuti. [*Sp. II. p. 917. n. 7.*]

[*Obs. Sp. dubia, ♀. in S. XII. sq. — Non est S. indicum M. I., n. 4803., qu. cf. ! An Barbarae sp., an Sinapeos? R.*]

2°. SILIQUIS SESSILIBUS AXILLARIBUS.

4783. *S. supinum Sp. I.*: *S. siliquis axillaribus subsessilibus solitariis, foliis dentato-sinuatis.* H. ups. p. 192. n. 2. *t. c. Sp. I. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n. 8.* *Erysimum caule decumbente, siliqua laterali subsessili.* Roy. lugdb. 343. Dalib. paris. 201. *Eruca supina alba, siliqua singulari e foliorum alis erumpente.* Isnard. act. 1724. p. 295. t. 18. Habitat Parisiis ad agrorum margines, inque Hispania, *Gottandia (Sp. II.)*. ☉ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Roy. Isn. II. cc., Eruca procumbens alba, alis foliorum florens, Vaill. paris. 50.; — t. nat. in pratris et agr. marg. Paris. ☉.

Obs. Misit hanc Lae f. l. (t. p. 57. et 293.: qu. cf. !); serius in Saecula lecta, in Fann. S. II. app. p. 557. primum indicata.

4784. *S. polyceratium Sp. I.*: *S. siliquis axillaribus sessilibus subulatis aggregatis, foliis repando-dentatis.* H. ups. p. 193. n. 3. Sauv. monsp. 283. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 10.* — *Jacq. hort. t. 79. (S. XIII.) — Erysimum siliquis in alis foliorum sessilibus.* II. cliff. p. 337. n. 2. *Er. polyceratium s. corniculatum Bauh. pin. 101. Irio altera Dalech. hist. 653. Habitat in Helvetiae, Italiae ruderatis.* ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. I. c. et Moris. hist. 2. p. 218. s. 3. t. 3. f. 2. Boerh. lugdb. 2. p. 11., Erys. alterum matthioli, siliq. parvis, qnsd. Dentaria, Bauh. hist. 2. p. 864., Eruca flosculis pediculis carentibus, Rāj. hist. 810., Irio speciei tertiae Caesalp. syst. 361., Dalech. I. c.; — t. nat. 0.

H. ups. syn. (excl. Sauv.) ut Sp. I.; t. nat. in ruder. Calabriae, Helv. ☉.

4785. *S. burisifolium Cent. II.*: *S. racemo flexuoso, foliis lyratis, caule erecto folioso.* *Cent. II. n. 172. in Am. ac. 4. p. 323. S. X. n. 12. C., Sp. II. S. XII. n. 9.* *Hesperis fl. albo minimo, siliqua longa, folio profunde dentato.* Boerh. lugdb. 2. p. 20. *Dill. cith. 179. t. 148. f. 177. (S. XII. sq.) — Draba palustris siliquosa major alpina, bursae pastoris folio.* Cup. sic. 3. Habitat in Italiae montibus subhumidis. *Miller (Am. ac.)*. ☉. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caulis pedalis, teres, ramosus, foliosus, laevis. Fol. lyrato-sinuata, omnino bursae pastoris, glabra, fragilia, amplexicaulia. Racemi terminales, flexuosi. Pedicelli brevissimi, rigidi,

erecti. Calyces laeves, erecti, clausi. Petala alba, cuneiformia, obtusiuscula, erecta; lamina longitudine calycis. Stamina 6, parva.” *Am. ac.*

„Var. *β. Hesp. dentata Sp. II. p. 928.*” *S. XII. sq.*

HESPERIS DENTATA: foliis dentato-pinnatifidis, caule laevi. *Sp. I. p. 664., II. 928., S. X. p. 1134. n. 6.* H. fol. multifidis. Roy. lugdb. 338. H. 0. albo min. (*etc. v. saep.*) Dill. t. 148. f. 177. Habitat in Sicilia. ☉. [*Sp. I. II.*]

3°. CAULE NUDO.

4786 a. *S. murale Sp. (I?) II.*: *S. subcaule, foliis lanceolatis sinuato-serratis laeviusculis, scapis subscabris adscendentibus.* *Sp. II - S. XIII. n. 11. S. fol. serrato-dentatis laevibus, caule nudo adscendente scabro.* *S. X. n. 6.* — *S. fol. lanceolatis sinuato-serratis, caule subnudo erectiusculo.* [*add: Sp. I. n. 7. sub S. vimineo. R.*] — *Hort. cliff. 337. Roy. lugdb. 341. Dalib. paris. 204. Eruca viminea, iberidis folio, flore luteo.* Barr. rar. 421. t. 131. Habitat in Gallia, Italia. ☉. — *Caules subscaebi, adpersi pilis raris rigidis, supra basin ramosi foliosique. Folia petiolata, lanc., oleracea, laevia, sultus pilis aliquot vagis adpersa, dentato-serrata, Scapi longi. primum decumbentes, dein adscendentes. Cal. semipatentes, raris pilis, apice fornicati. Cor. luteae, obtusiss., magnae diametro foliorum. Siliquae crassiusc., compressiusculae, valvulis obsolete carinatis.* [*Sp. II.*]

„Differt in panicis a simillimo *S. monensi*. Folia obsolete dentata s. obiter remotissimeque serrata.” *Mant. II. p. 427. (Sim. S. XIII.)*

4786 b. *S. MURALE Sp. I.*: *S. fol. lyratis denticulatis, siliq. sessilibus, S. foliis sinuato-pinnatis.* Guett. stamp. 150. Dalib. paris. 205. *Eruca sylvestris minor lutea, bursae pastoris fol. Bauh. pin. 98. prodr. 39. Barr. ic. 1016. E. sicula, bursae past. fol. Boec. sic. 18. Habitat in Gallia, Sicilia.* [*Sp. I. n. 6., sub sect. 2°.*]

[*Obs. Diversa certo a Sp. II.: cf. n. 4788 - 9! — Locum ex II. cliff. supra cit. (diag. diversa) cf. ad n. 4788 b. — S. murale inter Pl. pulcherrimas nominatum (Fl. pat. n. 358. in Am. ac. 4. p. 460.) cum syn. Barr. 1016., quorsam pertineat. ignoro. R.*]

4787. *S. monense Sp. I.*: *S. acaule, foliis pinnato-dentatis subpilosis, Sp. II. S. XII. n. 12., scapis laevibus.* *Mant. II. p. 427. S. XIII. n. 12.* — *S. fol. dentato-pinnatis laevibus, caule nudo adscendente glabro.* *S. X. n. 9.* — *S. fol. pinnatifidis integerrimis, caul. subnudis procumb. simplicibus.* *Sp. I. n. 9.* — *S. fol. pinnato-sinuatis, caul. nudis simpl.* Ger. prov. 360. *S. XII. sq.* — *Eruca monensis laciniata, fl. luteo majore.* Dill. eth. 135. t. 111. f. 135. — *E. perennis et saxatilis, rad. crassa, e rupe victorica.* *Tournef. schol. (Sp. II.)* — *Habitat in insula Mona Angliae, rupe Victoricae Gallio-provinciae.* 4. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Simillimum praecedenti [*S. muralt Sp. II.*] magnitudine plantae, foliorum, florum, fructuum. Rad. perennis. Fol. pinnatifida, linearia, raris pilis adpersa: pinnis remotis, obtusiusculis, saepius septenis. Scapi erecti, laeves. Cal. clausi. Petala lutea, integra.” *Sp. II.* [*Obs. Spec. gallica, quae in Sp. II. sq., diversa est (Diptolotaxis saxatilis Dec.): cf. Sm. brit. 704. R.*]

„Folia fere pinnatifida s. ultra medium divisa.” *Mant. II. p. 427. S. XIII.*

4788 a. *S. vimineum Sp. (I?) II.*: *S. acaule, foliis lyratis laevibus, scapis adscendentibus, flor. minutis.* *Sp. II - S. XIII. n. 13.* — *S. fol. sinuato-lyratis laev., caule nudo adsc. glabro.* *S. X. n. 7.* — *Eruca pumila sicula, bursae pastoris folio.* Boec. sic. 19. t. 10. *E. minimo flore, monspeliensis.* Bauh. hist. 2. p. 862. f. mala. *E. vinealis, parvis luteis fl. Moris. blaes. 263. Habitat in Sicilia, Monspelli.* — *Facies duorum praecedentium [n. 4786 - 7.], sed folia, licet parva et digiti longit., lyrata omnino Barbarae, obtusa, laevia. Scapi filii, erectiusculi, fl. lutei, Sophiae floribus non majores. Petala erecta, obtusa, vix calyce duplo longiora.* [*Sp. II.*]

4788 b. *S. vimineum Sp. I.*: *S. fol. lanceolatis sinuato-serratis, caule subnudo erectiusculo.* *Sp. I. n. 7.* — *S. fol. lanc. integris serratis.* II. cliff. p. 337. n. 7. Roy. lugdb. 341. Dalib. paris. 204. *Eruca minimo fl. monsp. Jo. Bauh. (l. c.) Bellis viminea, iberidis folio, luteo fl. Barr. ic. 131. Habitat Parisiis et ad Tyberis margines inque Noravia.* [*Sp. I.*]

H. cliff. syn. Jo. Bauh. l. c. et Vaill. Paris. 56, E. vininea (etc.) Barr. l. c. „opt.“, E. folio bellidii Moris. hist. 2, p. 231., E. virginiana bellidii majoris folio, Pluk. alm. 136, t. 86, f. 8.; — *l. nat.* in Virg.; supra muros circa Parisios; juxta Tyberis margines.

Obs. *Planta Sp. I. a Linnaeo videtur ad S. murale Sp. II. ducta (cf. n. 4786 a.). — et r. vera eadem (cael. syn. Pluk., quae Arabis canadensis cf.). At S. murale Sp. I. in S. Barrelieri Sp. II. quaerendum. R.*

4789. **S. Barrelieri Sp. II.**: S. caule subnudo ramoso, foliis radicalibus runcinatis dentatis hispidis. *Sp. II-S. XIII. n. 14.* — [*S. murale Sp. I. n. 6. ? R.*] — Eruca sylvestris minor lutea, bursae pastoris folio, italica. Barr. ic. 1016. bona. — *Bauh. pin. 98. prodr. 39. (Mant. II. sq.)* — Habitat in Hispania, Italia. Loefling. ☉. — Folia radicalia, plurima, lyrata, dentata, ut in *Taraxaco*, licet vix pollicaria, hispida undique setis pellucidis, Canis erectus, rarius hispidus, ramis paucis sub quibus folium subulatum, Cal. laevis, Petala lutea, oblonga, majuscula, integra, Siliquae oblongae, ad semina torulosae. [*Sp. II.*]

4790. **S. arenosum Sp. I.**: S. caule subfolioso ramoso, foliis lyratis rectangulo-dentatis hispidis: pilis ramosis. *Sp. II-S. XIII. n. 15. S. fol. lyrato-serratis (hastato-dentatis S. X.) scabris radicalibus (S. X.), caule subnudo ramoso. Sp. I. S. X. n. 8. Fl. succ. II. n. 597. — S. asperum, fol. pinnatis rectangulis non dentatis. Holl. helv. 552. (Sp. II.)* — Eruca caerulea in arenosis proveniens. Bauh. pin. 99. prodr. 40. f. mala. Barr. ic. 196. (*Sp. II.*) — Eruca sylvestris major minorque, foliis subsuperis in orbem sparsis. Loes. pruss. 68. t. 13. bona. — Habitat in Germania, Helvetia. (☉. *Sp. II.*)

[*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia plurima, lanceolato-lyrata, hispida utrinque pilis ramosis bifidis s. trifidis: caulina lanceolata, dentata, similiter hispida. Caulis hirtus pilis raris simplicibus. Cal. glabri. Cor, subviolaceae.“ *Sp. II.*

Fl. S. II. syn. Sp. I. Loes. II. cc.; obs.: „Fol. radicalia, lyrata, parva, hispida: segmentis lateralibus angustis. Caulis pedalis, foliis paucis parvis lanceolatis dentatis hirtis, Ramus unus alterve, Fl. albidus vel flavescens.“

Obs. *Misit hanc Loefl., ut p. 292. (bis: sub quibus est S. vininum? an S. valentinum? an Barrelieri?) (cf. etiam p. 293.: loci fors ad dilucidandam hanc n. 4786-91. maximi momenti. — Planta saecica excludenda (primo obs. Sm. brit.); est Arab. thalianae var. β. hispida. Whitb. succ. p. 415. R.*

4791. **S. valentinum Sp. II.**: S. caule simplici erecto superne glabro, foliis lanceolatis hispidis antorsum dentatis. *Sp. II-S. XIII. n. 16.* Eruca hirsuta, flor. albis. Barr. rar. 423. t. 195. f. 1. Bocc. mus. 2. p. 84. t. 80. Habitat in Regno Valentino, Madriti. Loefling. ☉. — Caulis erectus, teres pedalis, tenuior, vix ramosus, inferne raris pilis adpersus, superne laevis, Folia radicalia angusto-lanceolata, dentibus 4 validis antorsum exstantibus, hispida pilis albis simplicibus longioribus et brevioribus, Caulina rariora, lanceolato-linearia, non dentata, Pedunc. filiformes, flore longiores. [*Sp. II.*]

4°. FOLIIS (bi-Sp. I.) PINNATIS.

4792. **S. Parra Mant. II.**: S. caulescens, fol. runcinatis muricatis. — Habitat in Parra, D. Vandelli. ☉, ♂. Cult. H. U. — Fol. radicalia in orbem expansa, copiosa; interioribus minoribus, spithamea, runcinata (Bursae pastoris), pagina superiore, praesertim margine, muricata verrucis s. tuberculis sparsis, mucronatis, mucrone apice hyalino (tubercula plurimum evanescent in adultioribus); pagina inferiori etiam scabra. Pinnae oppositae, basi latiores, dentatae, per paria basi superiori adpressae. Caulis altero anno prodit; primo acaulis est; utroque foret. Scapi erecti, laeves strigis remotis sparsis, paniculati, pedales. Pedicelli remoti, patentes, stricti, flore longiores, uno alterove die ante anthesin (quod singulare) recurvati; erecti, Cal. 4phyllus, clausus, laevis, pallidus, basi tumidiore hians. Petala 4, flava, obovata, obtusa, integerrima, distantia, calyce duplo longiora. Nectarinum Glandulis receptaculi 4: horum 2 oppositae, inter stamina longiora et calycis foliola interiora, subolatae, longiores quam in reliquis hujus classis, expellunt bases foliorum calycis ut hient. Stam. 4dynama: 4 longit. tubi corollae; 2 longit. caly-

cis. Germen cylindricum. Stylus subulatus. Stigma subcapitatum, longit. staminum, Siliqua teres, cylindrica, laevis, ad semina torulosa. [*Mant. II. p. 255-6.]*

Obs. Cf. epist. Vaud. in Rom. script. hisp. p. 182.

4793. **S. asperum Sp. I.**: S. siliquis scabris, foliis pinnatifidis: pinnis lineari-lanceolatis subdentatis, corollis calyce longioribus. Sauv. monsp. 283. *Sp. I. S. X. n. 10., Sp. II-S. XIII. n. 17.* — *S. fol. pinnatif. foliolis inaequaliter laciniatis, siliq. scabris. Ger. prov. 360. (Mant. II. sq.)* — S. fol. pinnatif. subdentatis angustissimis. Sauv. monsp. 255. Sinapi parvum siliqua aspera Bauh. pin. 99. prodr. 41. Sinapi monspessulanum, siliq. asp. hirsuta. Bauh. hist. 2. p. 857. — Habitat Monspeli in *palustribus (Sp. II.)*. ☉ (*Sp. II.*). [*†. Sp. I. II.*]

„Planta palmaris.“ *S. XII. XIII.*

4794. **S. Sophia Sp. I.**: S. petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis. Fl. succ. I. n. 553. II. 595. Dalib. paris. 204. Mat. med. n. 332. *Sp. I. S. X. n. 11., Sp. II. S. XII. n. 18. — Oed. 528. (S. XIII.)* — S. corolla calyce minore, fol. multifidis linearibus. Fl. lapp. n. 261. *H. cliff. p. 337. n. 9. Hall. helv. 337. Roy. lugdb. 341. Descurca Guett. stamp. 2. p. 164.* Nasturtium sylvestre tenuissime divisum Bauh. pin. 105. Seriphium absinthium Fuchs. hist. 2. Habitat in Europae maceris, muris, tectis. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Siliquae retinent persistentes semina in proximum tempus vernale, ut sint per hyemem Passeribus solatio.“ *Fl. S. II.*

Mat. med. syn. C. Bauh. Guett. II. cc., l. nat. id.

H. cliff. syn. S. annum absinthii minoris folio. Tourn. iust. 228. Boerh. lugdb. 2. p. 16., Erys. sophia dictum Raj. syn. 298. Sophia chirurgorum Lob. hist. 426., Accipitina Caesalp. syst. 351. Rupp. jen. I. p. 64., Seriph. germanicum (etc.) Bauh. hist. 2. p. 861. C. Bauh. l. c. s. Nast. myriophyllum, fl. lut. minimo. Moris. hist. 2. p. 223. s. 3. t. 4. f. 6., Thalictrum Dalech. hist. 1146.; — *var. α. S. (etc.) fol. latiore Boerh.; — l. nat. simil.*

Fl. lapp. syn. Sophia chir. Till. ic. 51. Rudb. hort. 107. Lind. wiks. 36., Herba sophia Frank. spec. 16., Raj. Tourn. Rupp. C. Bauh. II. cc. — *Fl. S. I. II. syn.* Tourn. Fuchs. C. Bauh. II. cc., Lob. ic. 738. et Till. l. c.

4795. **S. altissimum Sp. I.**: S. foliis runcinatis flaccidis: foliolis sublinearibus integerrimis, H. ups. p. 193. n. 4. t. e. Sauv. monsp. 229., *pedunc. laxis. Sp. I. S. X. n. 13. t. e., Sp. II-S. XIII. n. 19.* Erysimum siliq. laxis, fol. hastato-pinnatis. H. cliff. p. 338. n. 4. Sauv. monsp. 284. — *E. foliis sinapi, s. foliis longissimis et strictissimis. Buxb. cent. 5. p. 26. t. 51. (Sp. II.)* — E. monspessulanum, sinapios folio. Walth. hort. 55. t. 22. — Habitat in Armenia (*Sp. II.*), Sibiria. ☉. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Calyx patentissimus, unde Sinapios affinis.“ *Sp. II. (Sim. S. XII. sq.)* — „Diversum omnino a S. Loeselia. *Mant. II. p. 428.*

„Hab. circa Astracan. ☉. Radix fibrosa. Caules bipedales, ramosissimi, patuli. Fol. pinnata, subpendula: foliolis lanceolato-linearibus, integerrimis, longis, basi extrorsum laciniata acuta aurtis. Flores lutei, structura fere Sinapios. Siliquae longae, teretes, glabrae, filiformes, ancipites, copiosissimae.“ *H. ups. (cum syn. Walth. l. c.)*

Obs. Sp. I. add. syn. Rapistrum italicum, siliq. longissimis. Bauh. pin. 95., R. montanum (etc.) Col. ephr. I. t. 286. — *et l. nat. Italia, Gallia. Cf. n. 4797.*

H. cliff. syn. Walth. l. c., Erys. montanum, irionis vulg. folio, leptomacroceton. Moris. hist. 2. p. 219. s. 3. t. 3. f. 4., Erys. angustif. majus Bauh. pin. 101. Boerh. lugdb. 2. p. 14., Rapistrum italicum (etc.) Bauh. l. c.; — *l. nat. in II. cultis per Suediam, at per Italian in ruderatis. [Obs. Cf. spp. sqq. Lucum hunc in H. ups. non citat L., et certe in H. cliff. n. 4796 ac 97. subst. R.]*

4796. **S. Irio Sp. I.**: S. foliis runcinatis dentatis nudis, caule laevi, siliquis erectis. S. X. n. 14. t. e., *Sp. II-S. XIII. n. 21. S. fol. pinnato-hastatis dentatis, siliq. erect. Sp. I. n. 14.* Fl. succ. II. n. 596. Erysimum fol. lyrato-pinnatis: extimo hastato. Fl. succ. I. n. 556. Dalib. paris. 201. Sauv. monsp. 284. E. latifolium majus glabrum Bauh. pin. 101. — *E. secundum Tabern. hist. 840. (Sp. II.)* —

Iris laevis apulus, erucae folio. Col. ephr. I. p. 264. t. 265. — Habitat in Europae cultis. (☉. *Sp. II.*)

[*Sp. I. II.*]

„Differt a *S. altissimo* fol. summis non in pinnas lineares longissimas sectis; fol. omnibus magis dentatis; caule breviori, minus glabro; siliquis magis erectis, nec laxis subpendulis.” *Sp. I. II.* „Confer. Raj. extr. 123.” *Sp. II.*

„Racemi juncei, uti *Spartii juncei* caules.” *Mant. II.* p. 428.

„Folia viridita sunt, minime viridi-albicantia.” *Fl. S. I. II.* — „Siliquae erectiores nec laxae s. decumbentes. Haec sp. caute distinguenda est ab *Er. altissimo*; conf. Raj. extr. 123.” *Fl. S. II.*

Fl. S. I. syn. Bauh. l. c. et Moris. hist. 2. p. 218. s. 3. t. 3. f. 3. — *Er. alterum* siliquis erucae (C. B.) Cels. ups. 12., Col. l. c. — *Fl. S. II. syn.* Bauh. Mor. Col. Tabern. II. c.

Obs. In S. XIII. huc citatur, „Am. ac. 4. p. 270. descr.” (*ibi S. Loesellii absque descr.*), et *ut sp. seq.*, „Am. ac. 4. p. 322. descr.” (*ibi S. orientale absque descr. incensur*) id quod non intelligit. — *Milit nostram* *Loefl. il.* p. 293. („duplex var.: α. latifolia in hortis, β. minor in muris;” — *subest sp. sq.?*) *R.*

4797. *S. Loesellii* *Cent. I.*: *S.* foliis runcinatis acutis hirtis, caule retrorsum (♂. *S. X. XII.*) hispido. *Cent. I.* n. 49. in *Am. ac.* 4. p. 279. *S. X. n. 14.* *D. t. c.*, *Sp. II. S. XII. n. 22.* — *Sinapi crysimo tragi cognatum.* *Bauh. hist.* 2. p. 857. (*Sp. II.*) — *Erysimum angustifolium* majus *Bauh. pin.* 107. *E. hirsutum*, siliq. erucae. *Loes. pruss.* 69. t. 14. *E. fol. pinnatis*: extima pinna triangula dentata, petiolis longis hirsutis. *Hall. goett.* 2. p. 248. *Rapistrum montanum*, irionis folio, macroleptoceratum. *Column. ephr. I.* p. 266. t. 268. — Habitat in Borussia, *Gedani, in montanis Aquicolorum* (*Am. ac.*). — ☉ (*♂. Am. ac.*) [Am. ac., *Sp. II.*]

5280. **O. Cherleri** S. X.: **O. pedunc. unifloris** filo subterminatis, fol. ternatis, stipulis dentatis. Gerard. S. X. p. 1160. n. 7. C. — **O. pedunc. floris** aristatis, fol. ternatis, stip. serratis. Gerard. prov. 487. S. XII. XIII. n. 5. [Obs. Cf. n. 5285., ubi O. Cherleri Sp. II., diversa sp., cujus synonyma haec ducenda. R.]

5281. **O. viscosa** Sp. I.: **O. pedunc. unifloris** aristatis, fol. simplicibus infimis ternatis. Sp. I.-S. III. n. 11. [et t. c. S. X. p. 1160. n. 8. D., sub O. villosa. R.] — Ger. prov. 486. (S. XII. sq.) — **O. pedunc. floris** filo terminatis, fol. simplicibus, Sp. I. n. 8., teratistis. Sauv. monsp. 159. [et S. X. n. 8. sub O. viscosa. R.] — Anonis lutea viscosa latifolia minor, fl. pallido. Barr. rar. 840. t. 1239. A. viscosa, spinis carens lutea etc. Magn. monsp. 21. ? — Var. β . Sp. II.: **A. annua erectior latifolia glutinosa lusitonica** Tournef. inst. 409. — Habitat Mospelii, et in Hispania (Sp. II.). ☉. [Sp. I. II.]

„Diff. ab O. Natriee foliis simpl. et rad. annua.” Sp. I.

„Var. β . major et calyce corolla longiores.” Sp. II.

[Obs. Species 2 in S. X.: nescio quomodo diff. ? R.]

5282. **O. ornithopodioides** Sp. I.: **O. pedunc. bifloris** aristatis, legum. linearibus cernuis. S. X. (t. c.) n. 8. E., Sp. II. S. III. n. 12. — **O. pedunc. 2fl. filo terminatis**. Roy. lugdb. 376. Sp. I. n. 9. Anonim siliquis ornithopodii Borrh. lugdb. 2. p. 34. Foenum graecum siculum, siliq. ornith. Tourn. inst. 409. Habitat in Sicilia ad Capo passaro. [Sp. I. II.]

„Caulis erectus, flexuosus: ramis alternis, brevibus. Folia petiolis oblongis, viscosa: foliolis obovatis, serratis: intermedio duplo majore. Stipulae semicordatae. Pedunc. petiolo longiores. Legum. linearia, compressa, torulosa, cernua.” Sp. II. — „Calycis foliola filiformia.” S. XIII.

Obs. Cf. n. 5284. var. II. c. liff., sub qua haec et affines. R.

5253. *O. pinguis* Sp. II.: *O. pedunc. unifloris aristatis*, fol. ternatis lanceolatis, stipulis integerrimis. Sp. II. S. XIII. n. 10. Anonis non spinosa, flore luteo variegato. Bauh. pin. 389. A. lutea non spinosa, Natrix plinii Dalech. hist. 449. — *Var. β.*: A. lutea mitis oxytriphyllo ad foliorum petiolos capreolata. Pluk. alm. 33. t. 135. f. 5. [*O. natrix* γ. Sp. I. R.] — Habitat in Europa australi. ♀. — Smillina *O. Natrix* sed caulis succosior, magis angulatus; fol. majora, lanceolata-oblonga; aristae pedunculorum longit. florib. quam in praecedenti [n. 5254.] breviores. [Sp. II.] „*Var. O. Natrix* sec. Gerard.” S. XIII. [Cf. sp. sq.]

5254. *O. Natrix* Sp. I.: *O. pedunc. unifloris aristatis*, fol. ternatis, Sp. I. p. 718. n. 7. (t. c.), *ovatis* (Sp. II., viscosis S. XII. sq.), *stipulis integerrimis*, S. X. n. 7. t. e., Sp. II. p. 1008. n. 9., caule fruticoso. S. XII. XIII. n. 9. — *O. pedunc. 1fl. seta terminatis*. H. cliff. p. 358. n. 3. Roy. lugdb. 375. Sauv. monsp. 189. — *Mill. fig. t. 37. (S. X.)* — Anonis viscosa spinis carens lutea major. Bauh. pin. 389. Ononis lutea Cam. epit. 445. Natrix Riv. tetr. 68. — Habitat in G. Narbonensi, Hispania, inter segetes. ♀ (4. Sp. I.).

[Sp. I. o. o., II.]

„Planta graveolens, odore theriacae, parum viscida. Folia ovalia, planiuscula, apice tantum serrata, non carnosae. Pedunculus aristae longit. Cal. viscid.” *Mant. II. p. 440.*

„Planta suffruticosa, pubescenti-viscida. Fol. ternata, ovata s. ovalia, denticulata, subcarnosa. Floralia (non infima raemii) simplicia. Cor. flavae: vexillo extas striis sanguineis.” *Sp. II. p. 1009.*

H. cliff. syn. *O. luteo* fl. Besl. syst. 128., Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 34., A. lutea perenn. maj. etc. Moris. hist. 2. p. 171., A. lut. non spinosa, Natrix dalech. Bauh. hist. 2. p. 393.; — *varr. septem*: α. minor Bauh. pin. l. c., minor fl. pendulo. B. prodr. 156., A. lutea annua, sil. glabra long. et crassiore. Moris. hist. 2. p. 171., — β. A. non spinosa, fl. lut. variegato, angustif. marit. Tourn. inst. 409. [Cf. n. 5253.], — γ. A. non spin. hirsuta viscosa, odore theriacae. Boerh., — δ. A. lutea angustif. perennis Boerh., — ε. A. folio crasso serrato viloso, vexillo anteriori emaculato, pustice striato etc. Boerh., — ζ. cum syn. Boerh. Tourn. ad n. 5282. cc., — η. cum syn. Pluk. ad n. 5253. β. c.; — *l. nat.* circa Monsp. et in G. narb., circa Genevam, in ins. exigua a promontorio Siciliae Pachyno capo passaro dicta, ad fluvium Arve prope Genevam. — *Obs.*: „Caulis simpl., ramos simplicissimos, ex singula ala solitarios emittens. Fol. ternata, ovato-oblonga, serrata; quorum foliola lateralia in petiolo communi sessilia, intermedium vero proprio petiolo insidens et majus; basis petioli communis inseritur stipulae membranaceae, superne latiori, emarg., bicorni, serratae, basi semiamplex. In foliis floralibus saepe desunt foliola lateralia. Pedunculus ex singula ala superiori exit solit. filif. patens, versus apicem gerens 1 florem, raro alterum, qui dependet et setula dein terminatur recta extensa. Legumina figura variant, *Var. ζ.* [i. e. n. 5252.] diff. magis manifeste a reliquis: pedunculis petiolum longit. non superantibus, bifloris, et legum. cylindraceis, compressis, turulis nodosis.”

Obs. Sp. I. odd. var. β. cum syn. Bauh. ad α. II. cliff. cc., et γ. cum syn. Pluk. ad n. 5283. β. c.: cf. sp. praec.

4*. FRUTICOSAE (Sp. II. sq.).

5255. *O. tridentata* Sp. I.: *O. fruticosa* (Sp. II. sq.), fol. ternatis carnosis sublinearibus tridentatis, Sp. I. S. X. n. 9., *pedunc. bifloris*. Sp. II. S. XII. n. 13. Anonis hispanica frutescens, fol. tridentato carnos. Tourn. inst. 408. Magn. hort. 16. t. 16. Raj. suppl. 466. Habitat in Hispania. ♀. [Sp. I. II.]

„Caulis erectus, paniculatus. Stipulae subulatae, minutae. Foliola linearia, carnosae, subcanaliculata, apice 3dentata, ad latera dentic. obsolete. Racemos terminalis, parvus, hispidoglutinosus: pedunc. bifloris. Flores purpureus.” *Sp. II.*

5256. *O. crispa* Sp. II.: *O. fruticosa*, fol. ternatis subrotundis undulatis dentatis viscoso-pubescentibus, pedunc. unifloris muticis. Sp. II. S. XII. n. 14. Anonis hispanica frutescens, folio rotundiore. Magn. monsp. 17. t. 17. Raj. suppl. 466. — *Var. β.*: An. hisp. frut., folio rosae sylvestris. Tourn. inst. 409. — Habitat in Hispaniae monte Mariola prope Valentiam. ♀. — Caulis ere-

ctus, paniculatus, pubescenti-viscosus. Foliola obovata, obtusa, recurvata, canaliculata, plicata, subdentata, crispae. Stipulae bifidae, amplexicaules, dentatae, atque tota planta piloso-viscidae. Fl. laterales, axillares, solitarii, pedunculo brevissimo. Cal. 5partitus: lacinis corollae dimidio brevioribus, subaequalibus, tridentatis. Cor. flava, magnit. foliorum: vexillo extas sanguineo-striato, ut in *O. Natrix*, foliis similina, sed crispae, magis viscosa et pedunc. muticis, quosque defforata valde recurvat, ut fructus cauli approximetur. [Sp. II.]

„Magnol. pingit flores spicatos.” *Mant. II. sq.*

5257. *O. fruticosa* Sp. I.: *O. fruticosa* (Sp. II. sq.), *flor. paniculatis* (S. XII. sq.), pedunc. subtrifloris, stipulis vaginalibus, fol. ternatis, Sp. I. S. X. n. 10., *lanceolatis serratis*, Sp. II. n. 15., *sessilibus*. S. XII. XIII. n. 15. — *Ger. prov. 486. (Mant. II. sq.)* — *O. flor. panic., ped. 3floris, stip. ramos vaginantibus*. H. cliff. p. 358. n. 2. Roy. lugdb. 376. — Anonis montana praecox purpurea frutescens Dodart. act. 4. p. 249. t. 249. A. purp. frutesc. non spinosa Dodart. mem. 57. t. 57. A. purp. verna praecox frutescens, fl. rubro amplo. Moris. hist. 2. p. 170. — *Mill. dict. t. 36. Duham. arb. l. t. 58. (S. A. Sp. II.)* — Habitat in montibus Delphinatus. ♀. [Sp. I. II.]

„Stipulae vaginatae quadristatae,” *Sp. II. „aridae,” S. XIII. [et J. II.: cf. sp. sq.]*

„Caulis frut. Fol. alterna, singula ternata; foliolis linearibus, serratis aequalibus, desinentibus in petiolum communi qui ad basin in membranam cylindraceam ore dentatam extenditur, nec altera parte dehiscit. Rami desinunt in scapum nudum, quem alternatim squamae ovatae perfoliatae cingunt, e quorum singulorum sinu oritur petiolum communis versus apicem tres flores inaequali situ ferens. Fl. violacei.” *H. cliff., cum syn. Mor. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 33., l. nat. cod.*

5258. *O. rotundifolia* Sp. I.: *O. fruticosa*, pedunc. sub - (S. XII. sq.) trifloris, cal. triphylo-bracteatis, fol. ternatis subrotundis. Sp. II. n. 16., *ovatis dentatis*. S. XII. XIII. n. 16. — *O. pedunc. axillaribus 3fl. nudis*, H. cliff. p. 358. n. 1. Roy. lugdb. 376., *fol. ternatis*. Sp. I. S. X. n. 11. — *Anonis ped. 3floris, fol. ternat. dent.: dent. alternis etc. Ger. prov. 488. (Mant. II.)* — Cicer sylvestre latifolium triphyllum Bauh. pin. 347. C. sylv. tertium Dod. pempt. 525. C. sylv. verius Lob. ic. 2. p. 73. Habitat in Alpibus Helveticis. (♀. Sp. II.) [Sp. I. II.]

„Vexillum pubescens. Aiae carina breviores. Cal. cincti bracteis 3, cordatis, approximatis, brevioribus. Fol. parva, integerrima, glabra.” *Sp. II.* — „Stipulae persistentes, virentes, at in *O. fruticosa* aridae,” *Mant. II. p. 440.*

„Fol. ternata: foliola ovata, dentata; petioli ad alas aucti stipulis 2 lanceolatis. Pedunculi petiulis longiores, ex alis solitarii, versus apicem commuiter 3 flores ferentes situ alterno.” *H. cliff., cum syn.* Anonis latifolia Pluk. alm. 32., A. purpurea perennis, fol. latior, rotundioribus profunde serr. Moris. hist. 2. p. 170. s. 2. t. 21. f. pennult., C. Bauh. Dod. II. cc., Lob. hist. 520., C. sylv. penae Dalech. hist. 462.; — *l. nat.* in monte Salevae et alibi in Alp.)

5259. *O. mauritauca* Mant. II.: *O. fruticosa* (S. XIII.), pedunc. racemosis, foliis ternatis (*quinatis* S. XIII.) obovatis mucronatis subtus sericeis, stipulis filiformibus. M. II. p. 267., S. XIII. p. 543. (c. iisd. syn.) — *Lotus mauritanicus* Sp. II. p. 1091. *Lotus fruticosus* Berg. cap. 226. — Genus Ononidis intrare debet, uti recentiores docuere observationes. [M. II. p. 267. et 453.]

„Folia quinata, praeter stipulas minutas. Foliola obov., mucrone reflexo.” *Mant. II. p. 453. S. XIII.*

LOTUS MAURITANICUS S. X.: *Lotus legumin. (capitulis S. XII.)* racemosis, foliis obovatis villosis, caule suffruticoso erecto. S. X. p. 1179. n. 7. B. et Sp. II. p. c. n. II. (sub sect. 1°.), S. XII. p. 504. n. II. (sect. 2°.) Habitat ad Cap. b. spei. ♀. — Fruticulus ramis filif., rigidulis. Fol. petiolata, obovata, mucronata, utrinque pilis albidis adspersa. Stipulae magnit. foliorum, lanceolata-ovatae. Pedunc. axillares, longi, racemosi. Legum. glabra, foliis sesquiloniora. [Sp. II.]

Obs. Mist Burm. Cf. Linn. ep. ed. v. Hall, p. 27. (sub L. aethiopico) et p. 100. R.

CMXLI. **ANTHYLLIS** Riv., S. I.: Cal. ventricosus. Legumen subtrotundum, tectum. S. X. n. 773., VII. 864. — Cal. inflatus, 5dentatus, legumen tegens. S. II. n. 712.

ANTHYLLIS Riv. IV. 23, 24. *Vulneraria* Tourn. 211. — *Eri-nocaea* Tourn. (G. V. II.) — CAL. Perianth. Iphyllum, ovato-oblongum, parum inflatum, villosum: ore 5dentato, inaequali; persistens. — COR. papilionacea. Vexillum longius, lateribus reflexis, ungue longit. calycis. Alae 2, oblongae, vexillo breviores. Carina compressa, longit. alarum, alis similis. — STAM. Filam. 10, connata, *assurgentia* (diadelphia: simplex et 9fidum G. L. H.). Antherae simplices. — PIST. Germen oblongum. Stylus simplex, ascendens. Stigma obtusum. — PER. Legumen subtrotundum, tectum intra calycem, minimum, bivalve. — SEM. unum alterumve.

[* G. L. n. 601., II. 712., I. 773. II. 864.]

„Obs. *Barbae jovis* T. species alias ad *Dorycnium*, alias ad *Anthyllidis* referimus." G. L. (sub *Dorycnio*: cf. n. 5301, et *Pso-ralca pinnata*, R.)

Obs. S. I. syn. *Vulneraria* T.

* HERBACEAE.

5290. **A. tetraphylla** Sp. I.: A. herbacea, fol. quaterno-pinnatis, flor. lateralibus. H. ups. p. 221. n. 1. Sauv. monsp. 237. Sp. I. — S. III. n. 1. A. fol. quinato-pinn. inaequalibus, flor. lateralibus. Roy. lugdb. 389. A. fol. quinato-pinn. folioli terminali maximo. H. cliff. p. 371. n. 3. Lotus pentaphyllos vesicaria Bauh. pin. 332. Trifolium halicacabum Cam. hort. 171. t. 47. Habitat in Italia, Sicilia. ☉ [Sp. I. II.]

„Folium pinnatum 4phyllum loco 5phyllum [ut scilicet in Bauh. T. coccineum], cum foliolum infimum oppositum careat." Sp. I. II. — „Stam. diadelphia." Sp. II.

H. cliff. syn. *Vulneraria* 5phyllus Tourn. inst. 391. Boerh. lugdb. 2. p. 48., C. Bauh. Cam. H. ec., Loto affinis major, *Anthyllis vesicaria* hisp. Moris. hist. 2. p. 181. s. 2, t. 17. f. 4., Trif. halicacae s. vesicarium Bauh. hist. 2. p. 361.; — *l. nat. ul.* „circa Messanam et alibi." — Obs.: „Huic caulis herbae. Fol. pinnata, foliolis 4 aequalibus seu 2 paribus, extimo impari maximo s. 4plo majore, obovato. Fl. nonnulli ad alas sessiles. Calyces fructus ovato-oblongi, inflati."

H. ups. syn. C. Bauh. Tourn. Cam. H. ec.; — *l. nat. ut* Sp. I. — Obs.: „Legum. 2sperma. Fol. pinnata ex foliolis 4, quorum extremum majus, lateralia infer. 2 oppos., laterale vero inferius unicum est, ejusque oppositum deest."

5291. **A. Vulneraria** Sp. I.: A. herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. Sp. I. — S. VII. n. 2. Fl. succ. H. n. 638. A. fol. pinn. foliolis pluribus: terminali majore. H. cliff. p. 371. n. 2. Fl. succ. l. n. 594. Roy. lugdb. 389. Act. holm. 1741. p. 202. n. 69. Loto affinis, *Vulneraria pratensis* Bauh. pin. 332. *Lagopodium* fl. luteo. Tabern. ic. 925. — *l. ar. β.* Sp. III.: *Vulneraria supina*, fl. coccineo. Dill. elth. 431. t. 320. f. 413. — Habitat in pratis Europae borealioris. ☉ [Sp. I. II.]

„Var. β.: Loto affinis hirsuta, fl. rubente Bauh. pin. 332. — Var. γ.: *Vulneraria rustica*, fl. albo. Tourn. inst. 391." *Mant. II. p. 440. S. XIII.*

H. cliff. syn. A. lenti similis Dod. pempt. 552., A. leguminosa belgarum Lob. hist. 530., A. prior dodonaei Dalech. hist. 1380., *Vuln. rustica* Bauh. hist. 2. p. 363. Boerh. lugdb. 2. p. 48., C. Bauh. l. c. et Moris. hist. 2. p. 181. s. 2, t. 17. f. 1.; — *varr. α.* fl. albo, β. fl. purpurea. Tourn. inst. 391.; — *l. nat.* in pasc. sicciaribus, praes. cretaceis et glareosis, macro solo, in Suec., Germ., Angl. etc. — Obs.: „Huic caulis annuus; fol. radicealia priora simpliciss., posteriora ternata et pinnata; caulina omnia pinnata, foliolis 7 vel 9 communiter, impari reliquis majori; flores in capitula digesti, capitulis saepius geminis sessilibus ad apicem vel latera caulis."

Act. holm. syn. V. rustica Jo. Bauh.; — *varr. α.* fl. albo, β. ferrugineo, γ. purpureo, T. — *Sep. obs. eadem fere, quae in Fl. S. I. II.*

Fl. S. I. II. syn. Roy. l. c. (et *Anthyllis* Riv. tetr. 18., in ed. l.): — *varr. 4:* α. A. legum. belg. Lob. ic. 2. p. 87., Bauh. Tab. II. (ad A. Sp. I.) ev. (et V. rustica Jo. B. l. c. Tourn. inst. 391., in ed. l.), — β. fl. albo Tourn. l. c. Tabern. ic. 534., — γ. fl. coccineo Dill. l. (ad β. Sp. I.) c. Raj. angl. 3. p. 325., *huic β. Act. holm. l. c., ex Fl. S. I. II.*, — δ. fl. purpureo. Tourn. l. c. — Obs.:

„Var. α. lutea in Scan. Uplandia, β. alba in Gotl. freq., γ. coccinea in Oel. prope tumulum lapillosum Borekholm, δ. rubra in Oel. campestri ubique. Observatione dignum, quod in Oel. camp. (Alvar), ubi sola argilla calcarea (Bleke) rufescens e rufescente lapide calcareo, ibi flores hujus plantae rubri, ut in Gotl. ubi argilla calc. alba, ibi fl. plerumque albi sunt."

5292. **A. montana** Sp. I.: A. herbacea, fol. pinnatis aequalibus, capit. terminali. Sp. I. n. 3., secundo, S. X. n. 3., flor. obliquatis. Sp. II. S. XII. n. 3. — *Vulneraria* fol. pinn. aequal., sub umbella palmatis. Hall. helv. 569. Sauv. monsp. 237. — *Barba jovis pumila villosa*, fl. globoso, purpurea. Br. Garid. air. 55. t. 13. *Astragalus incanus tomentosus*, pallido globoso flore, italicus. Barr. rar. 1391. t. 722. (Sp. II.) — Astr. villosus, flor. globosis. Bauh. pin. 351. Astr. purpureus Dalech. hist. 1347. — Habitat in Helvetia, G. Narbonensi, Galloprovinciae rupe *Victoriae*, Austriae monte *Anas* (Sp. II.). ☉ [Sp. I. II.]

„Caulis simplices, prostrati. Folia sub-12juga: impari vix majore, Capituli folia floralia 2, palmata, ut in A. *Vulneraria*. Cor. saturate purpureae, bracteis non longiores. Flores semire-spinati s. vexillo ad latus, nec sursum, spectante." Sp. II.

5293. **A. coruicna** Sp. I.: A. herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, capit. solitariis. Sp. I. — S. III. n. 4. Habitat in Hispania. Loeff. ☉. — Caulis ramosus, spithameus. Folia pinnata: foliolis 5 s. 7, ovali-lanceolatis, impari paulo majore. Pedunc. axillares, pilosi, longit. foliorum, Capit. lateralia et terminalia, pedunculata, ex 10 ad 12 floribus, rotunda, pilosa, folio ternato aut pinnato excepta. Cal. subtrotundi, inflati. [Sp. I. II.]

„Caulis basi, e radice, decussatim exeunt. Planta albo-pilosa. Flores 7-9, albi, calyce longiores. Calyces ovati." *Mant. II. p. 441. S. XIII.*

Obs. *Misit Loeffl. it. p. 294:* „A. caule procumb., legum. ovatis obtusis deltaxis."

5294. **A. lotoides** Sp. I.: A. herbacea, fol. tripartitis, cal. prismaticis fasciculatis longit. leguminis. Sp. I. — S. III. n. 5. — Lotus pentaphyllos, siliq. curvis pedes corvino referentibus. Bauh. pin. 332. *Coronopus ex cod. caesareae*. Dod. pempt. 109. male. (Sp. II.) — Habitat in Hispania. Loeff. ☉. — Planta pilosa, procumbens. Folia caulina ternata, lateralibus basi coadunatis in unum cuneiforme, intermedio subsessili. Stipulae magnit. et figura foliorum. Fl. floralia ternata, sessilia, absque stipulis, Capitulum ex 5 s. 6 floribus, cal. admodum oblongis ratione plantae, angustis, prismaticis, parallelis, pilosis. Flor. lutei. Legum. cylindrica, longit. calycis, eoque vestita. Stam. decimum distinctum. Habitus ita antecedentium, ut facies vellet genere distinguere. [Sp. I. II.]

Obs. *Misit Loeffl. it. p. 294:* „A. caule procumb., legum. parallelis erectis subarcuatis, calycis magnitudine."

5295. **A. Gerardi** Mant. I.: A. herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, pedunc. lateralibus folio longioribus, capit. aphyllis. M. I. p. 100. n. 11. S. III. XIII. n. 0. Ger. prov. 490. t. 18. Habitat in Galloprovinciae maritimis versus S. Tropes sub Pinibus. ☉. — Caulis multi, prostrati, glabri. Fol. alternato-pinnata, sublinearia. Stipulae magnit. foliorum. [†, Mant. I.]

5296. **A. involucreta** Mant. II.: A. subherbacea, fol. ternatis petiolatis stipulatis ensiformibus, flor. capitatis. Ononis involucreta Berg. cap. 213. Habitat ad Cap. b. spei. — Soror A. fruticosae, sed foliola breviora. Caulis herbaceus, prostratus, hirsutus, pedalis. Rami erecti, simplices, floriferi. Fol. ternata, petiolata: foliola lanceolata, pilosa. Stipulae magnitudine foliorum. Capitula subtrotunda, involucreta bracteis 2, 3 partitis, flore vix longioribus. Flores lutei. [Mant. II. p. 265-6.]

** FRUTICOSAE.

5297. **A. linifolia** Mant. II.: A. fruticosa, fol. ternatis sessilibus ensiformibus, flor. capitatis. — Habitat in Cap. b. spei rupibus. b. — Caul. Spedalis, fruticosus, teres, aequalis: ramulis pubescenti-incanis. Fol. ternata, sessilia, renata: foliola ensiformia s. longo-lanceolata, subaequalia, vix pubescentia, basi angustiora. Stipulae nullae. Capit. terminalia, subgeminata, pedunculata, subtrotunda, involucreta bracteis variis, ter-

natis, albo-villosis, longit. florum. Flores lutei. Cal. sessiles, albo-villosi. [Mant. II, p. 265.]

5298. **A. Barba jovis Sp. I.:** A. fruticosa, fol. pinnatis aequalibus *tomentosis* (S. XII. sq.), flor. capitatis. Sp. I. - S. XII. n. 6. A. fol. pinn. foliolis aequal. H. cliff. p. 371. n. 1. H. ups. p. 221. n. 3. Roy. lugdb. 379. Sauv. monsp. 237. — Barba jovis Bauh. pin. 397. pulchre lucens Bauh. hist. I. p. 385. — Habitat in Italiae, Hispaniae, *Orientalis rupibus* (in *Helvetia Sp. I.*). [Sp. I. II.]

H. ups. syn. Bauh. utr. q. ll. ce., l. nat. in elivis marit. Helvetiae [err. colani ut in Sp. I. R.]. Tj.

H. cliff. syn. ead. et Caesalp. syst. 118. Dalech. hist. 194. Boerh. lugdb. 2, p. 40.; — l. nat. in elivis marit. Hetruriae et Reini Neapolit. copiose; — obs.: „Pl. frutescens. Foliorum pinnae 13 vel 15 aequales. Flores in capit. pedunculata digesti; cal. minus ventricosi quam in reliq. spp.“

5299. **A. heterophylla Sp. II.:** A. fruticosa, fol. pinnatis, floralibus ternatis. Sp. II. S. XII. n. 7. Barba jovis minor Lusitanica, fl. minimo variegato. Tournef. inst. 651. Habitat in Lusitania, Hispania. Alstroemer. Tj. — Suffrutex procumbens, teres, incanus, subpubescens. Fol. pinnata, Sjuga cum impari, lanceolata, acuta, sericea; floralia sessilia, ternata, remota, lanceolata, obtusiuscula. Pedunc. breves, apice terminati foliolis tribus floribusque saepius 2, sessilibus, minutis. [Sp. II. I.]

5300. **A. cytisoides Sp. I.:** A. fruticosa, fol. ternatis inaequalibus, cal. lanatis lateralibus. Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 8. — *Gouan. hort.* 362. (S. XII. sq.) A. fruticosa, fol. ternatis: intermedio productiore. H. ups. p. 221. n. 2. Cytisus fol. ovatis acutis nitidis, flor. lateralibus. Roy. lugdb. 370. C. incanus, fol. medio longiore. Bauh. pin. 390. C. sextus Claus. hist. I. p. 96. Spartium latifolium, parvo fl. Barr. ic. 1182. Habitat in Hispania. Tj. [Sp. I. II.]

„Stamina omnia connata. Rami virgati ut in Spartiis, teretes, tomentosi, albi. Fol. subsessilia, ternata, elliptico-lanceolata, nervis elevatis, mollia: intermedio duplo majore petiolato. Infima folia saepe simplicia. Flor. axillares, sessiles, saepius bini. Cal. oblongi, cylindrici, albo-villosi. Cor. luteae: vexillo lateribus reflexo, apice emarginato.“ Sp. II. — „Fol. summa simplicia, sessilia, e quorum alii pedunc. solitarii, 3flori: bractea ovata, terminali.“ S. XII, XIII.

„Rami foliis denudati supra teretes sparguntur ab iis qui Bombyces alunt, ut saturi Bombyces miori foliis, sericea sua stamina his ramis adsolvant, quae dein a pueris et mulierculis explicantur.“ H. ups. cum syn. Barba jovis hispanica incana, fl. luteo, Tournef. inst. 651., Bauh. Clus. II. ce.; l. nat. Hisp., praes. in regno Valentino. Tj.)

5301. **A. hermanniae Sp. I.:** A. fruticosa, fol. ternatis sessil. subpedunculatis (Sp. II. sq.), cal. nudis. Sp. I. S. X. n. 8., Sp. II. S. XII. n. 9. — Dorycnium fol. solitarii, flor. ad alas confertis. H. cliff. p. 371. n. 2. — Barba jovis gracca, linariae folio, fl. luteo parvo. Tournef. cor. 44. Barba jovis cretica Riv. tetr. spartium spinosum Alp. exot. 27. t. 26. (Sp. II.) — Habitat in Graecia, Creta, Palaestina (Sp. II.). Tj. [Sp. I. II.]

„Cal. in hac vix ventricosi, at habitus cum praecedenti idem.“ Sp. I. III. — „Flores 4, pedunculis propriis brevissimis. Rami in spinam desinentes.“ Sp. II.

„Crescit forte in Graecia. Planta, quam dictam volo, frutescens est, ramis rectis strictis. Fol. simplicia, terna vel solitaria ad gemmas, lanceol., integerrima. Flores ad gemmas inter folia plurima, propriis et breviss. pedunculis insidentia.“ (H. cliff. cum syn. Tournef.)

5302. **A. Erinacea Sp. I.:** A. fruticosa spinosa, fol. simplicibus. Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII. n. 10. Genista - spartium spinosum, foliis lenticulae, fl. ex caeruleo purpurascens. Bauh. pin. 394. Erinacea Clus. hist. I. p. 107. Habitat in Hispania. Tj. — Tota constat spinis; ad ramorum exortum squama ovata; folia oblongo-ovata, tomentosa, ad flores posita saepius teroa. [Sp. I. II.]

Obs. Misit Loeftl. it. p. 45. et 293., q. cf.

CMLXII. **ARACHIS** S. I.: Cal. 2labiatus. Cor. supinata. Filamenta connexa. Legum.

gibbum, torulosum, venosum, coriaceum. S. XII. XIII. n. 876. — Cal. 2partitus: ♀. Legum. coriaceum, dispernum, torosum, cylindricum. S. VI. n. 723. (c. e.), reticulato-venosum. S. A. p. 1167. n. 787.

ARACHIS. Arachidna Plum. 37. Arachidnoides Niss. A. G. 1723. t. 19. — CAL. Perianth. bipartitum, deliense: Labium superius ovatum, semitrilobum; lobula intermedia fere majori, emarginata: Lab. inferius lanceolatum, concavum, acutum, fere longius. — COR. papilionacea, Apetala (resupinata G. VI.). — Vexillum subrotundum, dellexo-planum, maximum, emarginatum, calyce longius. Alae liberae, subovatae, vexillo breviores. Carina subulata, incurva, longit. calycis, basi levissime bifida. — STAM. Filam. diadelphia, omnia (G. VI.) coadita, superne divisa, subulata, longit. carinae. Antherae alternae (G. VI.) subrotundae, alternae oblongae (G. VI.). — PIST. Germen oblongum. Stylus subulatus, longit. germinis, ascendens. Stigma simplex. — PER. Legumen ovato-oblongum, teres, medio coarctatum (G. I-V.), e valve, coriaceum (G. VI.), venosum (G. VI.) reticulatum, multiloculare. — SEM. duo, oblonga, oblusa, gibba, hinc truncata (G. VI.).

[* G. I. n. 392, et Mon. II. n. 723., F. 787., t. e., VI. 876.]

„Singularis est, legumen transfodere terram, subque ea semet ipsum occultare posse.“ G. I. Mon. p. 384.

Obs. In S. I. (lapsi typogr.) add. syn. Cracca Riv., ad Vicianam, quae praecedit, pertinens.

5303. **A. hypogaea Sp. I - S. XII. pp. ce. n. 1.** Arachis H. cliff. p. 353. H. ups. p. 228. Roy. lugdb. 390. Arachidna quadrifolia villosa, fl. luteo. Plum. gen. 49. Ehret. pict. t. 3. f. 3. Senna tetraphylla s. Absi congener hirsuta maderaspatensis etc., folliculis sub terra condens. Pluk. alm. 341. t. 60. f. 2. — *Chamaecabalanus japonica Rumph. amb.* 5. p. 426. t. 156. (S. A. Sp. II.). — *Mundubi Marogr. bras.* 37. (Sp. II.) — *Var. β. Sp. I.:* Arachidnoides americana Niss. act. 1723. p. 357. t. 19. — Habitat *Surinami* (Sp. II.) in Brasilia, Peru. ☉ [Sp. I. p. 741., II. 1040-1.]

„Flores monoici.“ S. XIII. — „Plerique fl. masculi sunt (pistillo absque germine), pedunculo tenui mox foecescente nec in terram des cendente.“ Mant. II. p. 443.

H. cliff. syn. A. hypogaeos americanus Raj. hist. 919., Plum. Pluk. II. ce., Arachidna indiae utr. Aphylla Sloan. hor. 72. hist. I. p. 184., Lupinus 4folius fl. luteo saturo, exot. Barr. rar. t. 1215., Margr. I. c. et Pis. bras. 2. p. 256.; l. nat. ut Sp. I. — Obs.: „Quamprimum pedunc. floruerit, reflectitur ille versus terram, elongatur usque dum terram intraverit eamque perforaverit sat profunde, ibique exerescere sinit fructum et maturari, ne ab avibus et bestiis excerpatur. Mira naturae providentia!“

H. ups. syn. Raj. Plum. Pluk. II. ce., l. nat. ut Sp. I.

CMLXIII. **EBENUS** Sp. I.: Cal. dentes longitudine corollae. Cor. alis subnullis. Semen hirtum. S. XII. XIII. n. 895. — Cal. dentib. filiformib. villosis, longit. cor. Cor. ut sup. Legum. Isperm. hirsutum. S. X. p. 1176. n. 0.

EBENUS. — CAL. Perianth. Iphyllom, campanulatum, terminatum dentibus 5 filif. villosis, subaequalibus, tubo longioribus. — COR. papilionacea, longit. calycis. Vexillum subrotundum, rectum, integrum. Alarum rudimenta obsoleta, lunata. Carina lunata, gibba, apice adscendens. — STAM. Filam. 10 (diadelphia G. VI.) omnia (G. VI.), connata in vaginam, apicibus distinctis. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum, villosum. Stylus capillar. Stigma terminale, mucronatum. — PER. Legumen ovatum. — SEM. unicum.

[S. X. app. p. 1376. n. 1195., G. VI. n. 895.]

„Bractee inter flores in spica distinguuntur genis abunde a Trifoliis.“ Sp. I. II.

Obs. Genus onisium (casu) in G. V.

5304. **E. cretica Sp. I - S. XII. n. 1. E. foliis quinatis.** Mant. II. p. 451. S. XIII. p. 545. n. 1. E. cretica Alp. exot. 279. t. 278. Pon. ital. 128. Trifolium spicis ovatis villosis, caule fruticoso. Roy. lugdb. 380. Anthyllis fruticosa, foliolis ternatis ac quinatis lanceolatis tomentosis. Sauv. meth. 237. Cytisus incanus creticus Bauh. pin. 390. Barba jovis cytisi folio, rubello. Barr. rar. 1389. t. 377. et 913. Loto affinis alata, folio et facie pentaphylloides fruticosi, flor. in spicam longiorem positus. Pluk. alm. 227. t. 67. f. 5. Habitat in Creta. [Sp. I. p. 764., II. p. 1076-7.]

„Folia ternata s. pinnato-quinata, lanceolata. Bract. ovatae,

acutae, scariosae. Cal. sessilis, dentibus setaceis villosis, longit. florum." *Mant. II. p. 451.*

5305. *E. capensis* *Mant. II.*: E. fol. ternatis, *M. II. p. 264.*, *S. XIII. p. 545.* (c. *syn. Berg. Comm.*) — Spartium fol. alternis petiolatis ternatis, folioli linearibus obtusis adpresse villosis, flor. racemosis. *Berg. cap. 199.* Lotus major africanus longioribus et angustis foliis. *Pluk. amalt. 133.* Trifolium africanum frutescens, fol. angustiore, flore rubicante. *Comm. hort. 2. p. 213. t. 107.* — Habitat in Cap. b. spei. 7. — Caul. fruticosus. Rami frutescentes, sericei. Fol. ternata, longius petiolata. Foliola linearia, adpresse villosa. Racemi terminales: flor. rubicundis. Cor. vexillum magnum, nervosum, basi subius bicallosum. Alae lineares, semisagittatae, vexillo breviores, striis arcuatis. Carina foliata, alis longior, apice villosa. Stam. connata. Stigma obtusum. Legumen Ispermum (seminum rudimenta plura. *Berg.*) [*Mant. II. p. 264.*]

CMLXIV. LUPINUS S. I.: Cal. 2labiatus. Antherae 5 oblongae; 5 subrotundae. Legumen coriaceum. *S. I. n. 693.*, *X. 774.*, *XII. 865.*

LUPINUS. *Tournef. 213. Ric. II. 31. 34. (G. I. II.)* — CAL. Perianth. Iphyllum, bifidum. (*Per. Aph. semi-4fidum*: lucina superiori et inferiore majoribus, lateralibus minoribus: superiore bifida, *G. I.*) — CON. papilionacea. Vexillum cordato-subrotundum, emarginatum, lateribus reflexis, compressis. Alae subovatae, longit. fere vexilli, carinae nun affixae, inferne conniventes. Carina basi bipartita, sursum falcata, acuminata, integra, longit. alarum, angustior. — STAM. Filam. decem (*diadelphia G. I. I.*), coalita, parum (*sub - G. F. VI.*) adscendentia, superne distincta. Antherae quinque (*Ph. G. I.*) subrotundae, totidem oblongae (*Ph. G. I.*). — PIST. Germen subulatum, compressum, villosum. Stylus subulatus, adscendens. Stigma terminale, obtusum. — PER. Legumen magnum, oblongum, coriaceum, compressum, acuminatum, uniloculare. — SEM. plura, subrotunda, compressa. [** G. I. n. 586.*, *II. 693.*, *V. 774.*, *VI. 865.*]

„Calyx in diversis speciebus diversus est." *G. II. - VI.*

Obs. Species in H. cliff. p. 359. a caule distinctas, ibid. app. p. 499. sq. a calyce distinctas L., cf. ib. obs. p. 500. Sed haec quoque (quoad diagn. certe) cum his, quas in Sp. I. sq. proposuit, nun quadrant. Nos tamen eo, quo ipse autor, loco illas retinemus. R.

5306. *L. perennis* *Sp. I.*: L. cal. alternis inappendiculatis: labio superiore emarginato, infero integro. *Sp. I. - S. XII. n. 1.* — *Mill. dict. t. 170. f. 1. (S. X. sq.)* — *Kalm. it. 3. p. 96. Gron. virg. II. 104. (Sp. II.)* — L. cal. alternis, rad. perenni repente. *Gron. virg. I. p. 172.* L. rad. reptatrice perenni. *Roy. lugdb. 531.* L. caeruleus minor perennis virginianus repens. *Moris. hist. 2. p. 87. s. 2. t. 7. f. 6.* Habitat in Virginia. 4. — Folia ex foliis 8, lanceolatis, obtusis, glabris. Racemi longissimi, flor. alternis, saepius 2 ex singulo alterno puncto, pedicellis propriis insidentibus. [*Sp. I. II.*]

„Flores caerulei." *S. XIII.*

5307. *L. albus* *Sp. I.*: L. cal. alternis inappendiculatis: labio superiore integro, infero tridentato. *Sp. I. - S. XII. n. 2.* — *L. cal. alternis: append. lateralibus nullis. Vir. cliff. p. 72. Mat. med. n. 350. H. cliff. app. p. 499. n. 1. et H. ups. p. 209. n. 1. t. e. Roy. lugdb. 366.* — L. caule composito. *H. cliff. p. 359. n. 1. L. sativus, fl. albu. Bauh. pin. 347. Clus. hist. 2. p. 228. L. fl. albu. Riv. tetr.* — Habitat - - - ☉. [*Sp. I. II.*]

„Flores albi. Sem. orbiculata, compressa." *Mant. II. S. XIII.*

„Ignorant stulti, quid distent Erva Lupinis." *Mant. II. p. 441.* [*Obs. Cf. Horat. Ep. I. 7. v. 23: sed ignoro, quid L. sibi voluerit. R.*]

„Flores in racemo alterni; cal. 2labiatus, cal. super. integro, infer. 3dentato: appendiculi ad basin calycis (in reliquis utriusq.) in hac nulli." *H. cliff. app. l. c.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c. - H. ups. syn. Clus. l. c.; L. nat. utrq. 0. - H. cliff. p. 359. syn. Bauh. Clus. (bona) II. cc. et Boerh. lugdb. 2. p. 49. L. vulgaris etc. Bauh. hist. 2. p. 288. fig. mala. L. sativus Dod. pempt. 529. Lob. hist. 515. fig. bonis; - L. nat. forte in austr. Europae regionibus. - Obs.: „Haec sp. a sequentibus [cf. n. 5308. obs.] abunde diff. caule, ut alia, quam cultura differentia distinguatur planta. Caul. enim simplex primum excrevit, terminatus racemo florum erecto; hic dum defloravit, infra racemum rami plures excreverunt, longe altiores, et hi denum

singulo proprio racemo terminantur nec ultra excreverunt possunt, sed tum ex horum alis, infra racemum hos secundi ordinis, alii ramuli eadem lege excreverunt, spiras et ramos producant; hinc quo altius pervenit, eo diffusior evadit planta."

Obs. Somnus plantae descr.: Am. ac. 4. p. 347.

5308. *L. varius* *Sp. I.*: L. cal. semiverticillatis appendiculatis: labio superiore bifido, infer. subtridentato. *Sp. I. S. X. n. 3.*, *Sp. II. S. XII. n. 4.* — *L. cal. alternis utrinque appendiculatis. H. cliff. app. p. 499. n. 2. H. ups. p. 209. n. 2. [?]* — *L. caule simpliciter ramoso. H. cliff. p. 359. n. 2. (H. ups.)* — *L. sylvestris, fl. caeruleo. Bauh. pin. 348. L. sylv. fl. purpureo, sem. rotundo vario. Bauh. hist. 2. p. 291.* Habitat Messanae, MunsPELLI inter segetes. ☉. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Florum vexilli medio rubri." *Sp. II.* — „Fl. rubri. Foliola linearia." *Mant. II. S. XII. sq.*

H. cliff. app. syn. H. cliff. p. 359. n. 2. „excl. α - γ."; *Bauh. utrq. II. cc. et Boerh. 2. p. 48.*, *L. sylv. angustifolius Moris. hist. 2. p. 88.* — *Obs.*: „Flores in racemo alterni, cal. 2labiatus; labio super. 2partito, lacini. ovato-acutis, infer. integro; utrinque ad latera juxta basin appendiculatus."

H. cliff. p. 359. syn. Bauh. utrq. Boerh. II. cc.; - var. α. L. sylv. fl. subrubente Tourn. inst. 372. — β. *L. angustif. caer. et. Raj. [v. n. 5311.]. - γ. L. sylv. fl. luteo Bauh. Riv. [v. n. 5312.]; - L. nat. in Sic. circa Messan., in variis fl. Italiae et Narbonae, inter seg. solo arenoso. - Obs.*: „Hujus caulis continuata serie erigitur, ramosque suos omnes separat, hos undique ad latera emittit, quorum inferiores paulo longiores, dein gradatim breviores versus summitatem, crescentes omnes simul, ut planta conicam fig. gerat. Variat hic seminum figura non minus quam *Pisae* et *Fabae*; inquirant itaque botanici, num aliae essent differentiae a structura plantae desumtae, ut in plures distingui queat spp." [*Id. n. 5307. et obs. ad char. gen.*]

5309. *L. hirsutus* *Sp. I.*: L. calycibus alternis appendiculatis: labio superiore bipartito, inferiore tridentato. *S. X. n. 4.*, *Sp. II. S. XII. n. 3.* — *L. cal. verticillatis append.: labio sup. inferioreque integris. Sp. I. n. 4. [?]* — *L. cal. vertic. labio inf. integerrimo. H. cliff. app. p. 499. n. 4. H. ups. p. 209. n. 4. - Roy. lugdb. 367. (Sp. I.)* — *L. lanuginosus latif. humilis, fl. caeruleo-purpurascens, stolonif. Shaw. afr. 393. (S. XII. sq.)* — *L. peregrinus major s. villosus caeruleus major Bauh. pin. 348. prudr. 148. L. exoticus hirsutissimus Bauh. hist. 2. p. 289.* — Habitat - - - in Arabia, Archipelagi insulis, Hispania (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

„Sylvestris foliis quinatis, longe petiolatis: foliola lanceolata, basi angustiora, pilis ferrugineis adspersa. Flores caeruleo-lescentes. Legumina uti tota planta vestita pilis ferrugineis, densis, longis. Flores huic saepe laterales." *Sp. II.* — „Totus ferrugineus, vix diversus." *S. XII. sq.* — „Fl. caerulei. Foliola spatulata." *Mant. II. sq.*

H. ups. (excl. syn. Roy.) ut Sp. I.

H. cliff. syn. Bauh. utrq. II. cc. et Boerh. 2. p. 48.; - var. α. l. medius caeruleus Raj. hist. 307.; - l. nat. 0; - obs.: „Flores in racemo verticillati; cal. 2labiatus, lab. sup. integro, utrinque ad basin appendiculatus. Bractae verticilli lineares reflexae."

5310. *L. pilosus* *S. XIII.*: L. cal. verticillatis appendiculatis, labio superiore bipartito, inferiore integro. — *L. peregrinus major, fl. vario. Herm. lugdb. 386.* — *Statura L. hirsuti. Planta pilosa. Cor. incarnato-albidae, vexilli medio rubro. Fol. lanceolata, obtusiuscula.* [*S. XIII. p. 545. n. 0.*]

5311. *L. angustifolius* *Sp. I.*: L. cal. alternis appendiculatis: labio superiore bipartito, infer. integro. *Sp. I. - S. VII. n. 5.* *L. angustifolius caeruleus elatior Raj. hist. 908. L. fl. caeruleo minore Riv. tetr.* — Habitat - - - in Hispania, Messanae inter segetes (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

„Foliola fere linearia." *Sp. II.* — „Fl. caerulei. Foliola lin." *Mant. II. sq.*

Obs. Cf. huc n. 5308. - Misit hunc Loe fl. (t. p. 293.): hinc l. nat. Hisp. add. in Sp. I. fin.

5312. *L. lutens* *Sp. I.*: L. cal. verticillatis appendiculatis: labio superiore bipartito, infer. tridentato. *Sp. I.*

S. XII. n. 6. — *L. cal. vertic.*, *lab. inf. 3fido*. H. cliff. app. p. 499. n. 3. H. ups. p. 209. n. 3. Roy. lugdb. 367. Sauv. monsp. 215. *L. sylvestris*, fl. luteo. Bauh. pin. 348. Riv. tetr. — *L. fl. luteo*, sem. compresso vario. Bauh. hist. 2. p. 291. — Habitat in Siciliae arenosis. ☉ — *Hinc flores subsessiles, odorati (Sp. II.)*, lutei (*Mant. II. sq.*): bracteis ovatis. [*Sp. I. II.*]

H. ups. *syn.* Bauh. utr. q. ll. ec., *l. nat. id.* — *H. cliff.* *syn. cal.* et Boerh. lugdb. 2. p. 49; *obs.*: „Flores in racemo vertic. Cal. 2lobatus: labio sup. bipartito, lacin. linearibus: infer. trifido; utrinque ad latera laseos appendiculatus. Bractee verticellorum ovatae concavae obtusae erectae.”

5313. *L. integrifolius Pl. afr.*: *L. cal. alternis appendiculatis, fol. simplicibus oblongis villosis*. Pl. afr. n. 43. in Am. ac. 6. p. 95., *Sp. II. p. 1016. n. 7.* Habitat ad Cap. b. spei. ☉ [*Sp. II.*]

„Caulis herbaceus, villosus. Fol. alterna, petiolata, lanceolato - ovata s. ovali-oblonga, integerrima, acuta, utrinque valde villosa. Racemi simplicis, erecti, uti calyces villosi; calycis labium superius bifidum, integrum. Cor. caeruleae.” *Am. ac. (absq. syn.)*

Obs. Omissus (casu) in S. XII. XIII.

CMLV. **PHASEOLUS** S. I.: Carina cum staminibus styloque spiralliter tortis. S. I. n. 703., A. 777., *M. 866.*

PHASEOLUS Tournef. 232. — *Rie. D. 35-39. (G. I. II.)* — **CAL.** Perianth. Iphyllum, bilabiatum: labio superiore emarginato, infer. tridentato. — **COR.** papilionacea. Vexillum cordatum, obtusum, emarginatum, reclinatum, lateribus reflexis. Alae ovatae, longit. vexilli, unguibus longis insidentes. Carina angusta, spiralliter contra solem revoluta. — **STAM.** filam. diadelphia, simplex et 9fidum; intra carinam, spiralia. Anth. decem, simplices. — **PIST.** Germen oblongum, compressum, villosum. Stylus filic., spiralliter inflexus, *superne pubescens (D. G. I.)*. Stigma obtusum, crassiusculum, villosum. — **PER.** Legumen longum, rectum, coriaceum, obtusum cum acumine. — **SEM.** reniformia, oblonga, compressa. — **Obs.** Carina cum contentis genitalibus spiralis, essentialis est nota. Calyx alius exterior diphyllus subtrotundus in multis speciebus adest.

[* *G. I. n. 573., II. 703., I. 777., VI. 866.*]

* SCANDENTES.

5314. *Ph. vulgaris Sp. I.*: *Ph. volubilis*, flor. racemosis geminis, bracteis calyce minoribus, legum. pendulis. *Sp. I. - S. XII. n. 1. (t. e.)* *Ph. rad. annua*, caule volubili, legum. pendulis compressis torosis. Roy. lugdb. 367. H. ups. p. 213. n. 1. *Mat. med. n. 351.* *Ph. vulgaris* Lob. ic. 59. H. cliff. p. 359. n. 1. *Smilax hortensis* s. *Phaseolus major* Bauh. pin. 339. — *Var. β. coccineus Sp. II.*: *Ph. coccineus*: volubilis, flor. racem. geminis, bract. calyce brevioribus, legum. pendulis. *Sp. I. p. 724. n. 2.* *Ph. punicea* fl. Cornut. canad. 184. et *H. ups. p. 213. n. 3.* *Ph. indicus*, fl. coccineo s. puniceo. Moris. hist. 2. p. 69. — Habitat in Indiis. ☉

[*Sp. I. n. 1. 2. et Sp. II. (a. a.)*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c.; *l. nat.* Ind. or. ☉
H. ups. n. 1. *varr. 4.*: *α. ut α. Sp. II., add.* *Dolichos* s. *Phaseol.* Dod. pempt. 519. — *β.* *Ph. vulg. fructu violaceo* Tourn. inst. 412. — *γ.* fr. ex rubro et nigro varieg. Tourn. l. c., — *δ.* *Ph. fr. albo venis nigris et lituris distincto* Tourn. 413; — *l. nat. id.*

H. ups. n. 3. *syn.* Corn. Mor. ll. ec., *l. nat. 0.* [*Item Sp. I. n. 2., que jam in S. X. omissa. R.*]

H. cliff. *syn.* *Ph. vulg.* Lob. hist. 511. Boerh. lugdb. 2. p. 28., *Ph. alius generis peregr.* Caesalp. syst. 238., Dod. Bauh. ll. ec., Bauh. hist. 2. p. 253; — *varr. α.* *Ph. hortensis minor* Tourn. inst. 415., *Smilax hort. min.* Bauh. pin. 359; — *l. nat.* Ind. or., ut fertor, — *Obs.*: „Variat haec sp. immense in se-minum mazuit. et colore.”

5315. *Ph. lunatus Sp. I.*: *Ph. volubilis*, legum. acinaciformibus subnatis laevibus. *Sp. I. S. X. n. 3., Sp. II. S. XII. n. 2.* *Ph. benghalensis scandens*, siliqua acinacif., sem. ovato compresso striato. Berg. viadr. 99. Habitat in Benghala. ☉ — *Folia lateralia exteriora latere duplo latiora. Flores minui, virides: alis albis concavis, deia flavescensibus; carina spirali.* [*Sp. I. II.*]

5316. *Ph. inamoenus Sp. I.*: *Ph. volubilis*, florum vexillo revoluta, calycibus concolor. *Vir. cliff. p. 72. H. cliff. p. 359. n. 2. (a. a.) Sp. I. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n. 3. — Jacq. hort. t. 66. (S. XIII.)* — Habitat in Africa. ☉ [*Sp. I. II.*]

„Foliola longiora; intermedio ovato - lanceolato.” *Mant. II. sq.*
„Crescit e sem. africanis. Caul. volub., altiss., annuus, fol. ternata, foliulis angulati-oblongis, angulis tamen lateralibus obliteratis in intermedio foliolo. Foliola lateralia a latere inferiore angustiora, ab ext. latiora, juxta angulum praesertim dilatata, longit. intermedii folioli. Petiolus communis saepe exaratus, proprii vero teretes. Scapus flores absque ordine plures gerit. Cor. vexillum latum, brevius reliquis, emarginatum, apice reflexo ad dorsum usque, non vero ad latera, colore totum viride et simile calyci minimo. Alae oblongae niveae rectae, Carina alba tenuis, spiralliter contorta, hinc reprimens vexillum; postero die alae emarcidae totae flavae, Legum. magnam; semina lineis tubicundis variegata. Floruit 10. Dec. 1736.” *H. cliff.*

5317. *Ph. farinosus Sp. I.*: *Ph. volubilis*, pedunc. subcapitatis, sem. tetragono - cylindricis pulverulentis. H. ups. p. 214. n. 5. t. c., *Sp. I. S. X. XII. n. 5., Sp. II. n. 4.* *Ph. peregrinus*, fl. roseo, sem. tomentoso. Niss. act. 1730. p. 577. t. 42. *Ph. indicus*, hederae folio anguloso, sem. oblongo lanuginoso. Raj. suppl. 348. Habitat in India. ☉ (*H. ups.*). [*H. ups., Sp. I. II.*]

5318. *Ph. vexillatus Sp. I.*: *Ph. volubilis*, pedunc. petiolo crassioribus capitatis, alis subulcatis difformibus, legum. linearibus strictis. *Sp. II. n. 5., S. XII. XIII. n. 6. — Jacq. hort. t. 102. (S. XIII.)* — *Ph. caule volubili, vexillis revolutis patulis, leg. lin. strictis. Sp. I. S. X. n. 6.* — *Ph. rad. annua*, leg. strictis erectis torosis linear., caule hirsuto. Roy. lugdb. 367. *Ph. fl. odorato, vexillo amplo patulo.* Dill. elth. 313. t. 234. f. 302. Habitat Havanae. ☉ [*Sp. I. II.*]

„Stipulae basi solutae, bifidae. Pedunc. glabri, reliquis partibus pilosis. Pedunculus petiolis crassior. Flores aliquot sessiles, odorati. Calyx bracteis 2, minimis. Vex. emarginatum, latum, reflexum, pagina inferiore lineatum. Alae subfalcatae: dextra ad basin lobo distincta a basi, quod non in sinistra, unde flos obliquis. Carina falcata, parum obliquata, rostrata, apice bifido. Legumen lineare. Planta media inter *Phaseolus* et *Dolichos.*” *Sp. II.*

5319. *Ph. helvolus Sp. I. (em.)*: *Ph. volubilis*, fl. capitatis, cal. bracteatis, *vexillis brevibus (D. S. XII. sq.)*, alis expansis maximis, *Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. n. 6., foliolis deltoideibus oblongis. S. XII. XIII. n. 7.* — *Ph. rad. annua*, legum. erectis linearibus teretibus glabris. Roy. lugdb. 368. *Ph. fl. helvulo*, alis amplis patulis. Dill. elth. 312. t. 233. f. 300. Habitat in Carolina. ☉ [*Sp. I. II.*]

5320. *Ph. semi-erectus Mant. I.*: *Ph. caule semivolubili, flor. spicatis, cal. ebracteatis, alis expansis (S. XII. sq.) vexillo triplo (M. I.) majoribus, foliolis ovatis. M. I. p. 100. S. XII. XIII. n. 14.* *Ph. strumosa radice, fl. purpureo, siliqua angustissima.* Plum. spec. 8. Amoen. acad. 4. p. 347. *Ph. barbadensis erectior, sil. angustis, tinctorius.* Dill. elth. 312. t. 233. f. 301. *Ph. subhirsutus americanus exotissus, siliq. longis cauliculis insidentibus.* Pluk. alm. 290. t. 214. f. 2. — Habitat in America calidior. ☉ — *Caul. erectus, tripedalis, demum superior volubilis, teres, substratus, subpubescens. Fol. ternata, ovata, nuda, obtusiusc., submuconata, longit. petioli. Stipulae subsensif. Pedunc. longi, pedales, stricti, erecti. Spica rarior, flor. gemellis sessilibus. Cal. cylindricus. Corollae vexillum et carina pallidiores. Alae triplo majores, convexae, rubrae, basi caerulescentes, conniventes. Carina contorta. Cult. H. U.* [*Mant. I.*]

Am. ac. l. c. jam somnus deser., cum syn. Plum.

5321. *Ph. alatus Sp. I.*: *Ph. volubilis*, flor. laxe spicatis, alis longitudine vexilli. *Sp. I. S. X. XII. n. 8., Sp. II. n. 7.* *Ph. fl. purpureo*, alis amplis longe protensis. Dill. elth. 314. t. 235. f. 303. Habitat - - - ☉ [*Sp. I. II.*]

5322. *Ph. Caracalla Sp. I.*: *Ph. volubilis*, vexillis carinaque spiralliter coavolutis. *Sp. I. S. X. XII. n. 9., Sp. II.*

n. 8. — *Trew. rar. 14. t. 10. (Mant. II. sq.)* — Ph. rad. perenni subrotunda, legum. folio longioribus teretiusculis glabris. Roy. lugdb. 367. Ph. indicus, cochleato flore. Triumf. obs. 93. t. 94. Raj. hist. 1890. Habitat in India. [Sp. I. II.]

♦♦ ERECTI.

5323. *Ph. nanus Cent. I.*: Ph. caule erectiusculo (*erecto S. VII. sq.*) laevi, bracteis calyce majoribus, legum. pendulis compressis rugosis. *Cent. I. n. 65. in Am. ac. 4. p. 284. Sp. II. S. XII. n. 9. Ph. caule erecto laevi, legum. erectiusculis compr. rug.* H. ups. p. 213. n. 2. Ph. vulgaris italicus humilis s. minor albus cum orbita nigricante. Bauh. hist. 2. p. 358. Raj. hist. 885. Smilax siliqua sursum rigente s. Ph. parvus italicus Bauh. pin. 339. Habitat in India. [Am. ac., Sp. II.]

Obs. Species omissa in Sp. I. et in S. X., licet interim restit. in Cent. I. — H. ups. (add. syn. Ph. minor, sil. sursum rigente, fr. albo, Tourne. inst. 413, Succis Kryp-bonor) ceteroquin ut Sp. II.

„Variat fl. albo et purpureo; sem. albo fusco maculis luteis. Vexillum duplo minus, quam in Ph. vulgari. Idem e Carolina flore purpurascente, vexilli lateribus ad basin striatis.“ *Am. ac.*

5324. *Ph. radiatus Sp. I.*: Ph. caule erecto tereti, flor. capitatis, legum. cylindricis horizontalibus. *Act. stockh. 1742. p. 202. t. 7. f. 2. H. ups. p. 213. n. 4. Fl. zeyl. n. 281. Sp. I. — S. XII. n. 10. — Ph. minimus Rumph. amb. 5. p. 386. t. 139. f. 2. (Mant. II. sq.)* — Ph. zeylanicus, siliquis radiatum digestis. *Dill. elth. 315. t. 235. f. 304.* — Habitat in China, Zeylona. [H. ups., Sp. I. II.]

Obs. Syn. Rumphii jam add. in Diss. hb. Amb. et S. X. — Act. bot. m. l. c. brevis monogr., icon rudis.

Fl. zeyl. syn. cat. et Burm. zeyl. 192. Mun, Mung Hern. zeyl. 47; — obs.: „Decoctum seminum in colica calculosa a Chinesibus commendatur.“

5325. *Ph. Max Sp. I.*: Ph. caule erecto anguloso hispido, H. cliff. app. p. 499. n. 3. t. c. Roy. lugdb. 367. *Fl. zeyl. n. 280. legum. pendulis hirtis. Sp. I. — S. XII. n. 11. — Gron. orient. 217. (Sp. II.)* — Ph. orthocaulis, Mungo persarum, turcarum Masc. hisp. Max. Hern. mex. 887. — *Fructus niger, coriandro similis. Bauh. pin. 413. (Sp. II.) — Cadetium Rumph. amb. 5. p. 388. t. 140. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in India. [Sp. I. II.]

„Legumina rostro incurvo.“ *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Ph. erectus, caule et fol. rigido, fl. pallide luteo etc. Boerh. ind. 1. p. 152. Hern. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 28; t. nat. Virginia, unde e sem. delatis prodiit. — Fl. zeyl. syn. Hern. l. c., Boerh. ind. 1. c. et Burm. zeyl. 190. Ph. erectus hirsutus, caule 5ang. auriculato, fl. viridi-lutescente etc. Pluk. alm. 290, Ph-i villosi sp. Burm. zeyl. 188., Bumum, Buncac Hern. zeyl. 22.

5326. *Ph. Mungo Mant. I.*: Ph. caule flexuoso subscandente (*M. I.*) hispido (*hirsuto S. XII. sq.*) tereti, legum. capitatis hirtis. *M. I. p. 101. S. XII. n. 15.* — Ph. hirsutus floricaulis mungo affinis maderaspat., caule tereti. *Pluk. alm. 290.* — Habitat in India orientali. [H. ups., Sp. I. II.]

— Caulis erectus, flexuosus, parum scandens, ut tota planta pilosus hirsutus heliolyta. Foliola lateralia latere exteriori dimidiato-cordata; interiore lanceolata. Stipulae foliorum ovali-oblongae, medio adnatae, nudae, ciliatae; foliolorum vero lanceolatae, attenuatae in setam. Pedunc. longit. foliorum, terminati receptaculo ovato, glabro, ferente capitulum, flor. sessilibus luteis. Siliquae hirsutae. *Cult. II. U. [Mant. I.]*

5327. *Ph. lathyroides Sp. II.*: Ph. (, ?" *Sp. II.*) caule erecto, foliolis lanceolatis. *Sp. II. S. XII. n. 12.* Ph. minor erectus pratensis, fol. oblongis, vexillo minor, siliq. gracilibus. *Brown. jam. 291.* Ph. erectus lathyroides, fl. amplo coctiaco. *Sloan. jam. 71. hist. 1. p. 183. t. 116. f. 1.* Habitat in Jamaica. [H. ups., Sp. II.]

5328. *Ph. sphaerospermus Sp. II.*: Ph. (, ?" *Sp. II.*) caule erecto, sem. globosis hilo tinctis. *Sp. II. S. XII. n. 13. (l. c.)* Ph. erectus, siliq. gracilibus teretibus polyspermis, sem. subrotundis hilo nigro. *Brown. jam. 292. Ph.*

erectus minor, sem. sphaerico albedo hilo nigro. Sloan. jam. 72. hist. 1. p. 185. t. 117. f. 1., 2., 3. Ph. indicus, fructu stricto albo minore nigra macula. *Pluk. alm. 290.* Habitat in Indiis. [H. ups., Sp. II.]

CMLXVI. **DOLICHOS** *G. L.*: Vexilli basis callis 2, parallelis oblongis, alas subtus comprimentibus. *S. VI. n. 704., X. n. 778., XII. 867.*

DOLICHOS (*L., S. II.*) — *Cal.* Perianth. Iphyllum, brevissimum, 4dentatum, aequale: denticulo supremo emarginato. — *Cor.* papilionacea, Vexillum subrotundum, magnum, emarginatum, totum reflexum. Calli duo oblongi, paralleli et longitudinales, vexillo subtus versus basin adnati, alas comprimentes, a tergo non excavati. — *Alae* ovatae, obtusae, longit. carinae. *Carina* lunulata, compressa, inferne arcuata connivens, longit. alarum, apice adscendens. — *Stam.* Filam. diadelphia: simplex et 9fidum, simpliciter ad basin curvato. *Anth.* simplices. — *Pist.* Germen lineare, compressum. Stylus adscendens. Stigma barbatum, introrsum a medietate ad apicem styli excurrens, apice Styli antice caloso obtuso. — *Per.* Legumen acuminatum, magnum, oblongum, bivalve, bitoculare. — *Sem.* plura, elliptica, compressa saepius. — *Obs.* Phaseoli facies est: carina quae non spiralis, distinguit genus.

[*G. I. n. 588., II. 704., V. 778., VI. 867.*]

5685. **L. siliquosus** *S. X.*: L. legum. solitariis membranaceo-(*Φ. S. X.*) quadrangulis, caul. procumbentibus, fol. hirsutis. *S. X. n. 1. A., subtus pubescentibus. Sp. II. S. XII. n. 2.* — L. erecta *Sp. I. p. 774. n. 4. (S. X.)* — L. pratensis siliquosus luteus Bauh. pin. 332. major et durior Tourn. inst. 403. Segu. ver. 2. p. 90. L. tetragonolobus Riv. tetr. 79. Habitat in Europae australioris pratis subhumidis. 4. — Caules humifusi, pedales. Folia et calyces hirsuta. [*Sp. II.*]

L. erecta: legum. solit. rectis teretibus terminalibus, caule erecto. Sauv. monsp. 189. †. L. pratensis siliquosa lutea Bauh. pin. 332. ... minor et mollior Tourn. inst. 403. L. trifolia pratensis siliquosa mospeliensium Lob. ic. 2. p. 42. Habitat Mospelii. [*†. Sp. I. l. c.*]

5686. **L. Tetragonolobus** *Sp. I.*: L. legum. solitariis membranaceo-quadrangulatis, bract. ovatis. H. ups. p. 220. n. 1. *Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. S. XII. n. 3.* L. legum. subsolit., angulis quatuor membranaceis. H. cliff. p. 371. n. 1. Roy. lugdb. 388. L. ruber, siliqua angulosa. Bauh. pin. 332. L. pulcherrima tetragonolobus Cam. hort. 91. t. 26. Habitat in Siciliae collibus. ☉. — Anno 1579 *Clusio (Sp. II.).*

[*Sp. I. II.*]

H. ups. *syn.* Bauh. Cam. II. ec., L. siliquosus rubello fl. Clus. hist. 2. p. 244., *l. nat. id.*

H. cliff. *syn.* Bauh. Clus. II. ec. et Boerh. lugdb. 2. p. 37., L. oligokeratos tetrag. etc. Mor. hist. 2. p. 176. s. 2. t. 18. f. 7., L. siliquosa fl. fusco, tetrag. Bauh. hist. 2. p. 358.; — *varr. α.* folio varieg. Boerh., — β. L. luteus [*etc. v. sp. sq.*] Boerh.; — *l. nat.* in coll. Messanae Sic. imminutibus. *Am. a. c. 4. p. 346. cf. de hujus somno.*

5687. *L. conjugatus* *Sp. I.*: *L. legum. conjugatis membranaceo-quadrangulis, bract. oblongo-ovatis. Sp. I. S. X. n. 3, Sp. II. S. XII. n. 4.* *L. luteus, siliq. angulosa. Boerh. lugdb. 2. p. 37. Habitat Monspeli. ☉. — Convenit cum n. 5686. habitu, aetate, foliis, hirsute, leguminibus; differt vero cor. duplo minoribus, legum. duobus, alis integris minus crispis, foliorum basi caulem non amplexante, sed ab opposito latere delibescente. [Sp. I. II.]*

5688. *L. tetraphyllus* *S. XIII.*: *L. legum. solitariis, foliis ternatis obcordato-cuneatis; stipula solitaria simili, bracteis monophyllis. — Caules filiformes. Stipulae in reliquis binae, in hac alterutra, s. unica ad latus, foliolo similis, sed lanceolato-oblonga. Bractea monophylla, rarius diphylla. Corolla flava, vexilli dorso atropurpureo. [S. XIII. p. 575. n. 0.]*

5689. *L. edulis* *Sp. I.*: *L. legum. subsolitariis gibbis incurvis. H. cliff. p. 371. n. 2. Roy. lugdb. 388. Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 6. — L. pentaphyllus, siliq. cornuta. Bauh. pin. 332. L. edulis cretica Raj. hist. 967. L. oligoceras cretica lutea, siliq. binis curvis propendentibus. Moris. hist. 2. p. 176. s. 2. t. 18. f. 5. — Trifolium corniculatum creticum Alp. exot. t. 268. (S. XII. sq.) — Habitat in Italia, Sicilia, Creta. [Sp. I. II.]*

„Planta fere *L. tetragonolobi*. Caul. subvillosus. Fol. glabra, Stipulae ovatae. Pedunc. longi: bracteis 3 ovatis, longit. floris. Legum. Crotalariae, ovato-oblonga, gibba, sed sutura dorsali recta.“ *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. Mor. Raj. Il. ec. et Boerh. p. 38., Trifolium s. *L. Hierazone edulis siliquosa* Bauh. hist. 2. p. 363.; — *l. nat. sim.* „inter seq. et ad agrum marg.“ — *Obs.* „Antecedenti [n. 5686.] valde affinis est.“

5690. *L. peregrinus* *Sp. I.*: *L. legum. subbinatis linearibus compressis nutantibus. H. cliff. p. 372. n. 3. Roy. lugdb. 388. Sauv. monsp. 188. Sp. I. S. X. n. 6., Sp. II. S. XII. n. 7. L. siliquis geminis, peregrina. Boerh. lugdb. 2. p. 38. Habitat in Europa australi. [Sp. I. II.]*

„Crescendi locus nobis ignotus. Caules longi, procumbentes. Folia antecedentibus et seq. [n. 5693.] similia, glabra. Ex sing. ala pedunc. brevis, 2, rarius 3, flores sustentans, folio ternato sessili adnexos. Legum. linearia, compressa, stricta, longa, nutantia, glabra, sutura utrinq. prominula, lateribus torulosis.“ *H. cliff. (cum eod. syn.)*

5691. *L. angustissimus* *Sp. I.*: *L. legum. subbinatis linearibus strictis erectis, caule erecto, pedunc. alternis. Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 8. L. legum. saepius ternatis lin. strict. erectis. H. cliff. p. 372. n. 5. Roy. lugdb. 388. Sauv. monsp. 188. L. 5phyllus minor hirsutus, siliq. angustissima. Bauh. pin. 332. L. corniculata, siliq. singularibus s. binis, tenuis. Bauh. hist. 2. p. 356. Habitat in G. Narbonensi. [Sp. I. II.]*

H. cliff. syn. Bauh. utrq. Il. ec. et Boerh. lugdb. 2. p. 38., *L. annua oligoceras*, siliq. sing. etc. Mor. hist. 2. p. 175. s. 2. t. 18. f. 1., Trifolium cornic. minus pilosum Bauh. prod. 144.; — *l. nat.* circa Monsp. et alibi in G. Narb.; circa Neapolin in Ital.

5692. *L. arabicus* *Mant. I.*: *L. legum. cylindricis aristatis, caul. prostratis, pedunc. trifloris, bract. monophyllis. M. I. p. 104. S. XII. III. n. 19. — Habitat in Arabia. D. Forskahl. 2. — Caules plures, sesquipedales, prostrati, vix pubescentes. Folia ternata, petiolata. Foliola subpetiolata, obovata, obtusiuscula, subincana, fere glabra. Stipulae fere magnit. figurae foliorum. Petioli brevissimi. Pedunc. erecti, 3-8, 4flori, foliis saepe longiores. Flores pedicellati, mutantes, pallide rufescentes: vexillo venis rubris; alis includentibus carinam. Calycis dentes subulati, distantes. Bractea, ad exortum pedunculorum propriorum, monophylla, erecta, foliolis similis. Noctu dormit floribus arcte pedunculo communi approximatis, superimposita bractea; foliolis stipulisque conniventibus. Legum. cylindrica, aristata. Cult. H. U. [Mant. I.]*

„Peduncululi primo uniflori.“ *Mant. II. p. 516. S. XIII.*

5693. *L. ornithopodioides* *Sp. I.*: *L. legum. subquinatis (subternatis Sp. II. sq.) arcuatis compressis, caul. diffusis. Sp. I. S. X. n. 8., Sp. II. S. XII. n. 9. — L. leg. subquinat. arc. H. cliff. p. 372. n. 4. H. ups. p. 220. n. 2. Roy. lugdb. 388. Sauv. monsp. 188. L. siliquis orni-*

thopodii. Bauh. pin. 332. *L. peculiaris siliquosa* Cam. hort. 91. t. 25. Habitat in Sicilia. ☉. [Sp. I. II.]

„Noctu dormit bracteis flores occultantibus. Amoen. acad. 4. p. 340. [Cf. R.] Caules laeves, erecto-diffusi. Folia glabra, obovata s. rhombea. Legumina 3 ad 5, linearia, refalcata, compressa, nodosa.“ *Sp. II.*

H. ups. (excl. Roy. Sauv.) ut Sp. I.

H. cliff. syn. Bauh. I. c. et Bauh. hist. 2. p. 358. Boerh. lugdb. 2. p. 38., *L. polykeratos annua proemib. latif. etc.* Mor. hist. 2. p. 176. s. 2. t. 18. f. 8., Cam. I. c.; — *l. nat.* prope Messanam Sicil. in lateribus montium ubi imminutum; in ios, Capopassaro ad prom. Pachynum; in irsi. Corfu.

5694. *L. jacobaeus* *Sp. I.*: *L. legum. subternatis (Sp. I. sq.), caule herbaceo erecto, foliis linearibus. H. cliff. p. 372. n. 7. Roy. lugdb. 388. Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII. n. 10. — Mill. dict. t. 168. (S. X. Sp. II.) — L. angustifolia, fl. luteo purpurascente, insulae st. jacob. Comm. hort. 2. p. 165. t. 83. Habitat in Insula St. Jacobi. ☉ (et 2. Sp. II.). [Sp. I. II.]*

„Foliola lanceolato-linearia. Flores terni s. quini, colore, non odore, tristes.“ *Sp. II.* — „Corollae colore Antirrhini tristis.“ *S. XII. sq.* — „Petioli albi, Caulis interdum frutescit perennis.“ *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Comm. I. c., *l. nat. id.*

5695. *L. creticus* *Sp. I.*: *L. legum. subternatis, caule suffruticoso, fol. sericeis (tomentosis S. X.) nitidis. S. X. n. 9. C., Sp. II. S. XII. n. 12. — L. caule frutic. capit. dimidiatis, fol. nitidis. H. cliff. p. 372. n. 10. Roy. lugdb. 387. Sp. I. n. 10. (sub sect. 2°.) — L. argentea cretica Pluk. alm. 226. t. 43. f. 1. L. polykeratos fruticosa cretica argentea, siliq. longissimis propendentibus rectis. Moris. hist. 2. p. 177. Habitat in Syria, Creta, Hispania (Sp. II.). 2 (Sp. II.). [Sp. I. II.]*

„Planta suffruticosa, debilis, tota sericea pilis adpressis. Flores saepius terni, lutei. Legum. oblonga, cylindrica, cernua.“ *Sp. II.* — „Crescendi locus incertus nobis, an scilicet circa Chalepurn urbem Syriae, au in Creta ins.“ *H. cliff. (cum iisd. syn.)*

** PEDUNC. MULTIFLORIS IN CAPITULUM.

5696. *L. hirsutus* *Sp. I.*: *L. capit. hirsutis (subrotundis S. XII. sq.), caule erecto hirsuto, legum. ovatis. H. ups. p. 220. n. 3. Sauv. monsp. 188. Sp. I. S. X. n. 11., Sp. II. S. XII. n. 13. L. caule frutic., florum capit. depressis, cal. lanigeris. H. cliff. p. 332. n. 9. Roy. lugdb. 387. L. 5phyllus siliquosus villosus Bauh. pin. 372. L. polykeratos frutescens incana alba, siliq. erectis crassior. et brevioribus rectis. Moris. hist. 2. p. 177. s. 2. t. 18. f. 14. — L. incana Riv. (ctr. 191. (Mant. II. sq.) — Habitat in G. Narbonensi, Italia, Oriente (Sp. II.). 2. [Sp. I. II.]*

„Capitula floribus infra 10, foliolo majoribus.“ *Sp. II.*

H. ups. syn. Bauh. Mor. Il. ec., *l. nat. fere ut H. cl.* — *H. cliff. syn. ead.* et *L. haemorrhoidalis*, fl. albo et saeuereb. Barr. rar. 71. t. 1033., Trifolium album rectum hirs. Bauh. hist. 2. p. 360.; — *l. nat.* in Narbona, Monsp. inter et Perouli; circa Messanam Sic.; in Ital. et Campania Romana.

Obs. Misit et Loeft., it. p. 294.

5697. *L. graecus* *Mant. I.*: *L. capit. subrotundis, caule erecto patulo (Mant. I.), fol. quinatis, legum. ovatis. M. I. p. 104. S. XII. III. n. 18. — L. graeca maritima, fol. glauco et veluti argenteo. Tourne. cor. 27. — Habitat in Oriente: in Graecia, Arabia. 2. — Media inter *L. hirsutum* et *rectum*, ut eunam propior vix dicendum. Caulis erectus, annuus, sed magis patule ramosus: Flores etiam albi; minores *L. hirsuto*, majores *recto*. Legum. ovata. Differt ab omnibus foliis quinatis (praeter stipulas), nec ternatis. Stipulae oblongae, ut in *L. hirsuto*; nec cordatae ut in *recto*. Cult. H. U. [Mant. I.]*

5698. *L. rectus* *Sp. I.*: *L. capit. subglobosis, caule erecto laevi (S. XII. sq.), legum. rectis glabris. H. ups. p. 221. n. 4. Sp. I. S. X. n. 12., Sp. II. S. XII. n. 14. L. caule fruticoso, florum capit. globosis. H. cliff. p. 372. n. 8. Roy. lugdb. 387. Sauv. monsp. 188. L. siliquosus glaber, fl. rotundo. Bauh. pin. 332. L. polykeratos frutescens hirsuta alba major latif., siliq. tenuibus curvis rectis.*

Moris. hist. 2. p. 177. s. 2. t. 18. f. 13. — *L. villosus altissimus*, fl. glomerato, Tourn. inst. 403. *Trifolium rectum monspessulanum* Bauh. hist. 2. p. 359. *Lotus lybica Riv. tetr.* 192. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in G. Narbonensi, Sicilia, Calabria. 2. [Sp. I. II.]

„Capitula floribus ultra 20, foliolis multoties minoribus.“
Sp. II.

H. ups. syn. C. Bauh. Mor. II. ec., I. nat. ut II. cl., brev.
H. cliff. syn. ead. et Boerh. lugdb. 2. p. 37., Tourn., Jo. Bauh., II. ec., L. coronatus latif., siliq. nigris. Barr. rar. 71. t. 514., L. lybica Dalech. hist. 509.; — *I. nat. id.* ad rivos et in II. humidis circa Messanum, Tropium Calabriae, Monsp.

5699. *L. corniculatus* Sp. I.: L. capit. depressis, caul. decumbentibus, legum. cylindricis, Sp. I. S. X. n. 13., *patentibus*. Fl. succ. II. n. 675., Sp. II. S. XII. n. 15. L. caule herbaceo, florum capit. depresso, legum. decumbentibus teretibus. H. cliff. p. 372. n. 6. Fl. succ. I. n. 609. Roy. lugdb. 388. Dalib. paris. 221. L. s. Melilotus pentaphyllos minor glabra Bauh. pin. 332. Trifolium corniculatum Dod. pempt. 573. — *I ar. β. Sp. I.*: L. 5phyllous, fl. majore luteo splendente. Bauh. pin. 332. — *I ar. γ. tenuifolius* Sp. I.: L. 5phyllous frutescens, tenuiss. glabris foliis. Bauh. pin. 332. Trif. cornic. frutescens, tenuiss. foliis. Bauh. prodr. 144. Burs. XVIII. 73. — Habitat in Europa. 2. — Hujus forte varietas etiam γ: est, cujus caules duplo longiores et angustiores, fol. linearia, et legum. angustiora. Videtur in umbra nata; Bursuc C. Bauhino hanc attulit. [Sp. I. II.]

„*I ar. β. L. 5phyllous major* hirsutie candicans Bauh. pin. 332. Gerard. *Mant. II. p. 453.*

„*I ar. β. L. 5phyllous major* alter Bauh. 332. Lotus Riv. tetr. 76. — In pratis nemorosis sublummentibus umbrosis saepe erecta evadit et angustior, ut facile pro distincta pl. agnoscat: It. scan. p. 153. [*Ibi huc cit.*: „*L. fl. umbell.*, siliq. pendulis, caule erecto. Hall. heter. 571.“ R.] — Plantae copia prata laeta indicat, flores monstrosos clausos tumidosque saepe producit Trips glauca Faun. S. II. n. 720. — Exsiccati flores vire-scuti, ut plantae colorem caeruleum s. Indigo praebentes.“ Fl. S. II.

„Cor. odoratissimae.“ S. XIII. [Err., cf. n. 5707.]
Fl. S. I. II. syn. Bauh. Dod. II. (ad ca.) ec., L. cornic. glabra et hirs. minor Bauh. hist. 2. p. 355. — *H. cliff. syn. ead.* et L. polykeratos lutea minor, fol. et siliq. glabris brevior, et crass. Mor. hist. 2. p. 177. s. 2. t. 18. f. 11, 12., Melilotum vulgo Caes. syst. 244., M-s coronata Lob. hist. 501.; — *var. α.* fol. longiorib. et angustior. Tourn. inst. 402., β. L. corn. hirsuta minor 1.; — *I. nat.* in pasc. aridiorib. vulg. per Eur.

5700. *L. cytisoides* Sp. I.: L. capit. dimidiatis, caule diffuso ramosissimo, fol. tomentosis. Roy. lugdb. 387. Sp. I. S. X. n. 14., Sp. II. S. XII. n. 16. L. siliquosa maritima lutea, cytisi facie. Barr. rar. 71. t. 1031. Habitat in maritimis Europae australis. [Sp. I. II.]

5701. *L. Doryenium* Sp. I.: L. capit. aphyllis, fol. sessilibus quinatis, Sp. I. S. X. n. 15., Sp. II. S. XII. n. 17. Doryenium fol. digitatis sessilibus. H. cliff. p. 371. n. 3. Roy. lugdb. 389. Sauv. monsp. 214. D. monspeliensium Lob. ic. 51. Trifolium album angustif. fl. veluti in capitulum congestis. Bauh. pin. 329. Habitat in Hispania, G. Narbonensi, Austria. 2. [Sp. I. II.]

H. cliff. syn. Lob. I. c. et Tourn. inst. 391. Boerh. lugdb. 2. p. 37., D. monspeliense Dalech. hist. 1724., D. monspess. frutescens Bauh. hist. I. p. 387., D. hispanicum Cus. hist. I. p. 160., L. polykeratos frutesc. incana, siliq. subrot. erectis. Moris. hist. 2. p. 158. s. 2. t. 18. f. 13., Bauh. I. c.; — *I. nat.* sec. vias et variis incultis Hisp., agri Salmatic. et Narbonensis, ut et circa Viennam Austr. et plerisque Pannoniae II. — *Obs.*: „Huic folia 3-, saepius 5nata, fere sess., longit. aequalia; flores in capit. terminalia digesti.“

Obs. Misit hanc Loe fl. it. p. 294. — Doryenii genus L. in S. I. primo distincti (add. „simul“ i. e. cum Trifolio) servecitque ad S. VI. usque, in H. cliff. praeter nostram subjungens Psorateam pinnatam et Anthyll. hermaniae. — Cf. etiam obs. ad n. CMLXI. R.]

DORYENIUM. Legum. subrotundum. Vexillum obcordatum reflexum. S. II. p. 123. n. 711.

DORYENIUM Tournef. 211. — CAL. Perianth. Iphyllum, tubulatum, 5dentatum, fere aequale, persistens. — COR. papi-

lionacea. Vexillum obcordatum, reflexum, majus. Alae oblongae, longit. carinae. Carina recta, brevis. — STAM. Filam. diadelphea (simplex et 9fidum), adscendentia. Anth. simplices. — PIST. Germen ovatum, Stylus subulatus, adscendens. Stigma simplex. — PBR. Legumen subrotundum, acuminatum, 2valve flocculare, fere tectum. — SEM. unum alteramve.

[* G. I. p. 228. n. 602., II. p. 355. n. 711.]

CMLXXV. **TRIGONELLA** G. I. app.: Vexillum et Alae subaequales, patentes, forma corollae tripetalae. S. I. n. 724., X. 804., XII. 898.

TRIGONELLA: comm. cl. Dillenio (G. I.), *Foenum graecum* Tournef. 270. Ric. IV. 97. (Φ. G. I.) — CAL. Perianth. Iphyllum, campanulatum, semi-5fidum; denticulis subulatis, subaequalibus. — COR. papilionacea, quasi tripetala? — Vexillum subovatum, obtusum, reflexo-patens. Alae duae, ovato-oblongae, magnit. et fere figura vexilli (G. I.), extrorsum reflexo-patentes: ut vexillum cum alis quasi constituat corollam tripetalam regularem. Carina brevissima, obtusa, umbilicum floris occupans. — STAM. Filamenta diadelphea: simplex et 9fidum; brevia, assurgentia. Anth. simplices. — PIST. Germen ovato-oblongum, Stylus simplex, assurgens. Stigma simplex. — PBR. Legumen ovato-oblongum, compressum, tectum. — SEM. plura, subrotunda. — OBS. Sola corollae figura ab omnibus distinctum evadit genus.

[* G. I. app. p. 351. n. 880., II. n. 724., V. 804., VI. 898.]
Obs. Pertinet huc: Telis S. I. cum syn. Tourn. — *Genus dein Medicago junctum* (cf. n. CMLXXVI. obs.); — *hinc initio in H. cliff. tantum noecum sp. (n. 5702.) continet. R.*

5702. **T. ruthenica** Sp. I.: T. legum. pedunculatis congestis pendulis linearibus rectis, foliolis sublanceolatis. Sp. I. S. XII. n. 1. T. legum. pedunculatis. Vir. cliff. p. 76. Roy. lugdb. 382. Trigunella H. cliff. p. 378. n. 1. Melilotus supina angustifolia, medicae facie, siliqua compressa. Amm. ruth. 159. Lotus montana humilior trifolia ad caulem alata lutea, siliqua modo recta, modo medicaginis instar falcata nigra. Amm. ruth. 119. Habitat in Sibiria. — Foliola lanceolata, obtusissima, superne acute serrata, dentata. Stipulae integerrimae. Legum. linearia. [Sp. I. II.]

„Crescit si recte memini, in Sib. vel Russiae quadam parte; necum comm. ex h. acad. Oxon. 1736. a cl. Dillenio sub Foeni graeci nomine. Pl. diffusa; rami teretes, filif., duriusc., diffusi, ramosi. Fol. ternata, petiolis foliolo brevioribus; paleis subulatis integris. Foliola lance., obtusa, serrata, lateralia in petiolo sessilia glabra, Pedunc. ex alis superioribus solitariis, setaceis, versus apicem pedicellos plures, 8 vel 10, parvos, cum flosc. erectis flavis profert. Absoluta floresc. elongantur pedicelli proprii et legum. lanc. obtusa dependent, sem. pluribus foeta. Cor. exacte refert fl. 3petalum, cum alae et vex. formant superne limbum planum, cujus umbilicum carina brevis claudit; qua sola nota ab omnibus plantis hujus classis abunde distinguitur.“ H. cliff. (obsq. syn.)

5703. **T. platycarpus** Sp. I.: T. legum. pedunculatis congestis pendulis ovalibus compressis, caule diffuso, foliolis subrotundis. H. ups. p. 229. n. 1. Sp. I. S. XII. n. 2. — *Gmel. sib. 4. p. 25. t. 9. (Mant II. sq.)* — Melilotus supina latif., siliqua lata membranacea compressa. Amm. ruth. 119. n. 158. Act. goett. I. p. 213. t. 13. Melil. siliq. membr. compressa. Act. petrop. 8. p. 209. t. 12. Habitat in Sibiria. ♂. — Foliola subovata, longitudinaliter acute serrata. Stipulae saepius dentatae. Legum. ovalia. [Sp. I. II.]

H. ups. syn. Amm., Act. petr., II. ec.; — *I. nat.* in montosis Arbuti, Jabasch, Abacan. 2.

5704. **T. polycerata** Sp. I. (cm.): T. legum. sub-(S. X. sq.) sessilibus congestis erectis sub-(S. X. sq.) rectis longis (parallels Sp. I.) linearibus, Sp. I. n. 3. et Em. fin., S. X. n. 3., *pedunc. communibus muticis*. Sp. II. S. XIII. n. 3. (a. a.) — Medicago legum. confertis sessilibus erectis. Roy. lugdb. 382. Sauv. monsp. 187. Medic. legum. conf. longis rectis parallelis, pedunculo communi. H. cliff. p. 376. n. 1. Foenum graecum sylvestre alterum polyceration. Bauh. pin. 348. F. gr. sylv. alterum Dod. pempt. 547. Habitat in Hispania, Italia, Monspeliu (Sp. II.). © (Sp. II.). [Sp. I. II.]

„Cresc. in Europa austr. Caul. tenuis ramulosus. Fol. obcordata, undiq. emarginato-denticulata, foliolo intermedio petiolato, glabra, aequalia. Pedunc. communis erectus, 7 vel 8 legumina fere subulata recta erecta parallela oppressa sessilia uncialia exhibens.” *H. cliff. (absq. syn.)*

5705. **T. hamosa S. X.**: T. legum. pedunculatis racemosis declinatis hamosis teretibus, pedunc. communibus spinosis folio longioribus. *S. X. n. 3. A. (cum syn. Alp.)*, *Sp. II. S. XII. n. 6. (a. a.)* — Foenum graecum, cornic. reflexis, minus et repens. Boerh. lugdb. 2. p. 33. Melilotus cornic. refl., minor s. repens. Bauh. pin. 331. M. aegyptius Achimelech vocatus Alp. aegypt. 41. t. 124. Bauh. hist. 2. p. 357. Habitat in Aegypto. Hasselquist ☉ — Caules decumbentes, adscendentes. Fol. ternata, obovata, cuneif., dentata, venosa, pubescentia. Pedunculus folio longior, spina terminatus. Flor. racemosi, quorum vexillum alis s. carina dimidio brevius. Legum. ad 10. filiformia, hamosa, dependantia, apice adscendentia versus calycem. [*Sp. II.*]

5706. **T. spinosa Sp. I.**: T. legum. sub- (*S. X. sq.*) pedunculatis congestis declinatis sub- (*Sp. I. II.*) falcatis compressis, pedunc. communibus spinosis folio longioribus. *Sp. I. n. 4., brevissimis. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n. 5. (a. a.)* — Medicago legum. saepius ternatis sessil. arcuatis declinatis, spina ex alis. *H. cliff. p. 377. n. 4.* Foenum graecum sylvestre polyceration creticum majus. Breyn. cent. 79. t. 33. f. 1. Habitat in Creta. ☉ — Stipulae dentatae. Pedunculus fit spina rigida, ad cujus basin saepe legum. 5, venosa, glabra. [*Sp. I. II.*]

„Legumina adhaerent spinae basi; spina enim inter eorum insertionem ex ala enascitur.” *H. cliff. (cum syn. Br. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 33., F. gr. sylv., siliq. plurimis longioribus. Tourn. inst. 409.)*

5707. **T. corniculata S. X.**: T. legum. pedunculatis congestis declinatis subfalcatis, pedunc. communibus longis subs spinosis, caule erecto. *S. X. n. 4. B., Sp. II. S. XII. n. 4. (a. a.)* — Trifolium (Melil. corniculata *Sp. I.*) flor. spicatis, legum. nudis mucronatis falcatis declinatis. *H. cliff. p. 376. n. 22. Roy. lugdb. 381. Gort. gelr. 435. Sp. I. p. 766. n. 7. — Gron. orient. 96. (Sp. II.)* — Melilotus cornic. reflexis, major. Bauh. pin. 331. M. lutea major, cornic. refl. ex eodem centro ortis. Moris. hist. 2. p. 162. s. 2. t. 16. f. II. Trif. corniculatum secundum Dod. pempt. 573. — Habitat in *Europa australi*. ☉. (*in Gargano Apuliae. Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis huius erectus. Stipulae simplices, subdentatae. Pedunc. 4gonus, folio longior, apice molliusculo-spinoso, sub quo legum. 10-12, falcata, pedunculo breviora. Cal. ante explanationem obscuriores.” *Sp. II.*

„Cur. odoratissimae. Gon.” *Mant. II. sp.*

H. cliff. syn. Mor. Bauh. Dod. H. ec. et Tourn. inst. 407., Tr. italicum s. Melil. italica cornic. incurvis. Bauh. hist. 2. p. 372.; — L. nat. ut Sp. I. — Obs.: „Caulis saepius erectus. Facies praec. speciei [n. 5640.]. Flores magis arcte spicati; legumina Medicagini dependantia sed inflexa, falcata.”

5708. **T. monspeliaca Sp. I.**: T. legum. sessilibus congestis arcuatis divaricatis inclinatis brevibus, *S. A. n. 5., pedunculis molliter (Sp. II.) mucronatis, Sp. II. n. 7., inermibus. S. III. III. n. 7.* — T. legum. pedunculatis congestis declinatis subfalcatis, pedunc. communium inermi foliis longiore. *Sp. I. n. 5.* — Medicago legum. confertis sessil. arcuatis inclinatis. *H. cliff. p. 377. n. 5. Roy. lugdb. 382. Dalib. paris. 231. Sauv. monsp. 157. — Hedysarum minimum Dalech. hist. 446. Foenum graecum polyceraton Riv. tetr. (Sp. II.)* — F. gr. sylvestre polyceratum minus monspeliacum. Breyn. cent. 80. t. 33. f. 2. — Habitat Monspeli. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Legumina 10 ad 12, declinata. Pedunc. brevissimus, molle mucronatus, folio non longior. Caules prostrati, terrae adpressi.” *Sp. II.* — „Stipulae simplices. Pedunculus apice desinit in mucronem molle, sub quo legum. 10-12.” *Sp. I.*

H. cliff. syn. Breyn. l. c., Moris. hist. 2. p. 164., Bauh. pin. 348. Tourn. inst. 409., Securidacae genus triflyllum Bauh. hist. 2. p. 373., Dalech. l. c. H. minus trifolium, torosa siliqua,

Barr. rar. t. 257.; — L. nat. in coll. prope Castelneuf cis Ladum Monspel. amocm.

5709. **T. laciniata Sp. II.**: T. legum. pedunculatis subumbellatis ellipticis, foliolis cuneif. dentatis, stipulis laciniatis. *Sp. II. S. XII. n. 8.* Habitat in Aegypto. Burmannus. — Similis Medicagini polymorphae laciniatae. Caules filif., laeves. Foliola laevia, retusa, argute dentata. Pedunc. axillares, vix longit. foliorum, spinula molli terminati, ferentes flores aliquot fere umbellatos, luteos. Legumina fere Meliloti, ovalia, utriusque acuta, calyce duplo longiora. [*Sp. II.*]

„Pater Medicag. laciniatae.” *S. XIII. [Cf. n. 5720. var. v.]*

5710. **T. Foenum graecum Sp. I.**: T. legum. sessilibus strictis erectisculis subfalcatis (*9. Mat. med.*) acuminatis, *H. ups. p. 229. n. 2. Mat. med. n. 356. Sp. I. S. X. n. 6., caule erecto. Sp. II. S. XII. n. 9.* T. legum. sessilibus. *Vir. cliff. p. 76. Roy. lugdb. 383. Dalib. paris. 228. Sauv. monsp. 157. Medicago legum. subsolitarius sessil. erectis reflexo-falcatis acuminatis. H. cliff. p. 376. n. 3. Foenum graecum sativum Bauh. pin. 348. F. graecum Fuchs. hist. 798. Cam. epit. 199. — Var. β. *Sp. I. II. (a. sylvestris, caule basi ramoso-stolonifero. S. X. XII.)*: F. gr. sylvestre Bauh. pin. 348. — Habitat Monspeli. ☉. [*Sp. I. II.*]*

„Sylvestre β. differt stolonibus ad radicem longis, praeter erectum caulem, terrae adpressis; foliolis obovatis nec obtuse lanceolatis; generibus foliorum purpurascensibus; legum. magis hirsutis.” *Sp. II. — [Obs. Est T. gladiata Stev. R.]*

Mat. med. syn. F. gr. sativum Bauh. l. c. — H. ups. syn. id. et Fuchs. Cam. II. c. — L. nat. utiq. id.

H. cliff. syn. F. gr. sylv. Bauh. l. c. Tourn. inst. 409. Boerh. lugdb. 2. p. 32. Dalech. hist. 381. Bauh. hist. 2. p. 363. Moris. hist. 2. p. 166.; — var. α. sativum Bauh. l. c. Dal. 450. F. graecum Caes. syst. 239. Dod. pempt. 536. Bauh. hist. 363. Matth. diosc. 317. Fuchs. l. c.; — L. nat. circa Monsp., ad laevam Ladi amnis ultra pontem castris novi,

5711. **T. indica Sp. I.**: T. legum. sessilibus subsolitarius subfalcatis, foliolis integerrimis, caule diffuso. *Fl. zeyl. n. 285. Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 10.* Lotus maderaspatanus villosus, ornithopodii siliqua singulari. Pluk. alm. 226. t. 200. f. 7. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Herba procumbens, parum ramosa. Fol. ternata, petiolata: foliola subaequalia oblongaeva, glabra integra; stipulae ovato-lance. Legum. solit. vel bina eodem pedunculo, in alis subsessilia, recurva, compressa.” *Fl. zeyl. (cum syn. col. et Astrag. minimum repens 3phyllus, sil. falcatis. Herm. zeyl. 33. Burm. zeyl. 39. „synonyma non”, Pilae species Herm. zeyl. 13.)*

CMLXXVI. **MEDICAGO G. I.**: Legumen compressum cochleatum. Carina corollae a vexillo deflectens. *S. I. n. 725., X. 805., VII. 899.*

MEDICAGO Tournet 231. *Medica Tourn. 231. Falcata Riv. IV. 100-103. Cochleata Riv. IV. 104-109. (G. I. II.)* — CAL. Perianth. lphyllum, rectum, campanulato-cylindraceum, semi-5fidum, acuminatum, aequale. — COR. papilionacea. Vexillum ovatum, integrum, marginibus inflexis, totum reflexum. Alae ovato-oblongae, appendice carinae affixae, lateribus conniventibus sub carina. Carina oblonga, bifida, patens, obtusa, recta (*G. I.*), reflexa (deflexa a pistillo *G. VI.*) et lians a vexillo. — STAM. Filam. diadelphia, coepta fere ad apices. Anth. parvae. — PIST. Germen oblongum, incurvatum, compressum, pedicellatum, filamentis involutum, e carina exsiliens, vexillum reflectens, desinens in stylum brevem, subulatum, fere rectum. Stigma terminale, minimum. — PER. Legumen compressum, longum, inflexum. — SEM. plura, reniformia vel angulata. — OUS. Cochleatae Riv. siliqua spiritaliter cochleata. Falcatae R. siliqua arcuata, falcata.

[* *G. I. n. 594., II. 725., I. 805., VI. 899.*]

Obs. I. G. I. add. syn. Foenum graecum Tourn. 230. Riv. IV. 97., et obs. „Foenum gr. I. siliqua ensiformis, parum inflexa.” [Cf. n. CMLXXV. obs.]

Obs. 2. Haec Medica T., S. I., cum hist. syn.

5712. **M. arborea Sp. I.**: M. legum. lunatis margine integerrimis, caule arboreo. *H. cliff. p. 376. n. 6. H. ups. p. 230. n. 5. (t. c.) Roy. lugdb. 382. Sp. I - S. XII. n. 1.*

— *Mill. dict. t. 175. (Sp. II.)* — *Cytisus incanus*, siliq. falcatis. Bauh. pin. 389. *Cytisus marantae* Lob. ic. 2. p. 46. Habitat in Rhodo, Neapoli. *Sp. I. II.*
H. ups. syn. Bauh. l. c., Lob. hist. 503., Falcata Riv. tetr.; *l. nat. id.*

H. cliff. syn. Falcata incana Riv. tetr. [cf. n. 519.], *M. trifolia frutesc. inc.* Tourn. inst. 412. Boerh. lugdb. 2. p. 36., *M. frutesc. inc.*, siliq. falcata plana. Moris. hist. 2. s. 2. t. 16. f. 4. p. 158., *Cytisus* Caes. syst. 113., Bauh. Lob. II. ec., *C. siliq. inc.*, folio candicante. Bauh. hist. 1. p. 368., *C.* ut existimatur Dod. pempt. 569., — *l. nat.* ad Bajam prope Neap., in Rhodo ins. et ins. propinquas. — *Obs.*: „Flore delibescite incurvat permen et delectit alas cum carina cohaerentes, at reflectit vexillum, quod lateribus connivet et stamina ac pist. obvolvit.“

513. *M. virginica Sp. I.*: *M.* caule erecto ramosisimo, flor. fasciculatis terminalibus. Gron. virg. I. 86. *Sp. I-S. XII. n. 2.* Loto affinis trifoliata frutescens glabra Pluk. mant. 120. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]
 „Cor. variegatae ex albo ut rubro, Legum. Isperma.“ *Mant. II. sq.*

514. *M. radiata Sp. I.*: *M.* legum. reniformibus margine dentatis, fol. teroatis. H. cliff. p. 377. n. 8. H. ups. p. 230. n. 4. Roy. lugdb. 351. Berg. viadr. 95. *Sp. I-S. XII. n. 3.* — *Gron. orient.* 231. (*Sp. II.*) — *M.* annua, siliqua falcata striata. Moris. hist. 2. p. 158. s. 2. t. 16. f. 3. Trifolium siliqua falcata Bauh. pin. 330. Lunaria radiata italorum Lob. ic. 2. p. 35. Habitat in Italia. ☉

[*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Moris. Bauh. II. ec., Lob. hist. 498. *l. nat. id.*
H. cliff. syn. *M.* annua trifolii facie. Tourn. inst. 412. Boerh. lugdb. 2. p. 35., Pluk. alm. 243., *M.* lunata Bauh. hist. 2. p. 386., *M.* sylv. altera lunata Dalech. hist. 503., Lob. hist. Moris. II. ec.; — *l. nat.* ut fertur Ital. — *Obs.*: „fol. ternata, serrata, Pedunc. ex alis flori vel 2flori saepius. Legum. renif., compresso-planum, antecedit [n. 513.] omni modo simillimum, margine spinulis s. setis dentatum. Sem. 4 vel 8.“

515. *M. circumnata Sp. I.*: *M.* legum. reniformibus margine dentatis, fol. pinnatis. H. cliff. p. 377. n. 7. H. ups. p. 230. n. 3. Roy. lugdb. 352. *Sp. I-S. XII. n. 4.* — *Falcata foliis anthyllidis Riv. tetr.* 201. (*Mant. II. sq.*) — Loto affinis siliq. hirsutis circumnata Bauh. pin. 333. Habitat in Hispania, Italia. ☉

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. *M.* vulvariae facie hispanica. Tourn. inst. 412. Boerh. lugdb. 2. p. 35., Anthyllis lunaria, fl. luteo, italica. Barr. rar. t. 576., Bauh. l. c. et Moris. hist. 2. p. 151. s. 2. t. 17. f. 5. 6., Auricula muris Cam. hort. 24. t. 8. Bauh. hist. 2. p. 387.; — *l. nat.* in Hisp., in collib. siccis Romae, praes. in monte Mario, in Salamina ins. prope Athenas. — *Deser.*: „fol. pinnata sunt impari maximo, foliulis lateral. magis confertis versus basin petioli. Foliola singula lanc., integerr. Pedunc. ex sing. ala longus ex apice 3 flores gerens terminales cum subiecto folio lanc. simplicif. Fructus legumem fere orbiculatum, juxta basin sinu divisum ob flexuram, compresso-planum, margine setulis dentatum. Sem. 2, renif., parva, versus sinum siliquae nidulanta.“

H. ups. syn. *C.* Bauh. Cam. II. ec., *l. nat. simil.*

516. *M. sativa Sp. I.*: *M.* pedunc. racemosis, legum. contortis, caule erecto glabro. H. cliff. p. 377. n. 9. Roy. lugdb. 251. et *H. ups. p.* 229. n. 1. (*t. c.*) *Sp. I-S. XII. n. 5.* — *Medica legitima* Clus. hist. 2. p. 242. *Medica sativa s.* Trifolium sat. etc. Moris. hist. 2. p. 158. s. 2. t. 16. f. 2. Foenum burgundicum Lob. ic. 2. p. 36. Habitat in Hispania, Galliae apricis. ☉

[*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Moris. Clus. II. ec., Lob. hist. 498., *M.* major erectior, fl. purpurasc. Bauh. hist. 2. p. 382.; — *var. β.* fl. ex violaceo et luteo mixtis Tourn. inst. 410.; — *l. nat. id.*

H. cliff. syn. Falcata Riv. tetr. Dill. giss. 148. gen. 130., *M.* flavo fl. Clus., Bauh. utrq., Tourn., II. [ad n. 517.] ec., *M.* sylv. frutescens vel Tr. falcatum etc. Moris. hist. 2. p. 157. s. 2. t. 16. f. 1. ett. 15. f. 1.; — *varr. 7.* α, fl. e luteo pallescentibus Tourn.; — β. e caer. virescentibus T.; — γ. partim luteis partim violaceis Tourn.; — δ. *M.* legit. Clus., sat. Moris., Bauh. Lob. II. [in *H. ups.*] ec., *Medica* Caes. syst. 243. Dod. pempt. 575.; — ε. *M.* maj. er. fl. luteis T.; — ζ. violaceis T.; — η. ex viol. et luteo mixtis T.; — *l. nat.* in pratis montosis et campis patentibus inter seg., juxta vias, lapides et agros

in solo argilloso praecip. per Succ., Germ., Anz., Pann., Gall. — *Obs.*: „Rad. 2. Canis, rami, flores et foliola erectiss., glabra. Legum. compressa, laevia, intorta (magis vel minus). Fl. laxo spicati in cap. subrotundum; singulis proprio pedicello longit. calycis insidentibus. Fulera petiolorum integra sunt.“

517. *M. falcata Sp. I.*: *M.* pedunc. racemosis, legum. lunatis, caule prostrato. Fl. succ. I. n. 620. II. 677. Dalib. paris. 229. *Sp. I-S. XII. n. 6.* — *Oed. dan.* 233. (*S. III.*) — Trifolium sylvestere luteum, siliqua cornuta. Bauh. pin. 330. *Medica flavo flore.* Clus. hist. 2. p. 243. Habitat in Europae pratis apricis, siccis. ☉

[*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. (excl. Dalib.) vul. et *M.* sylvestris, fl. caeris Bauh. hist. 2. p. 383. (et Tourn. inst. 410., in *id. I.*)

Obs. De hujus usu oec. cf. *Act. holm.* 1742. p. 191.

518. *M. lupulina Sp. I.*: *M.* spicis ovalibus, legum. reniformibus monospermis, caule procumbente. Fl. succ. I. n. 621. II. 678. Dalib. paris. 251. *Sp. I-S. XII. n. 7.* — Trifolium legum. spicatis renif. nudis Ispermis, caule procumbente. H. cliff. p. 375. n. 19. Roy. lugdb. 380. — *Gron. virg. II.* 110. (*Sp. II.*) — Trif. pratense luteum, capit. brevior. Bauh. pin. 328. Tr. prat. luteum Fuchs. hist. 819. — Habitat in Europae pratis. ☉

[*Sp. I. II.*]

„Legum. striato-rugosa, pills rigidis subhispidis.“ *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c., Bauh. hist. 2. p. 380., Melil. lutea minima hirsuta procumb. etc. Moris. hist. 2. p. 162. s. 2. t. 16. f. 8., Mel. capsulis reni similibus in capit. coegestis. Tourn. inst. 407. Boerh. lugdb. 2. p. 29., Melil. minor Raj. hist. 952., Med. pratensis lutea, rad. perenni etc. Pluk. alm. 243.; *l. nat. special.*
Fl. S. syn. *C.* Bauh. Fuchs. II. ec., Melil. minima Riv. tetr. 8. (et Tourn. l. c. in *ed. I.*) — *Medica* pratensis lutea, rad. perenni, fr. racemoso nigro. Pluk. alm. 243., in *ed. II.*

519. *M. marina Sp. I.*: *M.* pedunc. racemosis, legum. cochleatis spinosis, caule procumbente tomentoso. H. cliff. p. 378. n. 10. (*t. c.*) Roy. lugdb. 351. Sauv. monsp. 186. *Sp. I-S. XII. n. 8.* — *Gron. orient.* 230. (*Sp. II.*) — *M. incana Riv. tetr.* 205. (*Mant. II. sq.*) — Trifolium cochleatum maritimum tomentosum Bauh. pin. 329. *Medica marina* Clus. hist. 2. p. 243. Habitat in maris mediterranei litoribus. (☉) *Sp. II.*

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Clus. l. c. et Tourn. inst. 410., *M.* cochleata polycarpus, caps. spin. minore, perennis incana marit. Mor. hist. 2. p. 154. s. 2. t. 15. f. 15., Tr. cochl. marinum etc. Bauh. hist. 2. p. 378., *C.* Bauh. l. c.; — *l. nat. id.*, freq. — *Obs.*: „Rad. 2. Caulis procumb., alternatim secundum folia inflexus, totus cum foliis, petiolis, pedunculis villosus. Foliola integerr. Legum. subrotunda, spiris incumbentibus, margine spinosis, villosa. Spicae florum subrotundae. Fulera petiolorum integra sunt.“

520. *M. polymorpha Sp. I.*: *M.* legum. cochleatis, stipulis dentatis, caule diffuso. H. cliff. p. 378. n. 11. H. ups. p. 230. n. 2. Roy. lugdb. 381. Dalib. paris. 230. *Sp. I-S. XII. n. 9.* Trifolium cochleatum, fructu nigro hispido. Bauh. pin. 329. — [*Jar. α-ξ. vid. infra. R.*] — Habitat in Europa australi. ☉

[*Sp. I. p.* 779. et *Add., II. p.* 1097. 99.]

„Varietates hujus numerosae vix limites admittunt. In cochleis hic provocavit polymorpha natura florum in certamen cum Fauna.“ *Sp. II.* — „Polymorpha haec species, Canis iustar. prodixit numerosas varr., quamvis non in eadem regione proveniant.“ *Mant. II. p.* 455.

H. ups. syn. Bauh. l. c., *M.* cochleata etc. Moris. hist. 2. p. 144. s. 2. t. 15. f. 1-21., Trif. cochl. alterum Dod. pempt. 575.; — *varr. 4.* α. *M.* scutellata J. B. [c. β. *Sp. I.*], β. *M.* orbiculata J. B. [c. α. *Sp. I.*], γ. *M.* cochl. polycarpus [etc. c. α. *H. cliff.*] Raj., ε. *M.* ternata minor [etc. v. δ. *H. cliff.*] Park.; — *l. nat. ut H. cliff.*

H. cliff. varr. undecim: α. *M.* cochl. polycarpus, fr. ovali, spinis brevioribus et rigidiorib. Raj. hist. 963., — β. *M.* cochl. polyc., fr. minore compresso ad marg. leviter echinato. Boerh. lugdb. 2. p. 36., — γ. *M.* echin. glabra cum (et sine) maculis nigric. Bauh. hist. 2. p. 384., — δ. *M.* cochl. minor polyc., annua, caps. nigra hispidiore. Moris. p. 144., Tr. cochl., fr. nigro hisp. Bauh. pin. 329., T. cochl. alterum Dod. pempt. 575., — ε. caps. compr. orbic. rugosa alba Moris. p. 152., — ζ. spinis capsulam

arete involventibus, fr. compresso. Boerh. p. 36. — η , capsula s. spinis longioribus sursum et deors. tendentib. Moris. p. 153. — ϕ . M. tornata minor laevis Park. theatr. 1116. — α . cum syn. Jo. Bauh. Mor. ad β . Sp. I. cc. — κ . cum syn. Jo. Bauh. Mor. ad α . Sp. I. cc. — λ . cum syn. Breyn. ad ν . Sp. I. c.; — ι . nat. inter seg. et ad agrorum marg., in arenosis Ital. et Sic., rarius in Angl. Gall. — Obs.: „Variat magnitudine totius pl., fructus copia, figura, spinis; cujus varr. si quis desideret, adeat Rajum hist. 961, et Moris. hist. 2, s. 2, t. 15, f. 1-14, 17-21. Sed quis omnes recensere queat, ubi natura varietate ludere et sese oblectare gestiat! Communis nota seu diff. specifica consistit in rad. annua, caule lvi diffuso, pedunc. communibus, legum. spiritaliter cochleatis, fulcris petiolorum dentatis.“

Obs. Textum Sp. I. II. sq. ob var. copiosos dividimus. R.

Var. α . orbicularis Sp. I. II.: M. legum. solitarii cochleatis compressis planis, stipulis ciliatis, caule diffuso. Sauv. monsp. 186. Sp. I-S. XIII. var. α . — **M. pedunc. 1floris aristatis, legum. cochl. compressis rugosis nudis.** Ger. prov. 516. (Mant. II. sq.) — Medica major dicarpis, caps. compressa orbiculata nigra plana oris crispis. Moris. hist. 2. p. 152. s. 2. t. 15. f. 1. Medica orbiculata Bauh. hist. 2. p. 384. Raj. hist. 961. (Sp. II.) — Trif. cochl. s. scutellatum, folio latiore, fractu minuto obtuso. Bauh. pin. 329. prodr. 140. [Sp. I. II.]

„Fructus solitarius, lentiformis, anfractibus inermibus planis. Pedunc. aristati. Stipulae ciliatae.“ Sp. II.

Var. β . scutellata Sp. I. II.: Medica cochleata major dicarpis, caps. rotunda globosa scutellata. Moris. hist. 2. p. 152. s. 2. t. 15. f. 4. Sp. I-S. XIII. var. β . — **M. pedunc. multifloris, legum. cochl. glob. inermibus nudis.** Ger. prov. 516. (Mant. II. sq.) — Medica scutellata Bauh. hist. 3. p. 384. Trif. cochl. fructu latiore. Bauh. pin. 329. [Sp. I. II.]

„Fructus solitarius, hemisphaericus: anfractibus inermibus concavis. Pedunc. aristati. Stipulae dentatae.“ Sp. II.

Var. γ . tornata Sp. I. II.: Medica tornata major et minor lenis. Park. theatr. 1116. Sp. I-S. XIII. var. γ . — **M. legum. cochleatis nudis cylindricis apice basique planius.** Ger. prov. 517. (Mant. II. sq.) — **Moris. hist. 2. s. 2. t. 15. f. 11. (Sp. II.)**

„Fructus plures, subcylindrici: anfractibus inermibus planis. Stipulae dentatae.“ Sp. II.

Var. δ . turbinata Sp. I. II.: M. fructu turbinato. Sauv. monsp. 187. Sp. I-S. XIII. var. δ . — **M. legum. cochl. in rmbus subcylindricis: extremitatibus complanatis.** Gouan. monsp. 203. (Mant. II. sq.) — Medica dicarpis, fructus capsula turbinata rugosa. Moris. hist. 2. p. 153. Medica magna turbinata Bauh. hist. 2. p. 385. Trif. cochl. turbinatum, fructu compresso oblongo. Bauh. pin. 329. [Sp. I. II.]

Var. ϵ . intertextata Sp. I. II.: Medica cochleata spinosa major dicarpis, capsula s. spinis longioribus sursum et deorsum tendentibus. Moris. hist. 1. p. 153. s. 2. t. 15. f. 8. 9. 7. Sp. I-S. XIII. var. ϵ . — **M. ped. unifloris, leg. cochleatis sphaericis, spinis longioribus divaricatis recurvis.** Ger. 518. (Mant. II. sq.) — **Medica echinata spinosa, echinis magnis utrinque turbinatis cum spinulis reflexis.** Raj. hist. 962. (Sp. II.)

„Fructus 2 s. 4, uvati: anfractibus spinis setaceis reflexis. Stipulae dentatae.“ Sp. II.

Var. ζ . muricata Sp. (I.) II.: Medica cochl. dicarpis, caps. spinosa rotunda minore. Moris. hist. 2. p. 153. s. 2. t. 15. f. 11. Sp. I. S. X. XII. XIII. var. μ , Sp. II. M. II. var. ζ . — **M. ped. multifloris, leg. cochleatis subrotundis spinosis incanis, fol. villosis.** Ger. prov. 516. (Mant. II. sq.)

Var. η . arabica Sp. (I.) II.: Medica cochl. minor polycarpis annua, caps. majore alba, fol. cordato macula fusca. Moris. hist. 2. p. 144. s. 2. t. 15. f. 17. Sp. I. S. X. XII. XIII. var. ζ , Sp. II. M. II. var. η . — **M. ped. subtrifloris, leg. echinatis obcordatis.** Gouan. (Mant. II. sq.) — Medica arabica Cam. hort. 97. t. 27. Trif. cochl. folio maculato cordato. Bauh. pin. 329. [Sp. I. II.]

„Fructus bini, subtus plani, supra angustiores: anfractibus planis: spinis biloribus exstantibus apice curvatis. Stipulae ciliatae.“ Sp. II. — „Fructus spinae longe divergentes. Macula basi sanguinea lanceolata (S. XIII.) folii, in florente disparens.“ Mant. II. p. 454. „Flores 4 s. 5.“ S. XIII.

Var. θ . coronata Sp. (I.) II.: M. fructu minimo, coronulam utrinque dentatam referente. Sauv. monsp. 187. Sp. I. S. X. XII. XIII. var. η , Sp. II. M. II. var. θ . — **Medicago cochleata polycarpis annua, capsula minima coronata.** Moris. hist. 2. p. 155. s. 25. t. 25. f. 21. Medica coronata cherleri parva Bauh. hist. 2. p. 386. Trifolium folio obtuso, folliculis coronatis. Bauh. pin. 329. prodr. 141. n. 13. [Sp. I. II.]

„M. pedunc. subbiloris, leg. compressis spinosis, stipulis subulatis integerrimis. Gou. monsp. 204. M. ped. multifloris, leg. cochleatis compressis spinulis oppositis. Ger. prov. 517. — Flores minimi; legumina spinis brevioribus erectiusculis. Gou.“ Mant. II. p. 454. S. XIII.

Var. ι . rigidula Sp. (I.) II.: M. triphylla, legum. cochl. (ϕ . Sp. II.) spinosis, foliolis inferioribus cuneif. retusis, super. subrotundis. Dalib. paris. 231. Sp. I. S. X. XII. XIII. var. κ , Sp. II. M. II. var. ι . — **M. ped. multifloris, leg. cochleatis intese aculeatis.** Ger. prov. 518. (Mant. II. sq.) — **M. hirsuta, echinis rigidioribus.** Bauh. hist. 2. p. 385. Trifolium fructu compresso spinis horrido. Bauh. pin. 329. [Sp. I. II.]

Var. κ . ciliaris Sp. (I.) II.: M. legum. congestis globosis hispidis, stipulis ciliatis. Sauv. monsp. 186. Sp. I. S. X. XII. XIII. var. θ , Sp. II. M. II. var. κ . — **Medica annua, fructu ciliari.** Tournef. inst. 410. Trifolium fructu cochleato ciliari. Magn. monsp. 269. [Sp. I. II.]

„M. ped. multifloris, leg. congestis globosis hispidis, stipulis ciliatis. Gou. monsp. 204., M. ped. multfl., leg. cochleatis ciliatis. Ger. prov. 519., Medica cochleata polycarpis, caps. spinosa minore, perennis ciliaris. Moris. hist. 2. p. 154., Medica ciliaris guilandini Raj. hist. 963.“ Mant. II. p. 454. (ϕ . S. XIII.)

„Fructus plures ovales: anfractibus spinis rectiusculis villosis. Stipulae ciliatae.“ Sp. II.

Var. λ . hirsuta Sp. (I.) II.: M. legum. solitarii globosis brevissime echinatis, stipulis serratis. Sauv. monsp. 186. Sp. I. S. X-XIII. var. ι , Sp. II. M. II. var. λ . — **M. ped. multifloris, leg. cochleatis, spinulis hamatis, stipulis integris.** Ger. prov. 518. (Mant. II. sq.) — **Medica echinata hirsuta** Bauh. hist. 2. p. 386. Trif. echinatum arvense Bauh. pin. 329. [Sp. I. II.]

Var. μ . minima Sp. (I.) II.: M. legum. cochleatis aculeis uncinatis alternis externe donatis, stipulis integris. Guett. stamp. 249. Dalib. paris. 230. Sp. I. S. X-XIII. var. λ , Sp. II. M. II. var. μ . — **Oed. dan. 211. (S. XIII.) — M. leg. cochleatis subternatis, spinulis uncinatis, stipulis integris.** Gou. monsp. 204. (Mant. II. sq.) — **Medica echinata minima** Bauh. hist. 2. p. 386. Trif. echinatum, fructu minore Bauh. pin. 330. [Sp. I. II.]

„Fructus plures, vix semine Orobi majores: anfractibus hispidis: spinis lateraliter recurvatis. Stipulae integrae.“ Sp. II.

Var. ν . laciniata Sp. I. II.: M. fructu echinato, fol. linearibus dentatis. Sauv. monsp. 187. Sp. I-S. XIII. var. ν . — **Gouan. monsp. 400. descr. M. legum. cochleatis spinosis, stipulis contortis, fol. oblongis duplicato-serratis.** Gron. orient. 95. (Sp. II.) — **Medicago syriaca Riv. tetr. 205. M. syriaca dicarpis laciniata foliis et fructu spinosis.** Pluk. atm. 245. Trifolium echinato capite **Dodart. mem. 1. p. 123. (Mant. II. sq.) — Trifolium fructu echinato, fol. eleganter dissectis.** Magn. monsp. 271. t. 270. Trif. cochleatum spinosum syriacum, foliis laciniatis. Breyn. cent. 81. t. 34. [Sp. I. II.]

„Foliola linearia, laciniata. Stipulae ciliatae.“ Sp. II. — „Folia quasi Trigonellae laciniatae, foliis quasi margine exesio a Larva. Foliola oblonga, emarginata et dentibus utrinque 2 longioribus pinnatifida. Pedunc. aristati, sub-2flori, foliis breviores. Legum. spinosa.“ Mant. II. p. 455.

Var. ξ . nigra Mant. II.: M. ped. paucifloris, leg. cochleatis hamulis longitudine leguminum. Ger. 518. Me-

dica cochleata polycarpus annua, capsula nigra hispidiore. Moris. hist. 2. p. 154. s. 2. t. 15. f. 19.

[M. II. p. 454. S. XIII.]

5721. [Sp. omitta.] „M. floribus foliolo proli-feris. Pl. erat caule procumb.; ramis alternis, diffusis glabris. Fol. ternata; foliolis ovatis, serratis, glabris: lateral. in petiolo sessilibus, intermedio vero remoto. Stipulae petiolorum acuminatae integrae, non dentatae. Pedunc. ex alis setacei, divisi saepius in ramos. Fl. lutei,

dehiscentes petalis. Cal. Iphyllus 5dentat. Stam. et omnia perfecta, ut loco pistilli enasebatur foliolium, foliolo ipsius plantae simill., ovatum, glabrum, serratum, pedic. minutissimo insidens, flore octies majus, viride, decidente cor. et tabescente calyce persistens diu, tandem rubescens. — Crescendi locum ignoro, eandem legi 1736. in Horto chels. apud cl. Mill. — Cum stipulae in hac integrae sint nec serratae, a praec. [n. 5720.] videtur valde diversa.” H. cliff. p. 378. n. 12.

Obs. Monstrositas M. minima? R.

CLASSIS XVIII. POLYADELPHIA.

POLYADELPHIAE CHARACTER ARTIFICIALIS: Filamenta staminum inferne coalita sunt inter se, in plura semper, quam duo, corpora. [G. I. p. 230. — Simil. S. I.]

ORD. I. PENTANDRIA *).

CMLXXVII. *Theobroma*: Cal. 3phyllus. Cor. 5petala, nectariis 5. Stam. 5: antheris 3. Pistill. unum (tria S. XIII.).

ORD. II. DODECANDRIA.

CMLXXVIII. *Monsonia* (♀. S. X.): Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Stam. 5: antheris 3. Pistill. 5fidum.

ORD. III. ICOSANDRIA.

CMLXXIX. *Citrus*: Cal. 5dentatus. Cor. 5petala. Stam. 20 in cylindrum passim connata. Pistillum 1. Bacca locularis pulpa vesiculari.

ORD. IV. POLYANDRIA.

CMLXXXIII. *Melaleuca*: Cal. 5partitus, superus. Cor. 5petala. Caps. semivestita calyceae baccato.

CMLXXXII. *Hopsea* (♀. S. X.): Cal. 5fidus, superus. Cor. 5petala. Drupa nucleo 3loculari.

CMLXXXII. *Durio* (S. XIII.): Cal. 5fidus, urecolatus, inferus. Cor. 5petala, parva. Stylus 1. Stam. phalanges 5 ex septem. Pomum 5loculare.

CMLXXX. *Glabraria* (S. XIII.): Cal. 5fidus, inferus. Cor. 5petala. Stylus 1. Stam. phalanges 5 ex senis. Drupa.

CMLXXXI. *Münchhausia* (S. XIII.): Cal. inferus, sexfidus. Cor. 6petala, Caps. 6locularis.

CMLXXXVI. *Symplocos*: Cal. 5fidus, inferus. Cor. 5petala. Stam. 4plici serie corollae adnata (S. XIII.).

— Fructus ignotus. Cal. 5fidus. Stamina petalis inserta. S. XII. p. 355. (sub class. XIII. 1.)

CMLXXXVI. *Hypericum*: Cal. 5partitus, inferus (♀. S. X.). Cor. 6petala. Styli 1, 3 s. 5. Caps. locularis.

CMLXXXVII. *Ascyrum*: Cal. 2phyllus, inferus (♀. S. X.). Cor. 4petala. Styli 2. Caps. 2valvis.

ORDO I. PENTANDRIA.

CMLXXXVII. **THEOBROMA** G. I. app.: Cal. 3phyllus. Petala 5, fornicata, bicornia. Nectarium 5phyllum, regulare. Stam. nectario innata, singulo antheris 5. S. II. n. 734, X. n. 806, XII. 900.

THEOBROMA. Guazuma Plum. IS. Cacao Tournef. 444. — **CAL.** Perianth. 3phyllum, reflexo-patens: foliolis ovatis, concavis, deciduis. — **COR.** Petala 5, gibba, 5nervia (G. VI.), erecto-patentia (G. I-V.), concavo-galeata: singula seta bifida cornuta. — Nectarium campanulatum, erecto-patens, petalis minus; constans foliolis 5, ovato-lanceolatis, connexis. — **STAM.** Filam. subulata, longit. nectarii, cui radiorum instar innata: singula apice 5fida. Antheris in singulo stamine quinque, tectis

petali fornice. — **PIST.** Germen subovatum. Stylus subulatus, longit. nectarii. Stigma simplex. — **PEN.** Cortex lignosus, inaequalis, 5fariam exasperatus, interne 5fariam semina ferens. — **SEM.** plurima, carnosae, subovata.

[* G. I. app. p. 351. n. 881, II. n. 734, F. 806, VI. 900.]

„Cacao T. gaudet fructu oblongo, 5angulari, utrinque producto, Guazuma Pl. fructu subgloboso, undique tuberculis scabro, cortice perforato cribriformi, 5loculari;” G. I-VI. n. m. „in genere proprio designanda?” G. V. nec rel.

Obs. Cf. de his et de clar. gen. Prael. ed. Gis. p. 456-7.

— De nom. gen. cf. H. cliff.

5722. **Th. Cacao Sp. I.:** Th. fol. integerrimis. H. cliff. p. 379. n. 1. Mat. med. n. 364. Sp. I-S. XII. n. 1. Cacao Clus. exot. 55. Sloan. jam. 134. hist. 2. p. 15. t. 160. Mer. surin. 26. t. 26. (et 63. Sp. II.) Geoffr. mat. 409.

* Obs. Conspectus hic comenit (a. a.) in S. X. XII. XIII. — Ordines iidem sunt (excl. 2do) in G. I-S. XII. — Sed in S. I. hoc loco tantum genus *Lasianthi* (*Gordonia* M. II., cf. n. CMLXXXVIII.) extat, reliquis ad cl. XII. et XIII. detegatis.

Catesb. car. 3. p. 6. t. 6. Arbor cacavifera americana etc. Pluk. alm. 40. t. 268. f. 3. Amygdalis similis guatimalensis. Bauh. pin. 442. Habitat in America meridionali, Antillis. *Sp. I. II.*

Mut. med. syn. Arbor cacavi cacavifera Her. mex. 79., *l. nat.* Am. mer. ulig. — *H. cliff. syn.* Clus. Sloan. Mer. (t. 26.) II. ec. et Raj. hist. 1670. Tourn. inst. 660., Cacava qualivult etc. Her. mex. 79., Pluk. Bauh. II. ec.; — *l. nat.* in II. uliginosis pinguibus riguis in Amer. calidiori. — *Obs.*: „Fl. a nullo bene depicti, multo minus descripti sunt; quantum autem ex sicco specim., quod ill. Sloane mihi inspicendi copiam fecit, videbatur structura exacte sequentis ab aliis in universum omnibus diversiss., quam ob causam et sequentem genere conjungi, licet fructus differat.”

Obs. Am. n. c. 7. p. 256. sq. de hac uberius agitur in Diss. de potu Chocolatae.

„Th. Cacao. Cacaobom. Cal. 5phyllus lanceolatus. Petala 5, fornicata, obovata, petiolata, lacinia terminali patula. Stam. fertilia, solitaria, sub sing. petalo interne; anthera 4plici. Stam. alia 5, alterna, gemini adpressa, castrata. Germen superum. Stylus simplex.” *Pl. surin. n. 104. in Am. ac. 8. p. 261.*

Plura forte ad hanc classem amandari possent genera, dum plures liceat examinare vivos flores, ex gr.: *Hlex* (Miller, Gerard), *Aesculus* (Koyen), *Laurus* (Miller), *Rhamnus*, *Mammea*, *Catophyllum*, *Rhus* (Jacquin).

[G. VI. l. c.]

ORDO I. MONOECIA.

- MCCLII. *Musa*: Hermaph.: Cal. nullus. Cor. 2petala. Stam. 6: unum fertile. Pist. 1. Bacca infera.
Mas: Cal. nullus. Cor. 2petala. Stam. 6: 5 perfecta. Pist. 1. Bacca nulla.
- MCCLIA. *Holcus*: Hermaph.: Glum. 1flora. Glum. 2valv. Stam. 3. Styl. 2. Sem. 1. Mas: Glum. 1flor. Glum. 2valv. Stam. 3.
- MCCLXIII. *Cenchrus*: Hermaph. Glum. 2flor. Glum. 2- (3-S. X.) valvis. Stam. 3. Styl. 2fidus. Sem. 1. Mas: involucri, idem. Glum. 2valv. Stam. 3.
- MCCLXII. *Ischaemum*: Hermaph.: Glum. 2flor. Glum. 2valv. Stam. 3. Styl. 2. Sem. 1. Mas: Glum. eadem. Glum. 2valv. Stam. 3.
- MCCLXI. *Manisuris*: (S. XIII.): Hermaph.: Glum. 1flora. Cor. 2valvis. Stam. 3. Stylus bifidus. Mas: Glum. 1flora. Cor. 2valvis. Stam. 3. *Calvulae calycis omnes emarginatae apice lateribusque.*
- MCCLXIV. *Aegilops*: Hermaph.: Glum. 3flor. Glum. 3arist. Stam. 3. Styl. 2. Sem. 1. Mas: Glum. 3flor. Glum. 3arist. Stam. 3.
- MCCLXIII. *Spinifer* (S. VIII.): Hermaph.: Gluma 2flor. Gluma 2valvis. Stam. 3. Styl. 2. Mas: Gluma communis. Gl. 2valvis. Stam. 3. *Calvulae omnes calyci parallelae (Lolii).*
- MCCLIX. *Andropogon*: Hermaph.: Glum. 1flor. Glum. basi arist. Stam. 3. Styl. 2. Sem. 1. Mas: Glum. 1flor. Glum. basi arist. Stam. 3.
- MCCLXI. *Apluda*: Hermaph.: Cal. Gluma communis flosculo femineo sessili; masculis pedunculatis. — Fem.: Cal. 0. Gluma 2valv. Styl. 1. Sem. 1. — Mas: Cal. 0. Glum. 2valv. Stam. 3.
- MCCLXVII. *Valantia*: Hermaph.: Cal. nullus. Cor. 4partita. Stam. 4. Styl. 2fidus. Sem. 1. — Mas: Cal. nullus. Cor. 3-s. 4part. Stam. 3 s. 4.
- MCCLXXII. *Ophiorhizon*: Hermaph.: Cal. 5fidus. Cor. 5fida. Stam. tria (5. S. X.) Pist. 1. — Mas: Cal. 2fidus. Cor. 5fida. Stam. 2.
- MCCLXXV. *Celtis*: Hermaph.: Cal. 5partitus. Cor. nulla. Stam. 5. Styl. 2. Drupa. — Mas: Cal. 6partitus. Cor. nulla. Stam. 6.
- MCCLXII. *Veratrum*: Hermaph.: Cal. nullus. Cor. 6petala. Stam. 6. Pist. 3. Caps. 3. — Mas: Cal. nullus. Cor. 6petala. Stam. 6.
- MCCLXXIII. *Fusinus* (S. XIII.): Hermaphr.: Cal. 4fidus. Cor. 0. Stam. 4. Germ. inferum. Stigm. 4. — Hermaphr.: Cal. Cor. Stam. Pist. Maris. Drupailocularis.
- MCCLXXIV. *Acer*: Hermaphr.: Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Stam. 8. Styl. 2. Caps. 2coeca alata. — Mas: Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Stam. 8.
- MCCLXXVI. *Gouania* (♀. S. X.): Hermaphr.: Cal. 5fidus, superus. Cor. 0. Stam. 5. Styl. 3fidus. Fructus 3quetor, 3partibilis. — Mas: Cal. 5fidus. Cor. 0. Stam. 5.
- MCCLXXVII. *Solandra*: Hermaph.: Cal. proprius nullus. Cor. 6petala. Stam. 6. Styl. 2. Caps. infra dicocca. Mas: Cal. proprii nulli. Cor. 5petala. Stam. 5. (S. XIII.) — [Mas involucri communi. Petala 5 (6. S. X.). Fem. invol. eodem. Petala 6. Styl. 2. Caps. infera, dicocca. S. XII. p. 608. sub cl. XXI. ord. 5., et S. X. p. 1255. (t. c.) sub cl. XXI. 6.]
- MCCLXXIX. *Mimosa*: Hermaph.: Cal. 5dentatus. Cor. 5fida. Stamina 4-100. Pist. 1. Legumen. — Mas: Cal. 5dent. Cor. 5fida. Stamina 4-100.
- MCCLXX. *Brabeium*: Hermaph.: Amenti Cor. 4partita. Stam. 4. Stylus 2fidus. Drupa nucleo caroso globoso. Hermaphr.: Amenti Cor. 4partita. Stam. 4. Stylus 2fidus, abortiens. (S. XIII.) — [Cor. 4petala. Drupa sicca. Nux ovata. S. X. p. 885. et XII. 108. sub cl. II. I.]
- MCCLXXIX. *Terminalia*: Hermaphr.: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 10. Drupa infera. — Mas: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 10.
- MCCLXXI. *Clusia*: Hermaphr.: Cal. 6phyllus. Cor. 4-s. 6-(5-S. X.) petala. Antherae aggreg. Stigm. 6, seu 4 (♀. S. X.). Caps. bloc., polysperma (♀. S. X.). — Mas: Cal. 4-seu (♀. S. X.) 6phyll. Cor. 6-(5-S. X.) petala. Stam. pl.
- MCCLXXVIII. *Hermas* (S. XIII.): Hermaphr.: Umbella floris. Cor. 5petala. Stam. 5, sterilia. — Mas: Umbella florum. Cor. 5petala. Stam. 5, fertilia. Styl. 2. Sem. 2, infera, suborbiculata.
- MCCLXXVII. *Parietaria*: Hermaphr.: Cal. 4fidus. Cor. nulla. Stam. 4. Styl. 1. Sem. 1. — Fem. Cal. 4fidus. Cor. nulla. Styl. 1. Sem. 1.
- MCCLXXVIII. *Atriplex*: Hermaphr. Cal. 5phyllus. Cor. nulla. Stam. 5. Styl. 2fidus. Sem. 1. — Fem. Cal. 2phyllus. Cor. nulla. Styl. 1fidus. Sem. 1.
- Anom. *Aesculus*, *Mammea*, *Jacq.*; *Euphorbia*, *Melothria* (S. XII, XIII.). — *Hlex*. (S. XIII.) — *Poterium* (*Aeth.* ser., S. II.).

Obs. *Practerea huc Dalechampia in S. X.*

ORDO II. DIOECIA.

- MCCLXXXVIII. *Panax*: Hermaph.: Umbell. Cal. 5dentatus. Cor. 5petala. Stam. 5. Styl. 2. Bacc. 2-sperma. — Mas: Umbell. Cal. integ. Cor. 5petala. Stam. 5.
- MCCLXXXVII. *Diospyros*: Hermaphr.: Cal. 4fidus. Cor. 4fida. Stam. 8. Styl. 4fidus. Bacca 8sperma. — Mas: Cal. 4fidus. Cor. 4fida. Stam. 8.
- MCCLXXXIX. *Chrysitrix* (S. XIII.): Hermaphr.: Gluma 2valvis. Cor. paleae numerosae. Stam. multa, mixta paleis. Pist. 1. — Mas: Glum. 2valvis. Cor. paleae numerosae. Stam. multa mixta paleis.

- MCCLXXXVII. Stilbe** (S. XIII.): *Hermaph.*: Cal. exter. 3phyllus, interior 5dentatus, cartilagineus. Cor. 5fida. Stam. 4. Styl. 1. Sem. 1. — *Mas*: Cal. exter. 3phyllus; interior nullus. Cor. 5fida. Stam. 4.
- MCCLXXXVIII. Nyssa**: *Hermaph.*: Cal. 5partitus. Cor. nulla. Stam. 5. Pist. 1. Drupa infera. — *Mas*: Cal. 5partitus. Cor. nulla. Stam. 10. Pist. 1. Sem. 1. — *Fem.*: Cal. 0, s. 4part. Cor. 0, s. 4petala. Pist. 1. Sem. 1.
- MCCLXXXIX. Anthospermum**: A. *Mas*: Cal. 4fidus. Cor. nulla. Stam. 4. *Fem.*: Cal. 4fidus. Cor. nulla. Styl. 2. Peric. inferum. — B. *Mas*: Cal. 4fid. Cor. nulla. Stam. 4.
- MCCLXXXVI. Arctopus**: A. *Mas*: Umbella. Cor. 5petala. Stam. 5. *Hermaph.*: Umb. ejusdem. Cor. 5petala. Styl. 2. Sem. 1, biloculare. — B. *Mas*: Invol. maximum. Cor. 5petala. Stam. 5.
- MCCLXXX. Gleditsia**: A. *Hermaph.*: Cal. 4fidus. Cor. 4petala. Stam. 6. Pist. 1. Legomen *Mas*: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Stam. 6. — B. *Fem.*: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Pist. 1. Legumen.
- MCCLXXXI. H. Pisonia**: A. *Hermaph.*: Cal. nullus. Cor. 5fida. Stam. 6. Pist. 1. Caps. 5valvis. — B. *Mas*: Cal. nullus. Cor. 5fida. Stam. 6. *Fem.*: Cal. nullus. Cor. 5fida. Pist. 1. Caps. 5valvis.
- Anom.* Ilex Aquifolium, Rhamnus Alaternus, Guilandina, (S. XII. XIII.) — *Rhus*. (*Meth. sex. S. II.*)

ORDO III. TRIOECIA.

- MCCAC. Ceratonia**: A. *Hermaph.*: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 5. Styl. 1. Legum. coriaceum, polyspermum. — B. *Mas*: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 5. *Fem.*: Cal. sub-5dent. Cor. 0. Stylus 1. Legum. coriaceum, polyspermum. — [*Mas*: Cal. 5part. Cor. 0. *Fem.*: Cal. 5dent. Cor. 0. Pist. 1. Legumen. S. A. p. 1282, sub cl. XVII. ord. 5.]
- MCCXCI. Ficus**: Recept. commune turbinatum, connivente-clausum, carnosum. A. *Fem.*: Cal. 5partitus. Cor. 0. Pist. 1. Sem. 1. — B. *Mas*: Cal. 3partitus. Cor. 0. Stam. 3. — C. *Mas* et *Fem.* intra idem Receptaculum commune, distinctis fructificationibus partialibus.

Obs. *Conspectus hic praeter notata communis est S. X, XII, et XIII. — Ordo III. „Polyoecia“ inscriptus in Sp. I. II. S. X.*

ORDO I. MONOECIA.

MCCLVI. MUSA *Mus. cliff.*: **HERMAPHRODITUS**: Cal. spatha. Cor. 2petala; altero erecto, 5dentato; altero nectarifero, concavo, brevior. Filamenta 6, horum 5 perfecta. Stylus 1. Germen inferum, abortiens. **HERMAPHRODITA**: Calyx, Corolla, Filamenta, Pistillum hermaphroditum, filamento unico perfecto. Bacca oblonga, 3quetra, infera. S. II. n. 922. et X. 1010. (l. c.), *III. XIII.* 1141.

Musa *Mus. cliff.* 2. Plum. 34. *Garc. A. A.* 415. t. 2. *Bihai* Plum. 3. — 1°. **HERMAPHRODITI FEMINEI FLORES plures versus basin spadiceis simplicibus, spathis alternis distincti** (♂. *G. I.*): **CAL.** Spatha partialis, ovato-oblonga, plano-concava, caduca (♂. *G. I.*), magna, multiflora (♂. *G. I.*). — **COR.** inaequalis, ringens: petalo constituyente labium superius, nectario vero labium inferius. — **Petalum** erectum, ligulatum, truncatum, 5dentatum, basi antice connivens. — **Nectarium** monophyllum, cordatum, naviculare, compressum, acuminatum, extorsum patens, petalo brevius, intra sinum petali insertum. — **STAM.** Filam. sex, subulata, quorum 5 intra petalum, erecta, petalo dimidio breviora: sextum vero intra nectarium, patens, reliquis duplo longius. Anthera in filamento sexto linearis a medio ad apicem filamento adnata; reliquis nullae sunt Antherae. — **PIST.** Germen infra receptaculum floris, omnium maximum, obtuse triquetrum, longissimum. Stylus cylindraceus, erectus, longit. petali. Stigma capitatum, subrotundum, obsolete sexfidum. — **PER.** Bacca carnosae, corio octa, longissima, obsolete triquetra, pulpa trifariam, absque dissepimentis, divisa, ad utrumque apicem contracta, hinc gibba. — **SEM.** ---. — 2°. **HERMAPHRODITI MASCULI FLORES** in eodem Spadice, supra femineos flores, *spathis alternis plurimis multifloris distincti* (♂. *G. I.*): **CAL.** Spatha ut in femineo. — **COR.** Petalum ut in fem. — **Nectarium** ut in fem. — **STAM.** Filamenta ut in fem.; ad omnia aequalia, erecta. Anth. ut in fem., ad solum in quinque istis intra petalum positus filamentis; in sexto rarius ulla. — **PIST.** Germen ut in fem., at minus. Stylus et Stigma ut in fem., at minorae, obsoleteiorae. — **PER.** abortit. — **SEM.** ---. [*G. I.* n. 568. *II.* 922, *F.* 1010, *VI.* 1141. — *Radix* * *Musa cliff.* p. 14.]

„*Bihai* Pl. fructificationem imperfecte descriptam hujus generis esse docet facies, ut et proprietates generis.“ *G. I. F.* [*Obs.* Cf. *Heliconia*, n. CCCXII.]

Obs. Cf., praeter monogr. de *Musa* citatam, *Pract. ed. Gis. p.* 189-92.

7336. **M. paradisiaca** *Sp. I.*: *M. spadice* nutante, *Sp. I. n. 1.* (♂. *S. X.*), *flor. masculis persistentibus. Sp. II. S. XII. n. 1.*, *S. X. n. 1.* — *M. racemo simplicissimo. H. cliff. p.* 467. n. 1. *H. ups. p.* 301. n. 1. *Fl. zeyl. n.* 368. *Roy. lugdb. 10.* — *Hasselt. it.* 492. (*S. A. Sp. II.*) — *Grou. orient. 324.* (*Sp. II.*) — *M. cliffortiana* *Linnaeus* cl. 1. t. 1. *Trew. chrest. t.* 18-20. (*S. A. Sp. II.*) — *Musa* *Clus. exot.* 229. *Sterb. citr. t.* 4. *Rumph. amb. 5. p.* 125. t. 60. (*Sp. II.*) — *Ficus indica*, fructu racemoso, folio oblongo. *Bauh. pin.* 508. *Palma humilis*, longis latisque foliis. *Bauh. pin.* 107. — *Bata Rheed. mal. l. p.* 17. t. 12-14. (*Sp. II.*) — *Habitat in India. 2.* [*Sp. I. II.*]

„*Hybrida* planta matre *Bihai* [n. 1653.], patre ignoto.“ *Sp. II.*

H. ups. syn. (excl. Roy.) ut Sp. I., l. nat. *Ind. calidior. Fl. zeyl. syn. eud. et Bauv. itin.* 69. *Garc. act. angl.* 1730. n. 415. p. 381. t. 2. *M. arbor* *Bauh. hist. l. p.* 148. *Raj. hist.* 1374. *M. serapionis* etc. *Burm. zeyl.* 164. *Maus Alp. aeg.* 51. *Ficus* cujus foliis pro papyro utuntur toraeae. *Bauh. pin.* 49. *Arbor* fol. amplissimis, fructu cucumeris. *Bauh. pin.* 508. *Rheed. l. c.*, *Kehezhaha* *Herm. zeyl.* 70.

Obs. Cf. praeterca monogr. *Musa cliff.*, et addenda ad eandem in *II. cliff.* p. 467-8. *integra.*

7337. **M. sapientum** *S. A.*: *M. spadice* nutante (♂. *S. X.*), flor. masculis deciduis. *S. A. n. A.*, *Sp. II. S. XII. n. 1.* *M. sp. nutante*, fructu breviori oblongo. *Brown. jam.* 363. obtuse angulato. *Mill. dict.* 2. *M. caudice maculato*, fr. recto rotundo brevior odorato. *Sloan. jam.* 192. *hist.* 2. p. 147. *Trew. chrest. t.* 4. t. 21-23. (*S. A. Sp. II.*) — *Musae* affinis altera *Bauh. pin.* 560. *Ficus* *indica* racemosa, fol. venuste venosis, fr. minore. *Pluk. alu.* 145. *Habitat in Indiis. 2.* — *Planta etiam filia naturalis s. hybrida matris Bihai.* [*Sp. II.*]

7338. **M. Troglodytarum** *Sp. II.*: *M. spadice* erecto, spathis deciduis. *Sp. II. S. XII. n. 4.* *Musa uranoscopus* *Rumph. amb. 5. p.* 137. t. 61. — *Jar. β.*: *Musa XI.*, *Pissang Batu. Rumph. amb. 5. p.* 132. — *Habitat in Moluccis.* — *Haec gerit semina multa, ideoque ab autopsis fructificatio attente inquirenda.* [*Sp. II.*]

„*Fructus polyspermus est.*“ *S. XII. XIII.*

MCCCLVII. **VERATRUM** S. L.: HERMAPHROD.: Cal. 0. Cor. 6-petala. Stam. 6. Pist. 3. Caps. 3, polyspermae. MASC.: Cal. 0. Cor. 6-petala (partita S. II.). Stam. 6. Pist. rudimentum. S. II. n. 923, A. 1013, VII. 1144.

VERATRUM Tournef. 143. — P. HERMAPHRODITIS: CAL. nullus, nisi corollam aëreas. — COR. Petala sex, oblonga, lanceolata, margine tenuiora, serrata, persistentia. — STAM. Filam. 6, subulata, germina prominentia, apertus patentiora, corolla dimidio breviora. Anth. angulatae. — PIST. Germina 3, erecta, oblonga, desinentia in stylis sex manifestos, stigm. simplicibus, patulis. — PER. Caps. 3, oblongae, erectae, compressae, loculales, bivalves, introrsum dehiscentes. — SEM. plura, oblonga, altera extremitate obtusiora, compressa, tunicata (membranacea G. V. II.). — 2°. MASCULUS flos in eadem planta infra feminos: CAL. COR. STAM. ut in hermaphrod., — PIST. Rudimentum obsoletum, vanum.

[* G. L. n. 169, II. 923, I. 1013, VII. 1144, c. c.]

7539. **V. album** Sp. I.: V. racemo supradecomposito, cor. erectis. Sp. I. — S. XII. n. 1. V. caule ramoso. Mat. med. n. 471. — *Veratrum* H. cliff. p. 468. (excl. β.) — V. pedunculis corolla erecta patente brevioribus. Gmel. sib. I. p. 75. Helleborus albus, fl. subviridi. Bauh. pin. 186. Elleb. albus, exalbido fl. Clus. hist. I. p. 274. Habitat in Russiae, Sibiriae, Austriae, Helvetiae, Italiae, Graeciae montosis. 2°.

[Sp. I. II.]

Mat. med. syn. Bauh. L. c. (fl. viridi), I. nat. simil. II. cliff. varr. duos: α. V. fl. subviridi Tournef. inst. 272. Boerh. Lugdb. I. p. 236., Bauh. Clus. H. ec. et Moris. hist. 3. p. 455, s. 12. t. 4. f. 1. II. albus Bauh. hist. 3. p. 634., Helleborus s. Ver. album Dod. pempt. 381., Ell. albus (= um) Dalech. hist. 1632. Caes. syst. 580.; — var. β. fl. atrorubente Tournef., C. Bauh., Moris., II. ec. (cf. n. 7530.). — I. nat. α. in Graec. Ital. Helv. Pannon. et Austriae montibus, at β. in sylvis caeduis Unzariae.

7540. **V. nigrum** Sp. I.: V. racemo composito, cor. patentissimis. Sp. I. — S. XII. n. 2. V. pedunculis corolla patentissimam longioribus. Gmel. sib. I. p. 76. Helleborus albus, fl. atro-rubente. Bauh. pin. 186. Moris. hist. 3. p. 485. s. 12. t. 4. f. 1. Habitat in Hungariae, Sibiriae apricis siccis. 2° — Praecedenti maxime affine, diversum loco, colore, pedune, villosis, cor. patente nec erecta, racemo composito, nec subdiviso in paniculam. [Sp. I. II.]

7541. **V. luteum** Sp. I.: V. racemo simplicissimo, fol. sessilibus. Sp. I. — S. XII. n. 3. V. caule simpliciss. Gron. virg. I. 195 II. 158. *Diss. de Senega in Am. ac. 2. p. 134. (c. iisd. syn.) et Diss. chen. in Am. ac. 3. p. 12. t. 1. f. 2.* Reseda fol. lanceolatis, caule simpliciss. Gron. virg. I. 59. — Habitat in Virginia, Canada. — Rad. bulbosa, fol. radicalia plura, lato-lance., nervosa, firma, glabra. Caulis pedalis, simpliciss., fol. caulina nonnulla, inaequaliter posita, angusta, lance., sessil., nec ut in reliquis vaginantis, parva. Racemus terminalis, simpliciss., primum ovatus, demum longit. caulis, densus, flos. parvis flavis. [Sp. I. II.]

„Folia similitima Aletris farinosae et gerit sed latiora, in caule plura et saepius terna; cujus figuram, cum nullibi occurrat, sistimus in Tabula I. fig. 2.“ Am. ac. 3. p. 12.

MCCCLVIII. **SPINIFEX** Mant. II.: HERMAPH.: Cal. Gluma bivalvis, biflora: valvulis rhachiparallellis. Cor. bivalvis, mutica. Stam. 3. Styli 2. MASC.: Cal. communis cum Hermaphrodito. Cor. et Stam. similia. S. XIII. p. 757. n. 1333.

SPINIFEX. — Hermaphroditi et Masculi flores in eadem Gluma calycis. — CAL. Gluma bivalvis, biflora: valvulis rhachiparallellis, obtusis, convolutis, corolla brevioribus; flosculo altero hermaphrodito, altero masculo. — COR. Hermaphroditi Gluma bivalvis, calyce longior: valvulis lanceolatis, convolutis, interiore angustiore. Nectar. valvulis 2, linearibus, membranaceis, laxis, diaphanis, gluma brevioribus. Masculi Gluma ut in Hermaphrodito. — STAM. utrisque Filam. 3, linearia, medioeria, Anth. lineares, exsertae. — PIST. Hermaphroditi Germen oblongum, Styli 2, lineares, medioeres, Stigm. simplicia. — PER. Corolla immutata, adnascens. — SEM. oblongum. — REC. Spica disticha; flosculis parallellis. — OBS. Difert a Lolio calycis valvulis 2, a Tritico non transversis.

[* Mant. II. p. 163-4. n. 1333.]

7542. **S. squarrosus** Mant. II.: Arundo arborescens tabaxifera C. Bauh. Moris. hist. 3. p. 219. s. 8. t. 8. f. 11. Ily-mulla Rheed. mal. 12. p. 75. Raj suppl. 614. — Habitat in Indiae orientalis arenosis maritimis. 2° — Culmi maximi, crassitie digiti, glauci (at totum gramen), articulati, ad genicula acervis foliorum instructi, laeves, fere, fol. crumena, convoluta, recurvato-patentia, rigida, apice spinosa, palmaria: vaginis ampliatis, striatis, ligula lanata. Fasciculi 3 s. 4, terminales, et pluribus fasciculis compositi; propriis fasciculis e foliolis (absque vaginis) aliquot, lanceolatis, brevioribus; inter quae spicae saepius 3. Spica singula digitorum fere longa: rhachi 3-quarta in spinam desinente; floribus 5, alternis, lateribus, sessilibus, remotis. Flos ovato-oblongus, latere (non ventre) rhachin respiciente (ut in Lolio), Gluma bivalvis: valvulis ovate-lanceolatis, striatis, aentis. Flosculus alter hermaphrodito, alter masculo? Gramen maximum, simillimum Stipae spinificis, ut deinta fructificatione non distinguendum, (qua minus), adeoque syn. Rheedii huc spectat.

[Mant. II. p. 300-1.]

„Frutescens foliis spinescentibus. Calyx ut in Lolio, sed bivalvis, Simillimus Stipae spinifici, a qua data synonyma huc removenda.“ S. XIII. p. 757. (cum syn. Mor. Rheed. Raj. II. ec., Gr. dactylon pumilum malabaricum, spicis loliaceis in acutam spinam terminatis. Scheuch. gram. 112.)

Obs. Cf. supra n. 663., et Prael. ed. Gis. p. 151.

MCCCLIX. **ANDROPOGON** Sp. I.: HERMAPH.: Cal. Gluma uniflora. Cor. Gluma basi aristata. Stam. 3. Styli 2. Sem. 1. MASC.: Cal. et Cor. prioris. Stam. 3. S. X. n. 1014., VII. XIII. 1145.

ANDROPOGON Roy. Lugdb. 52. — P. HERMAPHRODITI flores sessiles: CAL. Gluma flora, bivalvis, oblonga, obtusa, mutica: valvula inferiore angustiore, tenuiore, basi cincta lanugine bipartita (G. VI.). — COR. Gluma bivalvis, calyce tenuior, minor. Arista e basi valvulae majoris, longa, tortilis, recurva. — STAM. Filam. 3, capillaria, longit. floris. Anth. oblongae, bifurcae, incumbentes (G. VI.). — PIST. Germen oblongum. Styli 2, capillares, coaliti (G. VI.). Stigm. plumosa (vittata G. VI.). — PER. 0. Gluma corollae calycisque semen obvolvantes, includentes. — SEM. unicum, solitarium, oblongum, tectum, arista corollae armatum. — 2°. MASCULI flores pedunculati: CAL. COR. ut in Hermaphrodito, sed absque arista. — STAM. ut in Hermaphrodito.

[* G. V. n. 1014., VI. 1145.]

Obs. 1. Hac: Schoenanthum Mich., S. J. (serius omissum). — Char. gen. cf. Am. oc. 7. p. 185. t. 2. f. 24. (Fundam. agrost.)

Obs. 2. Andr. pertusum [n. 7575.?] et dubium aliud, in Prael. ed. Gis. p. 153., non liquet. R. — A. squarrosus Linn. herbar. est Panicum abortivum. Brown.

7543. **A. caricosum** Sp. II.: A. spica solitaria imbricata, sem. hirsutis: aristas nudis contortis. Sp. II. S. XII. n. 1. Gramen caricosum Rumph. amb. 5. p. 17. t. 7. f. 2. A. — Habitat in India. — Culmi filiformes. Folia pilis raris adspersa: vaginis basi hirsutis. Spica Alopecuri, imbricata, griseo-hirsuta: aristas contortis nudis. [Sp. II.]

7544. **A. contortum** Sp. I.: A. spica solitaria, flor. inferioribus muticis. Sp. I. S. X. n. 1., Sp. II. S. XII. n. 2. Aegilops maderaspataua, glumis pilosis aristatis. P. Scheuch. gram. 92. Gramen secalinum indicum, spica gracili tomentosa: longioribus aristas ad se invicem in-tortis. Pluk. alm. 173. t. 191. f. 5. Moris. hist. 3. p. 180. s. 8. t. 4. f. ult. Habitat in India. [Sp. I. II.]

7545. **A. divaricatum** Sp. I.: A. spica oblonga, flor. lanatis remotis divaricatis, arista flexuosa nuda. Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. S. XII. n. 3. Lagurus humilior, panic. conica laxa nutante culmum terminante. Gron. virg. I. 135. Habitat in Virginia. [Sp. I. II.]

„Lana semine longior.“ S. XIII.

7546. **A. Gryllus** Cent. II.: A. paniculae pedunculis simplicissimis trifloris, flos. hermaphrodito sessili (S. XIII.) aristato ciliato basi barbato. Cent. II. n. 200. ia Am. ac. 4. p. 332., S. X. n. 2. A., Sp. II. S. XII. n. 5. — Gouan. monsp. 513. (Sp. II.) — Aegilops bromoides, juba purpurascens. Bauh. hist. 2. p. 436. Scheuch.

gram. 267. Gramen sparteum festucaceum s. Aegilops spar-
tea villosa Barr. ic. 18. f. 2. Habitat in Rhaetia, Hel-
vetia, Veronae. *Sauvagr., Segujer. (Am. ac.) Mon-
spelli (Sp. II.)* [Am. ac., Sp. II.]

„Panic. verticillata. Flores triflori, loco calycis communis
lana. Flosce, intermedii hermaphroditus sessilis: arista terminali
tortili: valvula exteriore ciliata. Masculi laterales, solitarii utrin-
que, aequales, oppositi, pedicellati, desinentes in aristam tor-
tiliem. Folia subtus villis adspersa.” *Am. ac.*

„Lanugo brevissima baseos hermaphroditii.” *S. XIII.*

„Festuca dumetorum, utriculis lanugine flavescensibus. Bauh.
pin. 9. theatr. 149., vulgo ad Avenam fatuam relata, hujus
synonymon secundum Hallerum.” *Mant. II. p. 500.*

7547. *A. nutans Sp. I. (non Mant. II.):* A. panic.
nutante, aristis tortuosis laevibus, glumis calycinis hir-
sutis, *Sp. I. n. 3., Sp. II. S. XII. n. 4., pedicellis
bifloris, altero scssili. S. X. n. 3.* — A. folio super. spa-
thaceo, pedunc. lateralibus oppositis anifloris: aristis
flexuosis. Gron. virg. I. 133. Habitat in Virginia, Ja-
maica. [Sp. I. (o. o.), II.]

„Pedunc. nudi; pedicelli biflori. Flores ambo aristati: altero
sessili.” *Sp. II.* — „Lanugo brevis in ipsis glumis.” *S. XIII.*
*Obs. Sp. I. add. syn. Sloan. II. ad n. 7557. cc. — A. nu-
tans Mant. II. cf. sp. sq.*

7548. *A. quadrivalvis S. XIII.:* A. panic. nutante,
calyc. quadrivalvibus trifloris, flosce. hermaphroditu
aristato. *S. XIII. p. 758. — A. nutans (diagn. cad.) Mant.
II. p. 303. (, Perperam A. nutans in Mantissa, errore
typographi.” S. XIII.) — Habitat ---. ☉. Cult. H.
U. — Culmi multi, pedales, ramosi, geniculati, laeves, su-
perne subnutantes. Fol. plura, alterna, laevia, margine scabra,
vaginam versus ciliata: vaginae compressae, striatae, carinatae,
supremo margine ciliatae. Racemus terminalis foliosus decompo-
situs nutans. Racemi partiales itidem foliosi, ciliati. Pedunc.
laterales, gemini, recti, filiformes. Cal. communis 4phyllus,
3florus: valvulis (an flosculorum rudimentis?) lanceolatis, aequa-
libus, pilis raris adspersis. Flosculi 3: Hermaphroditus sessilis;
Masc. 2, pedicellati. Hermaphroditii Gluma bivalvis, lanceolata,
acuta, Stam. 3, brevia. Styli 2, clavati, pilosi. Arista e cer-
minis basi, longa, torta. — *Obs.* Species habet multa com-
munia cum *A. Gryllo*, sed non omnia. [Mant. II. p. 303-4.]*

7549. *A. cymbarium Mant. II.:* A. panicula sparsa,
bracteis cymbiformibus, flor. transversis aristatis tenuis.
*M. II. p. 303., S. XIII. p. 758. — Habitat in India orien-
tali. Koenig. — Culmi orgiales, laevissimi, fere, erecti,
maximam partem tecti foliorum vaginis, crassitie pennae. Fol.
graminea, majuscula, pedalia, striata, margine scabra: vagi-
nis laevibus. Paniculae ex axillis foliorum superiorum in unam
dispersae, plurimae, pedicellis capillaribus, unde tota panicula
pedalis spectabilis bracteis florum purpurascensibus. Bractea
(tamquam calyx in flore composito consideranda) 3flora, cymbi-
formis s. ovata, acuminata, concava, membranacea, purpura-
scescens, transverse posita, colligens in sinu suo flores 3, trans-
versim positos, in pedicello brevi piloso et sinu bractea. Flo-
res 3, (praeter accessorios), sessiles in pedicello communi (in-
tra bracteam): Calyce communi diphyllo: foliis paribus late-
ralibus lanceolatis, longitudine flosculorum, distantibus. Flos-
culi Hermaphroditii 3, sessiles, subulati: Arista terminali, lon-
ga, torta, Masculi 2, pares, angustiores, mutici, hermaphro-
ditii, adstantes pedicellis propriis, excepto intermedio herma-
phroditu, cui unicus adstat flosculus masculus. [Mant. II.]
„Bractea cymbiformes, spadiceae, longit. florum.” *S. XIII.**

7550. *A. prostratum Mant. II.:* A. pedunculis um-
bellato-quinquefloris ecalyculatis, flosculo hermaphro-
ditu aristato. — Habitat in India orientali. Koenig. —
Culmi multi, pedales, ramosissimi, geniculati, laeves, pro-
strati, radicanes. Fol. plura, alterna, laevia, margine scabra,
vaginis suis vix longiora: vaginae compressae, folio latiores. Pe-
dunc. filiformis ex. alis ultimis foliorum ramorumque apicibus, ter-
minatus umbella multiflora, parva, 5flora. Cal. communis nullus,
sed ejus loco barba brevis. Flosculus centralis umbellae, her-
maphroditus 1: gluma bivalvis, oblonga; arista contorta, lon-
giore. Masc. 2 flosculi similibus, mutici, pedicellati, insidentes
basi hermaphroditii; pedicellis longitudine flosculi hermaphroditii.
Flosculi laterales umbellae, 4, aequales, pedicellati, mutici, ma-
sculi. Affine praecedenti [n. 7548.] [Mant. II. p. 304.]

„Calyces striati.” *S. XIII. p. 758.*

7551. *A. alopecuroides Sp. I.:* A. panic. laxa, aris-
tis tortuosis. *Sp. I. n. 4., rhachil lanata, flosce.
utroque arista tortuosa. S. X. n. 4., Sp. II.
S. XII. n. 8. A. culmo paniculato. Gron. virg. I. 133.
Gr. dactylon alopecuroidis facie, panic. longissima e
spicis plurimis tomentos constanti. Sloan. jam. 34. hist.
I. p. 113. t. 14. t. 70. f. 1. Habitat in America septentrio-
naliore. [Sp. I. II.]*

„Lanugo floribus longior, etiam in ipsis glumis.” *S. XIII.*

7552. *A. distachyon Sp. I.:* A. spicis binis termi-
nalibus, culmo indiviso. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S.
XII. n. 9. — Ger. prov. 106. t. 3. f. 2. (S. XII. XIII.)
— Gramen bicorne s. distachyphoron Bocc. sic. 20.
(S. X. Sp. II.) — Habitat in Helvetia. Burser. — Cul-
mi plus quam pedales. Folia plana, Rami nulli. Spicae duae,
aequales, oblongae, erectiusculae, culmum terminantes: singu-
lae ex flosculis 20 pluribus. Pedicelli arcti, brevissimi, plani-
sculi, basi pilosi, superne latiores. Fl. solitarii. Cal. flori:
gluma exterior flore fere longior latiorque apice bifido: arista
longa, articulata, patente. Gluma calycina interior minima.*

[Sp. I. II.]

„Calycis valvula exterior laevis (S. XIII.) subtruncata, apice
scarioso pubescente.” *S. XII. XIII.*

7553. *A. Schoenanthus Sp. I.:* A. paniculae spicis
conjugatis ovato-oblongis, rhachi pubescente, flosce. ses-
silibus arista tortuosa. *S. X. n. 6., Sp. II. S. XII. n. 10.
— A. panic. spicis conj. ovatis. Sp. I. n. 6. — Lagurus
(diagn. cad.) Fl. zeyl. n. 465. Mat. med. n. 31. —
Juncus odoratus aromaticus Bauh. pin. II. theatr. 163.
Gramen ad juncum accedens aromaticum majus syri-
acum. Moris. hist. 3, p. 229. s. 8. t. 9. f. 25. Gr. dactyl-
on aromaticum, multiplici panic., spicis brevibus to-
mento candicantibus ex eodem pedicelo binis. Pluk.
alm. 175. t. 190. f. 1. — Schoenanthum amboiticum Rumph.
amb. 5. t. 72. (Am. ac., S. X. XII.) — Habitat in India,
Arabia. [Sp. I. II.]*

„Calyces laeves.” *S. XIII.*

*Fl. zeyl. l. c. (App. barbarae) syn. ead. et Schoenanthus
s. Juncus odoratus Bauh. hist. 2, p. 515. Raj. hist. 1310. Dal.
pharm. 283., Gr. dact. zeylanicum, rad. tuberosa arom. dulci odo-
rata. Burm. zeyl. 107., Kalanduru Heru zeyl. 66. — Mat. med.
syn. Pluk. l. c., l. nat. Arabia. 2. Off. Herba Schoenanthii.*

7554. *A. virginicum Sp. I.:* A. paniculae spicis con-
jugatis: pedunc. simplicibus, rhachi lanata, flosce. muti-
cis: masculo tabescente. *S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n.
11. — A. paniculae spicis conjugatis, pedunc. medio vil-
losis, spicis lana brevioribus. Roy. lugdb. 53. descr.
Gron. virg. I. 132. Sp. I. n. 7. — A. altissimum gracile,
panic. tenui longiore, spicis plurimis gradatim nas-
centibus, flor. confertis. Brown. jam. 365. Gramen
dactylon bicorne tomentosum minus. Sloan. hist. I. p.
110. t. 68. f. 2. (Sp. II.) — Habitat in America. [Sp. I. II.]*

7555. *A. bicorne Sp. I.:* A. paniculae spicis conju-
gatis, pedunc. ramosissimis, rhachi lanata, flosculis aris-
ta cadauca: masculo tabescente. *S. X. n. 8., Sp. II.
S. XII. n. 12. — A. panic. spicis conj., flosce. basi lana-
tis, folio spathaculo obrotulis. Sp. I. n. 8. — A. spi-
cis conj. cal. hirsutis. Roy. lugdb. 53. A. cre-
ctum montanum, spica multiplici comosa
et lanuginosa. Brown. jam. 365. (Sp. II.) —
Lagurus spicis oblongis pedunculatis e singula ala plu-
ribus. H. cliff. p. 25. n. 2. Gron. virg. I. 135. Gramen
dactylon bicorne tomentosum maximum, spicis numero-
sis. Sloan. hist. I. p. 42. t. 15. Habitat in Brasilia, Ja-
maica. [Sp. I. II. a. a.]*

*H. cliff. syn. Sloan. l. c. Graminis Olma sp., Cupubaha
brasiliensis Marteg. bras. 2; — l. nat. in Brasil. Jani, et variis
al. Amer. region.*

7556. *A. hirtum Sp. I.:* A. paniculae spicis conju-
gatis, cal. hirsutis. Roy. lugdb. 53. Gron. virg. I. 133.
*Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII. n. 13. — Locfl. it.
171. descr. (S. X. Sp. II.) — Festuca juncum folio,
spica gemina. Bauh. pin. 9. prodr. 19. theatr. 145. [Gr.
dactylon spica gemina. Tourn. Scheuch. gram. 95. Gr.*

daet. siculam, multiplici panic. spicis ab eodem exortu geminis. Pluk. alm. 175. t. 92. f. 1. Habitat in Lusitania, Sicilia, Smyrnae [Sp. I. II.]

„Pedunc. hirt. uti etiam rhachis et glumae.” Sp. II.

„Hirsutus glumarum flore non longior.” S. XIII.

Obs. Sp. Roy. cf. Sp. prae. — Cf. descr. completa Loeffl. & c.

7557. *A. insulare* S. V.: A. panic laxa glabra, floe-gemini muticis; pedicello altero brevior. cal. lanatis. S. V. n. 9. B. Sp. II. S. XII. n. 6. — Amoen. acad. 5. p. 412. (sine diagn.) — A. avenaceum assurgens, panic. laxa lanuginosa. Brown. jam. 365. Gramen avenaceum, panic. minus sparsa, glumis alba sericea lanugine obductis. Moon. jam. 35. hist. 1. p. 43. t. 14. f. 2. (S. V. sq.) — Habitat in Jamaica. [Sp. II. p. 1481.]

„Differt ab *A. nutante*, quod aristae desint; quod calyx lanatus nec tantum pubescens, quod singuli flores proprio pedicello instruantur.” Am. a. c.

7558. *A. barbatum* Mant. II. (non S. X.): A. spicis digitatis, cal. persistentibus, cor. ciliatis. — Habitat in India orientali. — Culmus articulatus, laevis, erectus, simplex, pedalis. Fol. 3, alterna, remota, graminea, angustiora, margine scabra; vaginae laeves, saepius longitudine folii, Spicae digitatae, 10, lineares, aequales, extrorsum secundae, erectae, sessiles; calyculus etiam post fructificationem deciduum persistentibus. Calyx: Gluma bivalvis, biflora, sessilis; valvulis lanceolatis, acutis; exteriori longitudine corollae; interiore brevior. Flosculi bini: *Femineo* (*Hermaphr. M. II. app.*) inferiore; *Masc. superiore*. *Femineus* Petalo exteriori ovato, concavo, ciliato; arista terminali, recta, longiore; Petalo interiore minore, laevi, mutico (*saepius aristato M. II. app.*). *Anth. albae; pistilla rubra.* (*M. II. app.*) *Masculus* Petalo exteriori obcordato, fornicato, obtusissimo, ventricosus; arista terminali recta; Petalo interiore subrotundo, fornicato, obtusissimo; arista terminali, recta. [Mant. II. p. 302-3. et Corrig. fin.]

„Spicae saepius 10, extrorsum secundae. Petalum interius interdum aristatum. Anth. albae. Pist. purpurea.” S. XIII.

7559. *A. Nardus* Sp. I.: A. paniculae ramis supra-decompositis proliferis. Sp. I. S. V. n. 10, Sp. II. S. XII. n. 14. — *Lagurus* (*diagn. ead.*) Fl. zeyl. n. 45. et Mat. med. n. 32. — *Calamus odoratus* Matthioli Bauh. pin. 17. theatr. 263. — *Arundo fureta* Rumph. amb. 4. p. 22. t. 6. en? (*Mant. II.*) — Habitat in India. [Sp. I. II.]

Mat. med. syn. Bauh. pin. II. zeyl. II. ce. 3.?, l. nat. Alexandria. — Obs.: „Spicae nardi planta etiamnum incognita est: mihi nulla similior visa, quam *Calamus odor.* Matth.”

Fl. zeyl. syn. Bauh. II. ce., Ar. zeylanica fureta etc. Burm. zeyl. 35., Ar. indica odorata Griseb. zeyl. 120., Penzance Herm. zeyl. 26.; — *descr.*: „Magnitudo *Arundinis*. Ex alis summorum foliorum, a latere culmi plano, prodeunt e vagina 2 pedunculati, quorum alter brevior ex sinu producit aliquot pedunc. breves, iterum proliferos; alter vero pedunc. longior saepius prolifer est, hinc panicula mixta foliolis calycem Avenae mentientibus.”

7560. *A. muticum* Sp. II.: A. spicis digitatis subternis; floe. alternis sessilibus muticis. Sp. II. S. XII. n. 15. Habitat ad Cap. b. spei. — Culmi spithamaei, multi, subpilosi etiam vaginis et foliis. Folia convoluta-subulata. Spicae digitatae 3 s. 4, lineares, articolatae, secundae. Cal. bivalves, acuti, ad latera debiscentes, virides. Petala contraria calyci, colorata, tenera. Aristae nullae. [Sp. II.]

7561. *A. Ischaemum* Sp. I.: A. spicis digitatis plurimis, floe. sessilibus; aristato muticoque, pedic. lanatis. Sp. I. S. X. n. 11., Sp. II. S. XII. n. 16. — *Gouan. monsp.* 513. (*Sp. II.*) — *Ischaemum panic. digitata*, spiculis oppositis disjunctivae, florum serie duplici, culmo tereti. Guett. stamp. 187. Dalib. paris. 288. Gr. dactylon spicis villosis. Bauh. pin. 8. theatr. 116. Scheuch. gram. 94. Gr. dactylon spicis aristatis geminulatis. Barr. ic. 753. f. 2. — Habitat in Europae australioris aridis,

collibus, saxosis (*Sp. II.*). — Flosculi in singulo spicae dente gemini: altero aristato, altero mutico masculo. [Sp. I. II.]

„Flosculi 2, approximati in singulo dente rhachos. *Hermaphroditi* calyx hirsutus. Petalum exterius tenerum, interius aristatum. *Masculi* pedicellus hirsutus.” Mant. II. p. 500.

7562. *A. fasciculatum* Sp. I.: A. spicis digitatis plurimis erectiusculis articulatis laevibus; floe. utrinque aristatis. Sp. I. S. V. n. 12., Sp. II. S. XII. n. 17. — Gr. dactylon indicum, spicis villosis subrubrescentibus. Moris. hist. 3. p. 185. s. 8. t. 3. f. 15. — *A. majus, panic. sparsa, spicis simplicibus utrinque aristatis.* Brown. jam. 365. Gr. dactylon majus, panic. longa, spicis plurimis nullis crassis. Sloan. jam. 34. hist. 1. p. 112. t. 69. f. 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Indiis. [Sp. I. II.]

„Spicae glabrae sunt”, Sp. II., „in meis specimenibus.” Sp. I. cum syn. Sloan. t. 65. „spicis toment.” ad sp. sq. citato; hinc orta obs.)

7563. *A. polydaetylon* Sp. II.: A. spicis fasciculatis, petalis exterioribus aristatis; flosculi inferioris ciliatobarbati. Sp. II. S. XII. n. 18. — *A. barbatum* (*diagn. ead.*) S. X. n. 12. C. et (*diagn. A.*) Am. ac. 5. p. 412. *A. polydaetylon* assurgens, spicis tenuioribus hirsutis. Brown. jam. 364. Gr. dactylon elatius, spicis plurimis tomentosis. Sloan. jam. 33. hist. 1. p. 111. t. 65. f. 2. Habitat in Jamaica. [Sp. II.]

„Spicae plurimae, aggregatae, terminales, secundae, sessiles, longit. digiti. Flores sessiles, alterni. Calyx bivalvis, inaequalis, acuminatus, glaber, brevior, biflorus. Floe. sessilis prior: gluma petaloidea bivalvis; valvula exteriori ciliata lana alba longit. flosculi, apice terminata arista recta, longit. flosculi. Flosculus pedicellatus alter minor: gluma corollina bivalvi; valvula exteriori imberbi, aristata.” Am. a. c. (cum syn. Brown.)

Obs. S. X. syn. Sloan. II. ce. (antea ad sp. prae. ducta). — *D.versum est A. barbatum M. II., n. 7558.*

MCCCLX. **HOLCUS** Linn., S. I. II.: HERMAPHROD.: Cal. Gluma uni-scu (S. I.) 2-flora. Cor. Gluma aristata (arista 3plici S. I.), err.). Stam. 3. Styli 2. Sem. 1. MASC.: Cal. Gluma 2valvis. Cor. 0. Stam. 3. S. I. n. 925. (e. c.), X. 1015., XII. 1146.

HOLCUS. Sorghum Mich. — *Γ. HERMAPHRODITUS FLOS, inter duos masculos positus* (*G. I. II.*): CAL. Gluma uniflora (*sabbiflora G. VI.*), bivalvis, rigida, mutica; Valvula exteriori ovata, concava, magna, amplexante interiorem oblongam, lateribus convolutam. — COR. Gluma bivalvis, tenella, villosa, calyce minor; Valvula exteriori instructa saepe (*G. VI.*) arista rigida calyceque longiore; interiore vero mutica, minima. — STAM. Filam. 3, capillaria, Anth. oblongae. — PIST. Germen turbinatum. Styli duo, capillares. Stigm. penicilliformia. — PIST. nullum. Corolla involvit, tegit, adnascitur seminibus. — SEM. solitarium, ovatum, tectum, — 2*. MASCULUS FLOS femine minor: CAL. Gluma bivalvis; Valvulis ovato-lanceolatis, convolutis, muticis, acutis. — COR. nulla; nisi calycem dicas. — STAM. Filam. 3, capillaria, Anth. oblongae. [× *G. I. app. p. 352, n. 883, II. n. 925, * G. V. n. 1015., VI. 1146.*]

Obs. Huc praeterca: Sorghum M., S. I. — Cf. de chor. gen. Am. ac. 7. p. 186. cum fig.

7564. *H. spicatus* S. X.: H. glumis bifloris muticis, flor. geminis penicillo involucreatis, spica ovato-oblonga. S. X. n. A. (cum syn. Pluk.), Sp. II. S. XII. n. 1. — *Panicum* (*americanum Sp. I.*) spica simpliciter aequali, pedunc. bifloris. Roy. lugdb. 54. Sp. I. p. 56. et S. X. p. 870. n. 3. P. indicum, spica obtusa caerulea. Bauh. pin. 7. theatr. 522. P. americanum Clus. hist. 2. p. 215. — Gr. alopecuroides indicum maximum Raj. hist. 1908. (*Sp. II.*) — Gr. panicum sylvestre maximum indiae orient. Pluk. alm. 164. t. 32. f. 4. (S. X. Sp. II.) — Habitat in India: ☉ (*in America. Sp. I.*). [Sp. I. II.]

„Culmus bipedalis, crassitie pennae cygnae, tectus vagiois foliorum hispida ut ipse culmus. Folia saepius 10, latitudine digiti, hispida. Spica crassissima pedicellis brevissimis apice fasciculo setarum, intra quem flores 2, sessiles. Cal. bivalvis, membranaceus, biflorus; petalo exteriori hermaphroditi mucrona-

to; masculi obtuso. Stylus floribus longior, lanatus, leviter apice bifidus. Anth. oblongae." *Sp. II.*

7565. **H. bicolor** *Mant. II.*: *H. glumis glabris nigris*, sem. globosis albis aristatis. *M. II. p. 301., S. XII. p. 759. (c. iisd. syn.)* — *H. glumis glabris*. Hort. cliff. p. 468. n. 1. et *Fl. zeyl. n. 370.?* [*R.*] — *Milium arundinaceum*, subtrotundo semine, Sorgho nominatum. Bauh. pin. 26. Moris. hist. 3. p. 196. f. 8. t. 5. f. 7. Habitat in Persia. D. Leriche. ☉. Cult. H. U. — *Simillimus II. Sorgho*, distinctissimus cal. atris et sem. niveis. — Obs. *Synonyma* ab H. Sorgho distinguenda. [*Mant. II.*]

H. glumis glabris. H. cliff. n. 1. syn. Bauh. Moris. II. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 162.; Bauh. theatr. 511., M. indicum arundinaceo caule, granis flavesc. Sloan. flor. 25., Melica Caesalp. syst. 181. s. Sorghum Dod. pempt. 508., Sorgho Bauh. hist. 2. p. 447.; — *varr. α. sem. albo, β. luteo* Tourn. inst. 514.; — *l. nat.* in Ind. orient. et occident.

Fl. zeyl. syn. Bauh. pin., Mor., Dod., II. cc., Mil. indicum, sem. fusco, juba longa. Burm. zeyl. 159., Kauringhu Herm. zeyl. 44.

7566. **H. Sorghum** *Sp. I.*: *H. glumis villosis*, sem. aristatis, *Sp. I. S. X. n. 1., Sp. II. S. XII. n. 2., compressis. Mant. II. p. 500. S. XII. p. 759.* — *H. glumis villosis*. H. ups. p. 301. n. 1. et *H. cliff. p. 468. n. 2. (H. ups.)* — *Gron. orient. 325. (Sp. II.)* — *Milium arundinaceum*, plano alboque semine. Bauh. pin. 26. (*Mant. II.*) — Habitat in India. ☉. — Arista inferne fusca, superne laevis albida.

[*Sp. I. II., o. o.*]

„Calyx viridis, pubescens. Panic. ovata, erecta." *Mant. II. p. 500.*

H. ups. syn. Bauh. l. c. et theatr. 514., Sorgho album, Milium indicum s. Dura Bauh. hist. 2. p. 449. descr.; — *l. nat.* in Sicilia, Epiro, Arabia, culta, vix sponte. ☉.

H. glumis villosis. H. cliff. p. 469. n. 2. syn. eadem et Moris. hist. 3. p. 196.; — *obs.*: „Crescit cultum cereale in Arabia circa urbem Anam, in Sicilia et Epiro: an sponte?"

Obs. Sp. I. II. add. syn. H. cliff. n. 1., Bauh. pin., Moris. et Jo. Bauh., *H. ad sp. praec. cc.*; — *quae excl. in Mant. II. (a. a.)* — *Manifesto levis confusio in Sp. I. II., cf. n. 7568. diagn. et n. 7565. R.*

7567. **H. halepensis** *Sp. I.*: *H. glumis glabris*, flor. hermaphroditis muticis, femineo aristato. *Sp. I. S. X. n. 3., Sp. II. S. XII. n. 4.* — *H. panic. laxa nutante, glumis oblongis, fol. acuminato-setaceis. Schreb. gram. 129. t. 18. (Mant. II. sq.)* — *Gr. arundinaceum paniculatum, locustis partim muticis, partim aristatis. Scheuch. gram. 509. (Sp. II.)* — *Gr. arund. halepense, tragopoginis folio, panic. miliacea. Pluk. alm. 176. t. 32. f. 1. Gr. paniculatum arund. syriacum Huliaun dictum. Moris. hist. 3. p. 201.* — Habitat in Syria, Mauritania. ☿. [*Sp. I. II.*]

„Singuli flori femineo adstant flores duo masculi pedicellati." *Sp. I. II.* — „Culmus laevis. Panic. patens, purpurascens. Aristae apice albae." *Sp. II.*

7568. **H. saccharatus** *Sp. I.*: *H. glumis villosis, sem. omnibus aristatis. Mant. II. p. 500. S. XII. p. 759.* *H. glumis glabris, sem. muticis. Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. S. XII. n. 3.* — *Milium indicum, arundinaceo caule, granis flavescens. Herm. lugdb. 425. descr. M. indicum sacchariferum altissimum, sem. ferugineo. Breyn. prodr. 2. Frumentum indicum quod Milium indicum vocant. Bauh. theatr. 488.* — *Sorghum Rumph. amb. 5. t. 74. (Am. ac., S. X. XII.)* — Habitat in India. ☿. [*Sp. I. II.*]

„Differt ab *H. Sorgho*: panic. erecta subverticillata, racemis patentissimis, horizontalibus, suspendulis; nec panicula parva ovata. Blachiis universalis paniculae laevis, nec scabra, Glumae undique villosae, nec tantum apice. Flores hermaphroditici, gluma corollina altera arista longa tortili; nec tantum in flor. terminalibus." *Sp. II.*

„Altitudo humana. Folia facie Sacchari linea longitudinali alba. Radices ex infimis caulis geniculis descendunt in terram. Flores masculii vix se aperiant." *Sp. I. II.*

Obs. Cf. de diagn. et syn. n. 7565-6.

7569. **H. mollis** *S. X.*: *H. glumis bifloris nuduscu-*

lis: flosculo hermaphrodito mutico; masculino arista geniculata. S. X. n. 2. B., Sp. II. S. XII. n. 6. — *Schreb. gram. 149. t. 20. f. 2. Gramen caninum paniculatum molle Raj. hist. 1285. Scheuchz. gram. 235. (Mant. II. sq.)* — *Gouan. mousp. 514. Gr. paniculatum molle, radice granivivis canini repente. Moris. hist. 3. p. 202. Gr. miliaceum aristatum molle Raj. angl. 3. p. 404.* — *Gr. caninum longius radiculatum Bauh. pin. 1. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in Europa; in Hallandia. Osbeck. — *Simillimus H. lanato*, sed fere glaber. Culmi non in caespitem s. fasciculum nati, sed sparsi et fere prostrati. [*Sp. II.*]

„Calyces acuminati magis, quam in reliquis." *S. XII. sq., „quam in H. lanato simili." Mant. II. sq.* — [*Cf. etiam Praet. ed. Gis. p. 153.*]

Obs. Florae succ. additur in Faun. S. II. app. (nomen solum.)

7570. **H. lanatus** *Sp. I.*: *H. glumis bifloris villosis: flosc. hermaphrodito mutico, masculino arista recurva. Sp. I. S. X. n. 4., Fl. S. II. n. 917., Sp. II. S. XII. n. 5.* — *Schreb. gram. 145. t. 20. f. 1. Gramen paniculatum molle, panic. dilute caerulea. Loes. pruss. III. t. 25. (Mant. II. sq.)* — *Aira fol. pubescentibus, panic. contracta, flosc. hermaphrodito mutico, masculino arista uncinata, calyce brevior. Fl. succ. I. n. 67. It. oel. p. 122. Aira flosc. masculio aristato, fem. mutico. H. cliff. p. 27. n. 1. Roy. lugdb. 66. Act. holm. 1741. p. 183. Gr. pratense paniculatum molle Bauh. pin. 2. prodr. 3. theatr. 27. Scheuch. gram. 234. Gr. lanatum Dalech. hist. 425. Habitat in Europae pascuis arenosis. ☿. [*Sp. I. II.*]*

„Gramen est molliissimum et fere holosericeum." *Fl. S. II. Act. holm. syn. Bauh. Scheuch. Dal. II. cc.* — *Fl. S. syn. eadem (et Roy. Loes. II. cc., in ed. I.)* — *H. cliff. syn. (excl. Roy.) ead. et Bauh. hist. 2. p. 466.; l. nat.* in Belgio copiosior quam facile in ulla alia regione. — *It. oel. t. c. syn. Dalech., descr. 0.*

7571. **H. laxus** *Sp. I.*: *H. glumis glabris bifloris muticis acuminatis, panic. filiformi debili. Sp. I. S. X. n. 6., Sp. II. S. XII. n. 8.* *Aira cal. trivalvibus trifloris. Gron. virg. 136. Habitat in Virginia, Canada.* — *Habitus Airae caeruleae. Culmi bipedales, angusti, subnutantes. Folia plura, laevia, margine scabra, ore piloso. Panic. filiformis, parum admodum ramosa, subnutans, debilis; pedunc. saepius biflori: flosculo masculino ovato, crasso.* [*Sp. I. II.*]

7572. **H. striatus** *Sp. I.*: *H. glumis striatis bifloris muticis acuminatis, panic. conferta oblonga. Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 10.* *Aira panic. oblonga, flor. muticis: hermaphrodito masculoque, cal. diphyllis. Gron. virg. I. 135. Habitat in Virginiae paludibus.* — *Folia plana longa: vaginis crassiusculis, striatis. Panic. attenuata: pedunculis brevissimis, confertis, ramosis. Glumae oblongae, striatae, acuminatae. Calyx lophyllus, minimus.* [*Sp. I. II.*]

7573. **H. odoratus** *Sp. I.*: *H. glumis trifloris muticis glabris (♀. Fl. S., acuminatis S. XII. sq.): flosc. hermaphrodito diandro. Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 7., Fl. S. II. n. 918. Hierocloe Gmel. sib. I. p. 101. Aira fol. planis, flor. trifloris aristatis: flosculo intermedio mutico diandro. Fl. succ. I. n. 70. Poa spiculis bifloris cordatis. Fl. lapp. n. 53. Gr. paniculatum odoratum Bauh. pin. 7. prodr. 7. Scheuch. gram. 236. Gr. mariae borussorum Loes. pruss. III. t. 26. Habitat in Europae frigidioris pascuis humentibus. ☿. — Flosculi duo laterales masculi triandri: intermedius s. tertius hermaphroditus diandrus.* [*Sp. I. II.*]

„Cal. 2valvis, 3florus, muticus. Flosc. laterales 2, masculi, 3andri; tertius intermedius 2andrus hermaphroditus; styli stigmatibus 2, oblongis, villosis, crassis." *Fl. S. II. Fl. succ. syn. eadem (et Cels. ups. 16., in ed. I., Gmel. I. c. in ed. II.)* — *Fl. lapp. syn. Bauh. pin., Loes., II. cc.* *Obs. Cf. de hac Praet. ed. Gis. p. 153.; — de odore usque Fl. lapp. et Fl. S. II.*

7574. **H. latifolius** *S. X.*: *H. glumis trifloris: flosc. primo inermi; duobus margine aculeatis, fol. subovatis. S. X. n. 4. C., Sp. II. S. XII. n. 9. — Obs. it. 247. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in India. Osbeck. — *Culmus laevis, vix pedalis. Folia valde lata et fere ovata, vaginis latiuscu-*

lis striatis. Paniculae rami simplices, virgati. Flores alterni, solitarii, pedicellis capillaribus. Flores ovato-oblongi. Cal. brevior, bivalvis, triloris; dosculo primo laevis; secundo et tertio margine superiore spinis recurvis armato. [Sp. II.]
„Glumae retrorsum aculeato-ciliatae.” Prael. ed. Gis. p. 153.

7575. **H. pertusus** Mant. II.: H. spicis digitatis, glumis articulat. Habitat in India orientali. — Culmus articulatus, laevis, ascendens, ramosus, subpedalis. Fol. alterna, remota, graminea, angustiora. Spicae digitatae, 5, lineares, aequales, subpilosae, erectiusculae, pedicellatae. Rhachis filiformis, pilosa, dentibus bulbosis: flosce altero sessili; altero pedicellato, pedicello longit. inferioris, piloso. Flosce, bini: Hermaphrodito inferiore sessili; Masc. superiore pedicellato. Hermaphroditus petalis oblongis, convolutis: exteriore pertuso in medio foramine rotundo: arista terminalis, longa, torta, helvola. Masc. minor: petalis linearibus, convolutis (non pertuso exteriore), muticis. — Obs. Flosuli hermaphrod. foramen speciem distinctissimam ab omnibus reddit. [Mant. II. p. 301 - 2.]

MCCLXI. **APLUDA** Sp. I.: Cal. Gluma communis bivalvis: flosculo femineo sessili, masculisque pedunculatis. FEM.: CAL. 0. Cor. bivalvis. Styl. I. Sem. I. tectum. MASC.: CAL. 0. Cor. bivalvis. Stam. 3. S. X. p. 1306. n. 89. XII. XIII. n. 1147.

APLUDA. — CAL. Gluma communis, bivalvis, praemorsa, continens flosculum femineum sessilem, et masculos 2, pedicello communi. — 1°. FEMINEUS: CAL. 0. — COR. Gluma bivalvis: valvula exteriore obovata, retusa, obvoluta; interiore lanceolata. — PIST. Germen obovatum. Stylus filiformis, longit. corollae, pubescens. Stigma simplex. — PER. Gluma adhaesens. — SEM. unicum, oblongum. — 2°. MASculi 2, in pedicello longit. calycis: CAL. 0. — COR. Gluma bivalvis, minor; valvulis ovato-oblongis, altera minore. — STAM. Filam. 3, capillaria. Anth. oblongae, bilobae.

[* S. X. app. p. 1353. n. 89. et G. Fl. n. 1147.]

APLUDA. Cal. Gluma communis bivalvis, 2ll., ovata, concava, laxa, mucronata: flos. altero sessili, altero pedicello dilatato, inter flosce, sessilem et calycis valvulam, insidente. Gluma propria 2valvis oblique posita: valv. exteriore crassiore. Cor. Gluma 2valvis aequalis membranacea, longit. calycis. Stam. Filam. 3, corolla breviora, Anth. oblongae, Pist. Germen oblongum. Styli 2. Stigm. villosa. Per. 0. Gluma involvit nec discedit. Sem. I, gluma corollae vestitum adnatumque.

[* G. V. p. 35. n. 89. sub cl. III. 2.]

Obs. Sub cl. III. 2. in Sp. I. G. V. — Cf. ad char. gen. Am. ac. 7. (Fund. agr.) p. 186. cum fig.

7576. **A. mutica** Sp. I. p. 82. n. 1.: A. foliis lanceolatis (cnsiform. S. X.), flosce omnibus muticis. S. X. XIII. n. I. Habitat in India. — Culmi longissimi, bipedales et ultra (Sp. I.), debiles, glabri: geniculis tumidis. Folia longa, plana, lanceolata, petiolata s. versus vaginam attenuata in petiolum. Panic. angusta, parva, e lateribus exiens, ex vaginis foliorum minorum uti Andropogon (uti Lagurus. Sp. I.). Fl. omnes mutici, in nostra, quo a Schenck-eriana differunt (Sp. I.). [Sp. I. (o. o.), II.]

Obs. Sp. I. add. syn. Scheuch., ad sp. sq. ductum in Cent. II. sq.

7577. **A. aristata** Cent. II.: A. foliis lanceolatis (ensif. S. X.), flosce masculis muticis; sessili arista terminali. S. X. XII. n. A., Sp. II. n. 2. — A. flosce sessil. aristatis. Cent. II. n. 113. in Am. ac. 4. p. 303. (sub cl. III. 2.) — Schoenanthus avenaceus procumbens maderaspatanus, bupleuri folio. P. Scheuch. gram. 119. Habitat in India. [Am. ac., Sp. II.]

„Culmi longi, pedales, glabri, geniculis inflexis. Folia graminea, scabra, petiolata. Racemi terminales et laterales, ex singulis axillis foliorum; foliolum inferne vaginans ad singulum pedicellum. Flores terni in eodem pedicello. Flores tribus flusculis, quorum intermedium sessilis, corollae basi arista longa conforta; reliqui duo flusculi aequales, pedicello glumaceo insidentes.” Am. ac.

7578. **A. Zeugites** S. X.: A. fol. ovatis, flosce masculis muticis; sessili arista terminali. S. X. XII. n. B., Sp. II. n. 1. — Am. ac. 5. p. 412. (sine diagn.) — Zeugites arundinaceus ramosus minor rufescens, panic. sparsa

terminali. Brown. jam. 341. t. 4. f. 3. (S. X. Sp. II). — Habitat in Jamaica. [Sp. II.]

„Culmus ramosissimus. Folia ovata, brevia. Petioli foliis breviores, excepta vagina culmum obvestiente.” Am. ac.

MCCLXII. **ISCHAEMUM** (S. I., G. II.) Sp. I.: HERMAPHROD.: Cal. Gluma 2flora. Cor. 2valvis. Stam. 3. Styli 2. Sem. I. MASC.: Cal. et Cor. ut in priore. Stam. 3. S. X. n. 1016., XII. XIII. 1148.

7627. **C. rosea** *Sp. II.*: C. fol. aveniis, cor. hexapetalis. Jacq. amer. 34. *Sp. II. S. XII. n. 1.* Cenchramidea arbor saxis adnascens, obrotundo pingui folio, fructu pomiformi. Pluk. alm. 92. t. 157. f. 2. Catesb. car. 2. p. 99. t. 99. Habitat in Carolina. *Sp. II.*

7628. **C. alba** *Sp. II.*: C. fol. aveniis, cor. pentapetalis. Jacq. amer. 34. t. 166. *Sp. II. S. XII. n. 2.* — **C. major**: fol. aveniis. *Sp. I. p. 510. S. X. n. 1.* C. fl. albo, fructu coccineo. Plum. gen. 22. *icon. 87. f. 1.* (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. *Sp. II.*

Cl. major Sp. I. syn. Plum. gen. I. c., Pluk. I. (*ad. praecc.*) c., Sloan. Raj. II. (*ad sp. sq.*) cc.; *var. β.* Cl. fl. roseo major, fructu subviridi, Plum. gen. 21.; *var. γ.* Cl. alia minor, fl. albo, fr. virescente. Plum. 21.; *l. nat.* in Jamaicae et Caribaeorum apricis. *Sp.* — *Obs.*: „Arbor fol. oppos., obovatis, in petiolos densitentibus, integerr. Pedunc. axillares, saepius 3lori.“ — [*Collecten ergo species. R.*]

7629. **C. flava** *Sp. II.*: C. fol. aveniis, cor. tetrapetalis. Jacq. amer. 34. t. 167. *Sp. II. S. XII. n. 3.* C. arborea, fol. crassis nitidis obovato-subrotundis, flor. solitariis. Brown. jam. 236. Terebinthus folio singulari non alato rotundo succulento, fl. 4petalo pallide luteo, fructu majore lpyreno. Sloan. jam. 167. hist. I. p. 91. t. 200. f. 1. Raj. dendr. 51. Habitat in Jamaica. *Sp. II.*

7630. **C. venosa** *Sp. II.*: C. fol. venosis. *Sp. II. S. XII. n. 4.* Cl. minor (*diagn. ead.*) *Sp. I. p. 510. S. X. n. 2.* — Jacq. amer. 273. (*S. XII. XIII.*) — C. fl. roseo, minor, fructu flavescente. Plum. gen. 21. *icon. 87. f. 2.* (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. *Sp. II.*

„Arbor fol. venosis. Racemus florum terminalis.“ *Sp. I. p. 510.*

MCCCLXXII. OPHIOXYLON *Fl. zeyl.*: **HERMAPHROD.**: Calyx 5fidus. **COR.** 5fida, infundibul. **STAM.** 5. **PIST.** 1. **MASC.**: Cal. 2fidus. **COR.** 5fida, infundibul: ore nectarario cylindrico. **STAM.** 2. *S. VI. p. 141. n. 0., X. p. 1303. n. 1011., XII. p. 667. n. 1142.*

OPHIOXYLON. — 1°. **HERMAPHRODITI FLORES**: **CAL.** Perianth, 5dentatum, acutum, erectum, minimum. — **COR.** 1petala, infundibulif. Tubus longus, filiformis, medio incrassatus (*G. VI.*). Limbus 5partitus, patulus, absque nectario. — **STAM.** Filam. 5, brevissima, in medio tibi, Anth. acuminatae. — **PIST.** Germen subrotundum, Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma capitatum. — **PER.** Bacea didyma, bilocularis. — **SEM.** solitaria, subrotunda. — 2°. **MASCULI FLORES** in eadem planta: **CAL.** ut in masculis. — **COR.** 1petala, infundibuliformis; Tubus longus; Limbus 5fidus, Nectarium in ore corollae, cylindricum, integerrimum. — **STAM.** Filam. 2, brevissima, Anth. acuminatae, conciventes intra nectarium.

[*Diss. chen. n. 1107., * G. V. p. 1011., II. 1142.*]

„Character generis etiam e perfecto specimine examinandus.“ *S. XIII.*

Obs. Descr. hermaphroditii simil. in Fl. zeyl. app. p. 239. — *Ophioxylum S. XII. sq.* — *Locus in classe mutatus in S. XIII.*

7631. **O. serpentinum** *Sp. I. - S. XII. n. 1.* Ophioxylon *Fl. zeyl. app. p. 239.* O. fol. quaternis. *Fl. zeyl. p. 188. n. 395. Mat. med. n. 474.* Ligustrum foliis ad singula genicula ternis, Lignum colubrimum creditum. *Burm. zeyl. 141. t. 64.* Clematis indica, persicae foliis, fructu periclymeni. *Bauh. pin. 304.* Habitat in Zeylona. *Sp. I. p. 1043., II. 1479.*

Obs. Huc cit.: Radix mustellae Rumph. amb. 7, p. 26. t. 16. in Am. ac. 4, p. 136., S. X. XII. sq. — „Tiovanana Rheed. mal. 6, p. 81. t. 7. hanc potius referunt quam Ophiorhizam, at Rex amoris Rumph. amb. 2, p. 129. t. 41. [*huc ducta in Am. ac. 4, p. 121.*] diversa arbor est.“ *S. XII. XIII.*

Fl. zeyl. p. 188, *syn.* Burm. Bauh. II, cc., Lignum colubr. primum et laudatiss. Garc. arom. 163., Acawerya Herm. zeyl. 4.; *descr.*: „Caulis erectus teres simpliciss. Folia quaterna s. cruciatim opposita, lanceolato-ovata, glabra, acuminata, petiolata. Cor. infundibulif., tubo longo; limbo 5fido, cum nectario cylindrico (more Narcissi) in fauce, integerrimo. Cal. bifidus. Stam. 2 in ore corollae. — *Ibid.* p. 231, *add.*: „Cal. (non 2f.) minimus, 5dent. Stam. filam. vix conspicuis, anth. acuminatis conniv. Praeter praedictos flores (forte masculos) dantur alii racemi seu potius corymbi praecedentibus simillimi, qui hermaphroditii.” [*Horum descr. cf., in G. V. m. m. recepta.*]

Mat. med. syn. Burm. l. c., *l. nat. id., off.* Lignum serpent.

MCLXXIII. FUSANUS S. XIII.: HERMAPHROD.: Cal. 5fidus. Cor. nulla. Stam. 4. Germ. inferum. Stigmata 4. Drupa. HERM. MASC.: Cal. Cor. Stam. Pist. maris. Fructus abortiens. Monoecia. S. XIII. p. 765. n. 0.

7632. *F. compressus.* — Arbor frugifera sub basi germinali involucri 3phylo, glandulis S. distincto.

[S. XIII.]

MCLXXIV. ACER S. I.: HERMAPHROD.: Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Stam. 8. Pist. 1. Caps. 2 s. 3, monospermae, ala terminatae. MASC.: Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Stamina 8. S. X. n. 1023, *III.* 1155. — *Cal. 5f. Petala 5, acqu. Caps. 2. membranaceae, compressae, 1sp. S. VI. p. 101. n. 370. (sub cl. VIII. I.)*

ACER Tournef. 386. — 1°. **HERMAPHRODITI FLORES (G. V. VI.)**: CAL. Perianth. lphyllum, 5fidum, acutum, coloratum, basi plana et integra, persistens. — COR. Petala 5, ovata, extorsum latiora, obtusa, calyce vix majora, patentia. — STAM. Filam. 8, subulata, brevia. Anth. simplices. Pollen cruciforme. — PIST. Germen compressum, immersum Receptaculo convexo, perforato, magno. Stylus filif., per dies altior exerescens. Stigm. 2, acuminata, tenuia, reflexa. — PER. Capsulae numero stigmatum, basi coalitae, subrotundae, compressae, ala membranacea maxima singulae terminatae. — SEM. solitaria, subrotunda. — 2°. **MASCULI FLORES: CAL. COR. STAM. ut in Hermaphr.** — PIST. Germen 0. *Stylus 0. Stigma bifidum. (G. V. VI.)* — [** G. I. p. 112. n. 317. et II. p. 159. n. 370. sub cl. VIII. I., * G. V. n. 1023, VI. 1155.*]

„Ad primam explicationem floris stigma modo apparet, deinde aliquot post dies stylus.” *G. I-VI.* — „In aliis (*A. pseudo-platano G. V. VI.*) corolla vix a calyce distincta, et stam. longa. Flores in eadem umbella Hermaphroditii, saepe duplitis generis: inferiores Hermaphroditii feminei, quorum antherae non dehiscunt, sed pistillum mox in fructum exerescit; superiores Hermaphroditii masculi, quorum antherae pollen plauit, pistilla vero non accrescunt, sed decidunt.” *G. II-VI.* — „*A. rubrum* dioicum est.” *G. VI.*

„An flores quidam masculini, reliquis immixti, qui steriles sunt? vel an morthosi? In rarioribus speciebus stigmata etc. tria sunt. Bannisteria Houst. ergo huius generis est planta.” *G. I. p. 112.* — Bannisteria Houst, unica nobis missa sp. huius fuit generis: reliquae Houstoni spp. diversi generis.” *G. I. monend. p. 381. [Cf. n. DCCXXVI.]*

Obs. Sub cl. VIII. I. in S. I-VI; huc in Sp. I. sq.

7633. *A. sempervirens Mant. I.*: A. fol. ovatis integerrimis sempervirentibus. Mill. dict. *M. I. p. 128. S. VII. VIII. n. 10.* — Habitat in Orient. η .

[\dagger , *Mant. I.*]

„Exclusum a Millero in ultimis.” *S. XIII.*

7634. *A. tataricum Sp. I.*: A. fol. cordatis indivisis serratis: lobis obsolete, flor. racemosis. *Sp. I-S. XII. n. 1.* A. fol. oblonge cord. inaequaliter serratis. Kraschen. act. petr. 1749. p. 285. t. 13. Habitat in Tataria, *juxta Wolgae ripas, locis humidis (Mant. II.)*. η .

[*Sp. I. II.*]

„Frutex altus. Folia Carpinali, lobis vix manifestis. Flores racemosi, ut in sequente.” *Sp. I.*, „... sed petaloides, et racemus compositus.” *Sp. II.*

7635. *A. Pseudo-Platanus Sp. I.*: A. fol. quinquelobis inaequaliter serratis, flor. racemosis. *Sp. I-S. XII. n. 2.* — *Duham. arb. l. t. 36. f. 1. (S. X. XII.)* — A.

fol. 5lobis acutis obtuse serratis, petiolis canaliculatis. *II. ups. p. 93. n. 1.* Sauv. monsp. 212. A. fol. *palmatis (palmato-angulatis Vir. cl.)*, obtuse serratis, flor. subapetalis opposite racemosis. *II. cliff. p. 143. n. 1. Vir. cliff. p. 32.* Roy. lugdb. 457. Gort. gelr. 78. A. montanum candidum Bauh. pin. 430. A. majus Dod. pempt. 840. Habitat in Helvetiae, Austriae montanis. η .

[*Sp. I. II.*]

II. ups. syn. Bauh. Dod. II, cc. et Lob. hist. 614.; *l. nat. id., in mont. altissimis humectis: „saepe in magnas arbores enata.”*

II. cliff. syn. cadem et Boerh. lugdb. 2. p. 234. Dalech. hist. 95., A. majus, multis falso Platanus. Bauh. hist. I. p. 168. descr. non figura; — l. nat. in altissimis et humectis montibus in Burgundia, prope Basileam, in monte Saleve Genuae, in ditione Wirtenbergica, in Salu Viennensi etc. — Obs.: „Foliorum dentes s. serratae obtusae sunt et florum cor. parva, coalita cum calyce, ut vix distincta videatur, nec ullo modo speciosa. Colliguntur dein flores in racemum pendulum longum simplicem.”

Am. a. c. 5. p. 200. brevis hist. nat. arboris; — Am. a. c. 2. p. 204. gemmarum descr.

7636. *A. rubrum Sp. I.*: A. fol. quinquelobis subdentatis subtus glaucis, pedunc. simplicissimis aggregatis. *Sp. I-S. XII. n. 3.* — *Kalm. it. 2. p. 288. (S. X. Sp. II.)* — A. fol. 5lobis acuminatis acute serratis, petiolis teretibus. *II. ups. p. 94. n. 2.* — *A. fol. palmato-angulatis, fl. subapetalis sessilibus, fructu pedunculato corymboso. Gron. virg. I. 41. Coll. norv. 85. (Sp. I.)* — *A. virginianum, fol. subtus incano, flosc. viridi-rubentibus. Herm. par. I. t. 1. A. virgin., folio majore, subtus argenteo, supra viridi splendente. Pluk. alm. 7. t. 2. f. 2. Catesb. car. I. p. 62. t. 62. Mill. ic. 6. t. 8. f. 4. (Sp. II.)* — Habitat in Virginia, Pennsylvania. η .

[*Sp. I. II.*]

„Arbor dioica est.” *Sp. II. sq.* — „Huc mas et femina, Duham.” *S. X.*

„Maris folia ad basin usque fissa, ut facile pro distincta specie agnosceretur. L. B. Munchhaus.” *S. XIII.*

II. ups. syn. Gron. Herm. Pluk. Cath. II, cc., A. occidentale, folio minore subtus incano supra atrovirente. Raj. hist. 1071.; l. nat. Virg., Carolina, Novborac. — Obs.: „Petioli teretes, ut in n. 7635., sed supra non canaliculati. Folia acute et confertim serrata. Corolla a perianthio non distinguenda. Ex singula gemma flores 5, primo sessiles, demum pedunculati.”

Am. a. c. 2. p. 204. gemmae describuntur.

7637. *A. saccharinum Sp. I.*: A. fol. quinquepartito-palmatis acuminato-dentatis, *Sp. I-S. XII. n. 4., subtus pubescentibus. S. XIII. n. 4.* — Habitat in Pennsylvania. Kalm. η . — Folia in hoc profundius et versus basin divisa, acuminata apicibus et dentibus, venosa etiam et subtus glauca, a praecedente distinctissima. Flores mihi ignoti. [*Sp. I. II.*]

7638. *A. Platanoides Sp. I.*: A. fol. quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, flor. corymbosis. Fl. succ. I. n. 303. II. 924. *Sp. I-S. XII. n. 5.* — A. fol. palmatis acute dentatis, flor. corolla speciosis corymbosis. *II. cliff. p. 143. n. 3.* A. montanum, tenuissimis et acutissimis foliis. Bauh. pin. 431. A. major Cam. epit. 63. A. montanum, orientalis platani foliis atrovirentibus. Pluk. alm. 7. t. 252. f. 1. Habitat in Europa boreali: *ut in montibus Stiriac, Sabaudiae (Sp. II.)*. η . [*Sp. I. II.*]

„Flores masculi ultio mensis frondescentiae decidui late sparguntur per terram subjacentem, pulchre lutei.” *Sp. II.*

„Floret in initio ad finem mensis frondescentiae, dum et ipsa frondescit. Arbor nobilis ad ambulacra, sepes; lactescens, saepe hinc stilans aquam quae saccharum dat.” *Fl. S. II.*

II. cliff. syn. A. platanoides Mant. hist. 57. t. 57. bona, Bauh. Pluk. II, cc., A. majus, multis falso Platanus, varietas, Bauh. hist. I. p. 168. descr. et figura folii ac fructus; — l. nat. copiosiss. in Suecia, ubi nulla alia sp. Aceris a nobis etiamnum observata est. [Vide tamen n. 7640.] — Obs.: „Folia palmata sunt ubique, denticulis tenuibus patentibus subulatis per margines angulata. Flores in corymbum fere umbellatum congesti: cor. patens flava, calyce colorato parum major.”

Fl. S. I. II. syn. Bauh. Cam. Munt. II, cc. — *Am. n. c. 5. p. 189. hist. nat. arboris; Am. u. c. 2. p. 201. gemmarum descr.*

7639. **A. pensylvanicum** *Sp. I.*: A. fol. trilobis acuminatis serrulatis, flor. racemosis. *Sp. I - S. XII, n. 6.* — *Dukam. arb. l. p. 28. t. 12, 13. f. 11. (S. V. Sp. II.)* — Habitat in Pennsylvania. Kalm. *h.* [*Sp. I. II.*] „Arbor parva,” *S. XIII.* — „Folia in tres lobos integros maxime acuminatis divisa, margine tenuissime inaequaliter et argute serrata.” *Sp. I. II.* — „Flores racemosi, penduli,” *Sp. II.*

7640. **A. campestre** *Sp. I.*: A. foliis tri- (*FL. S.*) lobatis obtusis emarginatis. *Sp. I - S. XII, n. 7.* Fl. succ. II. n. 925. A. fol. tripartito - palmatis: laciniis utrinque emarginatis obtusis, cortice sulcato. H. cliff. p. 144. n. 3. Roy. lugdb. 459. Gort. gelr. 78. A. fol. semitrilobis, lobis obtuse incis. Hall. helv. 212. A. campestre et minus Bauh. pin. 431. A. minus Dod. pempt. 840. — *I. ar. β. Sp. I.*: A. campestre et minus mas s. sterile Vaill. paris. 2. — Habitat in Scania et australiori Europa. [*Sp. I. II.*] „Frutex,” *S. XIII.* — „Frutex est, vix et rarius in Scania fructiferus, cortice angulato suberoso distinctissimus.” *Fl. S. II. (cum syn. Bauh. Dod. II. cc.)*

II. cliff. syn. Bauh. Dod. II. cc. et Boerh. lugdb. 2, p. 234. A. vulgare, minore fol. Bauh. hist. I, p. 106. Opulus Caesalp. syst. 42; — *I. nat.* in Germ. Holl. Angl. Gall. Ital. Helv. freq. — *Obs.*: „Figurae omnes folia male depingunt, quae basi emarginata, ultra medietatem 3fidia, singula lacinia inferne angustata, superne obtusa et utrinque emarginata; laciniis lateratibus, a margine exteriori, lacinula integra affigitur. Vaill. in hac sp. se plantas mares observasse scribit (A. camp. et minus mas seu sterile Vaill. l. c. [β. Sp. I.]). quae et foliis parum diversae sunt. Singularis est in hac sp. cortex arboris (ut in *Cyanantho* n. 1758-9.) densior ipso ramo, aridus, longitudinaliter fissus fere ad ramum usque.”

Am. ac. 5, p. 211. hist. natur. fruticis.

7641. **A. monspessulanum** *Sp. I.*: A. fol. trilobis intergerimis, Roy. lugdb. 459. *Sp. I. n. 8., glabris, S. X. XII. Sp. II, n. 8., annuis. S. XIII, n. 8.* — *Gouan. monsp. 518. (Sp. II.)* — A. trifolium Bauh. pin. 431. Pluk. alm. 7. t. 251. f. 3. *Daham. arb. l. p. 28. t. 10. f. 8. (Sp. II.)* — Habitat Monspelii. *h.*

[*Sp. I. excl. β., II.*]

7642. **A. creticum** *Sp. II.*: A. fol. trilobis intergerimis pubescentibus, Mill. dict. 10. *Sp. II. S. XII, n. 9., perennantibus. S. XIII, n. 9.* — A. orientale (*diag. ut Sp. II.*) *S. X. n. 8. A.* — A. orientale, hederac folio. Tournef. cor. 43. Poccock. orient. 191. t. 85. A. cretica Alp. exot. 9. t. 8. *Dukam. arb. l. p. 28. t. 10. f. 9. (Sp. II.)* — Habitat in Oriente. *h.* [*Sp. II.*] *Obs.* „Huc A. monspessulanum β. *Sp. I. n. 8., cum syn. Tourn. Poc. Alp. II. cc., I. nat. Creta.*

7643. **A. Negundo** *Sp. I.*: A. fol. compositis, II. cliff. p. 144. n. 4. Gron. virg. l. 154. Roy. lugdb. 460. *flor. racemosis. Sp. I - S. XII, n. 10.* A. maximum, fol. 3- et 5fidis, virginianum. Pluk. alm. 7. t. 123. f. 4. 5. Habitat in Virginia. *h.* [*Sp. I. II.*]

II. cliff. syn. Pluk. l. c. et Boerh. lugdb. 2, p. 234. Arbor exotica, foliis fraxini instar pinnatis et serr., Negundo perperam credita. Raj. hist. 1798; — *I. nat. id.* — *Obs.*: „Folia in hac partim ternata, partim pinnata sunt et fl. racemosi.”

MCCCLXXV. **CELTIS** *G. I. app.*: HERMAPHROD.: Cal. 5partitus. Corolla 0. Stam. 5. Styli 2. Drupa Isperma. MASC: Cal. 6partitus. Cor. 0. Stamina 6. *S. XI, n. 924., X, n. 1012., XII, 1143.*

CELTIS Tournef. 383. — *Autore cl. Dillenio. (Cor. gen.)* — 1°. HERMAPHRODITI FLORES solitarii, superiores: CAL. Perianth. 4phyllum, 5partitum: laciniis ovatis, patulis, marcescentibus. — COR. 0. — STAM. Filam. 5, brevissima, ab initio occultata antheris, farina exussa longiora. Anth. oblongae, crassiusculae, 4angulares, 4sulcatae. — PIST. Germen ovatum, acuminatum, longit. calycis. Styli duo, patentes, varie inflexi, subulati, undique pubescentes, longissimi, Stigm. simplicia. — PER. Drupa globosa, unilocularis. — SEM. Nux subrotunda. — 2°. MASCULI FLORES in eadem planta, inferiores: CAL. Perianth. 6partitum, reliqua ut in hermaphroditis. — COR. 0. — STAM. ut in Hermaphroditis. [*Cor. gen. p. 23. n. 841., * G. II. n. 924., F. 1012., IV. 1143.*]

CELTIS Tourn. l. c. Cal. Per. 4phyllum: folioli subrotundia concavis deciduis. Cor. 0. Stam. Filam. 4, subulata, brevina, Anth. crassiusculae. PIST. Germen subrotundum. Styli 2, cornuti, reflexo-patentes, magni. Stigm. pubescentia. Per. Bacc. globosa, hederaris, 2. n. I, osseum, subrotundum, Obs. Valde affinis videtur Ulmo.

[** G. I. app. p. 337. n. 844. sub cl. IV. I.]*

7644. **C. australis** *Sp. I.*: C. fol. ovato-lanceolatis, *Sp. I - S. XII, n. 1., serratis. II. cliff. p. 39. n. 1.* Roy. lugdb. 207. Dalib. paris. 304. — *Gouan. monsp. 512. (Sp. II.)* — Lotus fructu cerasi. Bauh. pin. 447. Lotus s. Celtis Cam. epit. 155. L. arbor Lob. ic. 186. Habitat in Europa australi et Africa ceteriore. *h.* [*Sp. I. II.*]

II. cliff. syn. C. fructu nigricante Tourn. inst. 612. Boerh. lugdb. 2, p. 231. Bauh. l. c., L. arbor (etc.) Lob. hist. 605. Caes. syst. 86. Bauh. hist. I, p. 229; — *I. nat.* in Afr. et Italia, circa Romam et Monspel.

7645. **C. occidentalis** *Sp. I.*: C. fol. oblique ovatis serratis (β. *S. XIII.*) acuminatis. *Sp. I - S. XIII, n. 3.* — C. fructu obscure purpurascente. Mill. dict. t. 88. (*S. A. Sp. II.*) — C. procerca, fol. ovato-lance. serratis, fructu pullo. Gron. virg. l. 195. H. 158. Lotus arbor virginiana, fructu rubro. Raj. hist. 1917. Habitat in Virginia. *h.* — Folia tenera, ovato-lance., parum pubescentia; adulta lato-ovata, acuminata; acumine et basi integerr.; ceterum serrata, nuda, nervoso-venosa, latere postico duplo minore. Maxime affinis primae [*n. 7644.*] [*Sp. I. II.*]

7646. **C. orientalis** *Sp. I.*: C. fol. oblique cordatis serratis (β. *S. XIII.*) subtus villosis. Fl. zeyl. n. 369. *Sp. I - S. XII, n. 2.* Ulmus fructu baccato. H. cliff. p. 83. n. 1. Salvitolia arbor orientalis, foliis tenuissime crenatis. Pluk. alm. 329. t. 221. f. 4. Mallan - toddali Rheed. mal. 4. p. 83. t. 40. — *Papyrus spuria Kacmpf. amoen. 474. t. 472. f. 2 an? Salvif. arbor. etc. Pluk. l. c. Burm. (Mant. II. sq.)* — Habitat in India. *h.* [*Sp. I. II.*] „Foliorum nervi subtus laeves.” *Mant. II. p. 500., S. XIII.*

II. cliff. syn. Muntingia folio ulmi aspero, fr. minimo glomer. Plum. gen. 41. Loti arboris folio angustissimo arbor baccif. racemosa etc. Sloan. flor. 163. hist. 2, p. 80. Baccifera india racemosa, florum staminibus binis, acinis monoprenis. Raj. hist. 1597. Pluk. Rheed. II. cc.; — *I. nat.* in Jam. Malab. aliisq. utriusq. Indiae regionibus. — *Obs.*: „Flos huic est cal. rudis 5fidus turbinatus. Stam. 5. Pist. germen subrotundum; stylus duplex reflexo-patens subulatus, undique villosus. Fructus bacc. unico semine duro forta. Arbor gaudet ramis tenuibus teretibus, foliis alternis unciali spatio remotis, ex ovato lanceolatis, sensim attenuatis in longum acumen, longit. digiti, latit. pollicis transversi, nervis superne sulco exaratis, quorum laterales 2 oppositi e basi fere egrediuntur et circa medium in margine terminantur, reliqui magis remoti; margo parum reflexus, tenuissime serratus, superficies supina atro-viridis, aspera, rigida et scabra, prona vero pubescens mollis pallidior nervis elevatis duris.” — *Add. obs., Ulmi speciem esse contendens.*

Fl. zeyl. syn. Plum. l. c. „?” Sloan. Pluk. Raj. Rheed. II. cc., Gaedhuba (-aba, -umba) Burm. zeyl. 26. 102. Herzm. zeyl. 14.; — *deserz.*: „Arbor. Folia alterna, oblique cordata, altero lobo baseos obliterato, nervosa, glabra, minutissime serrata, petiolata, subtus villosa nervis nudis. Pedunc. axillares, brevissimi, ramosi.”

Obs. Cf. de Rheediana: Am. ac. l. p. 249.

MCCCLXXVI. **GOUANIA** *Sp. II. app.*: HERMAPHROD.: Cal. 5fidus. Corolla 0. Antherae 5, sub calyptra tectae. Stylus 3fidus. Fructus inferus, tripartibilis. MASC. similis, absque germine stigmatique. *S. XII, XIII, n. 1152.*

GOUANIA Jacq. — 1°. HERMAPHRODITI: CAL. Perianth. 1phyllum, superum, infundibuliforme, semiquinquefidum: tubo persistente; laciniis ovatis, acutis, patentibus, deciduis. — COR. 0. — STAM. Filam. 5, subulata, longitudine calycis, eoque alternantia. Anth. subrotundae, incumbentes, calyptrae calyptra cucullata elastica. — PIST. Germen inferum. Stylus subulatus, semitridus. Stigm. obtusa. — PER. Fructus siccus, 3queter, 3partibilis in totidem semina. — SEM. Fructus partes 3, subrotundae, subtriquetrae, biatae. — 2°. MA-

SCULI in eadem planta: CAL. COR. et STAM. ut in Hermaphr. — PIST. Germeu 0. Stylus ut in Hermaphr. Stigm. obsoleta. [G. VI. n. 1157.]

7647. **G. domingensis** Sp. II. app.: G. foliis glabris. Sp. II. p. 1663. S. XII. XIII. n. 1. — Jacq. amer. 264. (S. XII. XIII.) — Banisteria lupuloides: fol. alternis lanceolatis serratis. Sp. pl. l. p. 427., S. X. p. 1035., n. 1. Paullinia fol. simplicibus lauc. serr. H. ups. p. 97. n. 1. — *Rhamnus inermis, ramis cirrhiferis scandentibus, fol. glabris.* Jacq. amer. 17. (Sp. II.) — Lupulus sylvestris americana claviculis donata. Pluk. alm. 229. t. 201. f. 4. et t. 162. f. 3. — Habitat in Barbados, *Jamaica* (Sp. II.). 7. [Sp. I. II. ll. c.]

„Hojus generis videtur Pluk. phyt. 263. f. 3.“ S. XII. XIII. II. ups. syn. Pluk. t. 201. f. 4., Coryli s. avellanae folio oblongo frutec convolvulaceo capreolatus americanus Pluk. t. 162. f. 3.; t. nat. Barb. — Obs.: „Hospitatur in Caldario, duobus annis egregie scandens, nondum vero florens. Semina misit clariss. B. Juss.

MCCCLXXVII. **SOLANDRA** S. X.: HERMAPHROD.: Cal. proprius nullus. Cor. 6petala. Stam. 6. Styli 2. Caps. infera, dicocca. MASC.: Cal. proprii nulli. Cor. 5petala. Stam. 5. S. XII. p. 767. n. 1061. — Masc.: Involucro 4phyllum, 5florum. Petala 5. Fem.: Involucro eodem. Petala 6. Styli 2. Caps. 2cocca. S. XII. p. 627. n. 1061. sub cl. XXI. 5. — Masc. Invol. 4phyllum umbellae 5florae. Cal. 0. Cor. 6petala. Fem. centralis umbellae. Cal. 0. Cor. 6pet. Styli 2. Caps. 2cocca infera. S. X. p. 1269. n. 0., sub cl. XXI. 6.

SOLANDRA. — CAL. Umbella simplex: flosculis masculis 4 pedunculatis in peripheria; quinto femineo sessili in centro. Involucro 4phyllum: foliolis lanceolatis, longit. umbellae. Perianth. proprium nullum, sed receptaculum superum (G. VI.) singulis flosculis dilatatum, plano-subrotundum, subdidymum. COR. Petala 6 (singulis S. X., femineo 6, masculo 5, G. VI.), sessilia (S. X.), ovata, aequalia. — STAM. masculis Filam. 5, (6, S. X.) subulata, longit. petalorum. Anth. ovaies, incumbentes. — PIST. femineo Germeu oblongum, compressum, truncatum, inferum. Styli 2, subulati, recurvi. Stigm. acuta. — PER. Capsula dicocca, oblonga. — SEM. solitaria. [S. X. app. p. 1380. n. 1170., * G. VI. n. 1061., sub cl. XXI.]

„Polygamia Monoicam esse certum est. Flos enim centralis habet stamina sex praeter pistillum.“ S. XIII.

Obs. Sub cl. XXI. ord. 6, in S. X., ord. 5, in Sp. II. sp.; haec in S. XIII. — Cf. de genere Prael. ed. G. I. p. 419.

7648. **S. capensis** S. X. n. A., Sp. II. S. XII. n. 1. Ricinocarpos afra Boerh. lugdb. 2. p. 254. Mercurialis procumbens dicocca africana, foliis violae tricoloris. Herm. app. 10. Habitat ad Cap. b. spei. D. C. Solander. 4. — Radix caulescens, ramosa in superficie terrae. Planta tota incano-tomentosa. Caules pillicares, vix ramosi. Folia alterna, petiolata, cuneiformi-obovata, incisoseptidentata. Pedunc. laterales inferiorum foliorum, eorumque longitudine. Florum receptacula atropurpurea, petala alba. [Sp. II. p. 1407-8.]

Obs. Cf. ad hanc necesse est n. 7282! 7473! R.

MCCCLXXVIII. **HERMAS** Mant. II.: HERMAPHROD.: Umbella terminalis, involucro universalis partialibusque. Umbellulae radiis truncatis: centrali florifero. Petala 5. Stamina 5, sterilia. Sem. bina, suborbiculata. MASC.: Umbellae laterales, involucro universalis partialibusque; umbellulae multiflorae. Petala 5. Stamina 5, fertilia. S. XIII. p. 767. n. 1332.

HERMAS. — I. HERMAPHRODITAE umbella terminalis: CAL. Umbella universalis multiradiata, hemisphaerica. Partialis multiradiata: Radio centrali florifero; reliquis absque flosculo olo. Involucro universale polyphyllum, lanceolatum, breve, peristens. Partiale subdiphyllum, lanceolatum, longit. umbellulae. Perianth. proprium obsoletum, 5dentatum. — COR. universalis flosculosa. Propriae Petala 5, oblongo-ovata, erecta, plana, integra, aequalia. — STAM. Filam. 5, filif., petalis breviora. Anth. steriles, oblongae. — PIST. Germeu inferum, com-

pressum, corolla majus. Styli 2, filif., erecti, corolla longiores. Stigm. obtusa. — PER. nullum. Fructus orbiculatus, basi emarginatus, angulis deliiscens. — SEM. 2, cordato-orbiculata, compresso-plana, marginata, notata stria unica longitudinali elevata. — 2. MASCULAE umbellae laterales, seriores, ejusdem plantae (a D. Burmanno communicatae): CAL. Umbella universalis ut Hermaphrodit. Partialis multiradiata: radiis omnibus floriferis. Involucro ut Hermaphroditis. Perianth. fere nullum. — COR. ut Hermaphroditis. — STAM. Filam. 5, filiformia, longit. corollulae. Anth. polliniferae, ovaies, subdidymae. [* Mant. II. p. 163. n. 1332. — Simil. ad Burm., Ep. ed. v. Hall, p. 134.]

7649. **II. depauperata** Mant. II. p. 299-300., S. XIII. p. 767. (c. iisd. syn.) — Bupleurum villosum Sp. plant. II. p. 343. Perfoliata fol. oblongis sinuosis subtus incanis. Burm. afr. 196. t. 71. f. 2. — Habitat ad Cap. b. spei. 4. — Planta umbellata. Fol. radicalia, subpetiolata, cordata, coriacea, subtus albo-tomentosa. Caul. albus, simplex, nudus: Squamis 2 s. 3, alternis, remotis, parvis. Pedunculus ex alis squamarum et ex apice caulis. Umbellae terminales caulis et ramorum, pedunculatae, compositae. Terminalis hermaphroditae feminea, multiradiata: pedicellis universalibus partialibusque floriferis. Flosculi umbellularum tantum solitarii; reliquis pedicellis umbellularum truncatis absque flore. Laterales masculae: radiis umbellulae omnibus flosculiferis. [Mant. II.]

B. VILLOSUM: frutescens, foliis amplexicaulibus dentatis subtus villosis. Sp. I. p. 288. S. X. p. 954. n. 11., Sp. II. p. 343. S. XII. p. 204. n. 13. Perfoliata etc. Burm. afr. l. c. — Habitat in Aethiopia, 7. [Sp. I. II.]

Obs. Cf. Epist. ed. v. Hall p. 131, 134, R.

MCCCLXXIX. **MIMOSA** S. I. G. I.: HERMAPHROD.: Cal. 5dentatus. Cor. 5fida. Stam. 5 s. plura. Pist. 1. Legumen. MASC.: Cal. 5dentatus. Cor. 5fida. Stam. 5, 10, plura. S. X. p. 1310. n. 597., XII. XIII. 1158. — Cor. 1pet. Cal. 5f. Legumen polyspermum. S. VI. p. 112. n. 522. (sub cl. XIII. 1.)

MIMOSA Tournef. 375. Acacia Tournef. 375. Inga Plum. 19. Fevil. III. 19. (G. I.) — CAL. Perianth. 1phyllum, 5dentatum, minimum. — COR. Petalum unicum, infundibuliforme, semi-5fidum, parvum. — STAM. Filam. capillaria, longissima. Anth. incumbentes. — PIST. Germeu oblongum, Stylus filiformis, staminibus brevior. Stigma truncatum. — PER. Legumen longum, dissepimentis transversis, pluribus. — SEM. plurima, subrotunda, figura varia (G. V. VI.). — [* G. I. p. 155. n. 439. et app. p. 383., II. p. 239. n. 522., et V. p. 233. n. 597., sub cl. XIII. 1., VI. n. 1151.]

„Fructificationis pars nulla in hoc genere constans. Calyx 5dentatus; alii 3fidus. Corolla 1petala, alii 5petala, alii nulla. Stam. quibusdam multa, alii 10, alii 5, alii 4; alii monadelphae; alii castrata. Pericarpium legumen, sed alii carnosum, alii membranaceum, alii alatum, alii articulatum. Semina figura diversa in diversis. Flores multi masculi decidunt; alii feminei, alii hermaphroditae in variis sunt.“ G. VI. — „Stamina in aliis numerosa; in aliis 10, in aliis 5, in aliis 4, et si quatuor, calyx et corolla quadrifida.“ G. I-V.

„Mimosae legumen articulatum, folia veluti sensitiva. Acaciae legumen cylindraceum, folia non moventia se a tactu. Ingae legumen carnosum, compressum (G. I.): folia pinnata, rhachii alata (G. I. II.).“ G. I-VI.

„SENSITIVAE sunt: M. pudica, viva, casta, asperata, quadrivalvis; uti Oxalis sensitiva et Dionaea.“ S. XIII. p. 768. et Mant. II. p. 502.

„MIMOSAE SPECIES diffidellae omnium generis character combinantur: Aliae rhaec corollae 4fida, 5fida, polyptala, apetala: Aliae staminibus 4, 5, 10, plurimis, subdiadelphis, monadelphis (S. X.); Aliae legum. membranaceo, alato, baccato, articulo.“ S. X. p. 1301., XII. 665., XIII. 754.

„Species aliae flore 1petala, 5petala. Aliae 4-, 5-, 10-, polyandrae, monadelphae. Aliae fl. quibusdam castratis, Aliae legum. membranaceis, crustaceis, coriaceis, carnosis, baccatis. Fructificationes has diversas attente describit Botanicus. Inde affinitas Gleditsiae, hinc Ceratonia quasi apetala Mimosa.“ Sp. II. p. 1509.

„Qui a fructu vel flore distinguere tentant Acaciae species in Acacias et Mimosas, paucas eum vidisse spp. fructificantes

certus sum. Difficile nobis est tradere ubique synonyma, cum raro apud nos floreat, rarissime fructificent, omnesque veterum differentiae praecipue a fructu petitaes sint." *H. cliff.* p. 209.

Obs. *Huc Mimosa S. I. (absque syn.) sub cl. IV. 1., et Fexilliaea S. I. (ex syn. Inga Pl.) sub cl. XVI. ord. I. — Serius a G. I. ad V. sub cl. XIII. l. posita: huc in S. X. — Cf. ad char. gen. nortium Praef. ed. Giss. p. 431, sq.; cf. et Loeftl. l. t. p. 223. — De somno Mimosarum cf. Am. or. 4. p. 348.*

1°. FOLIIS SIMPLICITER PINNATIS.

7650. *M. Inga Sp. I.: M. inermis (♀. Sp. I.)*, fol. pinnatis quinquejugis; petiolo marginato-articulato. *Sp. I. p. 516. S. X. n. 2., Sp. II. S. XII. n. 1.* *M. inermis*, fol. pinn.: petiolis membranaceis alatis. *H. cliff.* p. 209. n. 13. Arbor siliquosa brasiliensis. fol. pinnatis costa media membranulis utrinque extantibus. *Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 58. t. 183. f. 1. Raj. hist. 1762. Mer. sur. 51. t. 51. (Sp. II.). — Inga fl. albo fimbriato, fructu dulci. Plum. gen. 13. ic. 25. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in *America meridionali (Brasil. Jamaica. Surin. Sp. I.)* — ♀. [*Sp. I. II.*]

„Flores monopetali, monadelphii, polyandri." *Sp. II.*
„*M. INGA.* Rote bolties. Polyandra, monadelphia. Folia 3juga glandula inter singula." *Pl. surin. n. 141. in Am. ac. S. p. 264.*

H. cliff. syn. *Plum. gen.*, *Sloan.*, *Raj.*, *ll. cc.*, *Inga*, *belgis Lotus. Marteg. bras. 101.*; — *l. nat. ut Sp. I.*, ad ripas.

7651. *M. fagifolia Sp. I.: M. inermis (♀. Sp. I.)*, fol. pinnatis bijugis; petiolo marginato. *Sp. I. p. 516. S. X. n. 3., Sp. II. S. XII. n. 2. — Jacq. amer. 264. t. 164. (S. XII. XIII.)* — Arbor siliquifera, faginis foliis, americana, fl. comosus etc. *Pluk. alm. 44. t. 141. f. 2.* Habitat in Barbados. ♀. [*Sp. I. II.*]

„Flores monadelphii, polyandri. Glandula nulla inter pinnas." *Sp. II.* — „Folia interdum 3juga." *S. XII. XIII.*

7652. *M. nodosa Sp. I.: M. inermis (♀. Sp. I.)*, fol. pinnatis bijugis; foliis inferioribus minoribus; petiolo lineari. *Sp. I. p. 516. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n. 3.* — *M. inermis*, fol. pinnatis: foliis quatuor; glandula ovata inter infima minima. *Vir. cliff. p. 49. Hort. cliff. p. 209. n. 12. (t. c.) — Roy. lugdb. 471. (Sp. I.)* — Phaseolus arboreus tetraphyllos zeylanicus *Pluk. alm. 294. t. 211. f. 5.* — Habitat in Zeylena. ♀. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in America. Fructus teres nodosus. Folia 2 extrema ovata maxima glabra, acuminata, 2 inferiora dimidio minima, interiore latere angustiore." *H. cliff. (absq. syn.)*

2°. FOLIIS BI- S. TERGEMINIS. (Foliis petiolo bipartito, non pinnatis. Sp. I. II.)

7653. *M. bigemina Sp. I.: M. inermis (S. X. sq.)*, fol. bigeminis acuminatis. *Fl. zeyl. n. 218. Sp. I. p. 517. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 4.* *Katou-conna Rheed. mal. 6. p. 21. t. 12. Raj. hist. 1746.* Habitat in India. ♀. [*Sp. I. II.*]

„Flores 1petali, monadelphii, polyandri." *Sp. II.*

Fl. zeyl. syn. *Ceratiae* quodammodo affinis, majoribus et longioribus foliis etc. *Pluk. alm. 95.* *Arbor indica siliquosa, fl. 5petalo*, siliquis in spicam contortis lanuginosis. *Raj. l. c.*, *Rheed. l. c.*, *Uthaenda Herm. zeyl. 25. Burm. zeyl. 231.*; — *obs.*: „*Arbor. Folia alterna. Petioli bifidi*, in singulo apice 2 foliola, aequae folia bigemina, foliola lanceolato-ovata (Lauri figura), glabra, integerrima, acuminata. Flores paniculati; ex axillis et ramorum extremitatibus, sparsi, polyandri, monopetali, geminae pedicello insidente. Differt a *Mimosa* [etc., n. 7654.] *H. cliff.* p. 207. n. 1., quod zeylanicae folia lauriformia nec obtusa, altero latere angustiora, aliquoties majora. Fructum non vidi."

7654. *M. Unguis cati Sp. I.: M. spinosa (S. X. sq.)*, fol. bigeminis obtusis. *Fl. zeyl. n. 218. obs. Sp. I. p. 517. S. X. XIII. n. 6. — M. fol. bigeminatis. H. cliff. p. 207. n. 1. Roy. lugdb. 470. — Acacia quadrifolia, siliquis circinnatis. Plum. ic. t. 4. (S. X. Sp. II.)* — *M. fruticosa, fol. ovatis binato-binatis, sem. compressis atro-nitcutibus, flosc. rubellis adnatis. Brown. jam. 252. (Sp. II.)* — *Acaciae* quo-

dammodo accedens s. *Ceratiae* et *Acaciae*, media jamaicensis spinosa, bigeminatis foliis. *Pluk. phyt. l. f. 6.* *Acacia arborea major spinosa, pinnis 4 majoribus subrotundis, siliquis varie intortis. Sloan. jam. 152. hist. 2. p. 56. („?" Sp. II.)* — Habitat in Jamaica, Caribaeis. ♀. [*Sp. I. II.*]

„Flores 1petali, monadelphii, polyandri." *Sp. II.*

H. cliff. syn. *Pluk. Sloan. ll. cc.*, *Ceratiae* quodammodo affinis benghalensis, fol. bigemellis subrot. etc. *Pluk. alm. 93. t. 82. f. 4.* *Acaciae* quodammodo accedens, myrobalano chebullo veslingii similis etc., seu *Unguis cati*, *Breyn. prodr. 2. p. 7.* *Acaciae* similis spinosa, ceratoniae foliis geminatis, fl. albis lanug. etc. *Kigg. beaum. 3.* *Unguis cati* etc. *Herm. prod. 385.*; — *l. nat. id.* in campis et pratis freq. — *Obs.*: „In horto nostro nunquam floruit, licet humanae altit. arbores. Variat aculeis instructa et iis destituta. Flores depinguntur stam. numerosis et legumine spiritaliter contorto."

7655. *M. tergemina Sp. I.: M. inermis (♀. Sp. I.)*, fol. tergeminis. *Sp. I. p. 517. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 5. — Jacq. amer. 265. (S. XII. XIII.)* — *Acacia frutescens non aculeata, fl. purpurascente. (Plum. hist. mss. Houst. mss. Sp. I.) Plum. spec. 17. ic. 10. f. 1. (Sp. II., f. 2. S. X.)* — Habitat in America meridionali. ♀. — Petiolus bifidus; pedicello singulo terminato foliolis duobus; sed insuper foliola duo opposita ad divaricationem petioli communi. [*Sp. I. II.*]

„Fl. monadelphii, polyandri." *S. XII. XIII.*

3°. FOLIIS CONJUGATIS (simulque pinnatis. S. X. XII., s. folia duo pinnata, communi petiolo annera. Sp. I. II.)

7656. *M. latifolia S. X.: M. inermis, foliis conjugatis: pinnis terminalibus oppositis; lateralibus alternis. S. X. n. 7. A., Sp. II. S. XII. n. 7.* *Acacia non spinosa, juglandis folio, fl. purpurascente. Plum. spec. 17. icon. 9. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in America. ♀. — Flores polyandri, sessiles. [*Sp. II.*]

7657. *M. purpurea Sp. I.: M. inermis, fol. conjugatis pinnatis: foliolis intimis minoribus. Sp. I-S. XII. n. 9. [non n. 7697.]* — *Acacia frutescens non aculeata, fl. purpurascente. Plum. spec. 17. icon. 10. f. 2. (Sp. II., f. 1. S. X. XII. sq.)* — Habitat in America meridionali. ♀. [*Sp. I. p. 517., II.*]

7658. *M. reticulata Mant. I.: M. spinis stipularibus, fol. coniugatis: foliolis serigiis, petiolis glandula aculeoque terminatis. S. XII. XIII. n. 43.* — *M. fol. conjugatis aculeo terminatis, spinis stipularibus. M. l. p. 129.* — *Arbor folio acaciae, siliqua longa lata articulata externe eleganter reticulata, sem. ovato plano. Boerh. lugd. 2. p. 168. an?* — *Acacia africana, abruae foliis aculeata, spinis longissimis horrida. Pluk. alm. 3. t. 123. f. 2.* Habitat ad Cap. b. spei. ♀. — *Arbor ramis rigidis flexuosis a gemma ad gemmam. Spinae stipulares sub singula gemma binae horizontales, albicantes, longit. foliorum, fol. petiolata, conjugata s. 1juga: foliolis pinnatis 6jugis. Petiolus communis terminatus supra glandula, subtus aculeo. Foliola oblongo-linearia, obtusa, paribus distantibus infimis minoribus. Fructus ovalis, palmaris, latitudine semipalmaris, compressus, sem. sparsis magnis. Cult. H. U.* [*Mant. I.*]

7659. *M. viva Sp. I.: M. inermis, fol. conjugatis pinnatis: partialibus quadri- (bi-Sp. I.) jugis subrotundis (ovatis S. X.), caule herbaeo. S. X. n. 11., inermi. Sp. I. p. 517. Sp. II. S. XII. n. 11.* — *M. minima herbaea vir tripollicaris, caps. monospermibus hirsutis. Brown. jam. 254. (Sp. II.)* — *M. herbaea non spinosa minima repens. Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 58. t. 182. f. 7. Raj. suppl. 480.* Habitat in Jamaicae pratis. 21. [*Sp. I. II.*]

7660. *M. circinalis Sp. I.: M. aculeata (♀. Sp. I.)*, fol. conjugatis pinnatis: pinnis aequalibus, stipulis spinosis. *Sp. I-S. XII. n. 8. — M. frutescens spinosa et aculeata, siliquis hirsutis. Brown. jam. 253. (Sp. II.)* — *Acacia fol. amplioribus, sil. circinatis. Plum. spec. 17. icon. 5. (S. X. Sp. II.)* — *Catesb. car. 2. p. 97. t. 97. (Sp. II.)* — Habitat in America calidiore. ♀. [*Sp. I. p. 517., II.*]

„Convenit cum *M. ungue cati* spinis stipularibus et siliquis longis spiritaliter convolutis; differt vero omnino foliis." *Sp. II.*

7661. *M. cineraria* S. X.: *M. aculeata*, fol. conjugatis pinnatis: pinnis aequalibus, aculeis incurvis. *S. X. XIII. n. 10.* — *M. cinerica* (*diagn. ead.*) *Sp. I. p. 517. n. 10.* [*casu, non n. 7679.*] — *M. fruticosa spinis aduncis undique armata, cort. cinereo, fol. minutis pinnatis, spicis globosis.* *Brown, jam. 252. (Sp. II.)* — *Acacia maderaspat. spinosa* intisae accedens, cort. cinereo, ramis communi pediculo binis. *Pluk. alm. 4. t. 2. f. 1.* Habitat in India. *h.* [*Sp. I. II.*]

7662. *M. casta* *Sp. I.*: *M. aculeata*, fol. conjugatis pinnatis: partialibus trijugis subaequalibus. *Sp. I. S. XII. n. 12.* *M. fol. conjug.*: foliolis pinnatis: pinnis senis subaequalibus. *H. ups. 145. n. 2.* *M. undique aculeata, fol. geminatis pinnatis: foliolis intimis minimis.* *II. cliff. p. 208. n. 2.* *Aeschynomene spinosa latifolia* s. *Herba viva vel spinosa latifolia, piloso et subtrotundo folio.* *Comm. hort. 1. p. 55. t. 25.* Habitat in India. *h.* — Flores spicae inferiores 10andri steriles; superiores 10andri fertiles. [*Sp. I. p. 518., II.*]

H. cliff. syn. *M. spinosa* prima s. *brasil. latifolia, sil. radiatis.* *Brey. cent. 31. t. 16.*, *M. arborescens spinosa, frond. orbicularibus latifolia etc.* *Pluk. alm. 251.*, *Juqueri-omano Maregr. bras. 64.*; — *var. c.* *M. fol. lato sennae, spinosa.* *Boerh. lugdb. 2. p. 55.*, *Comm. l. c.*; — *l. nat. Brasil.* — *Obs.*: „Petiolus apice in 2 ramulos dividitur, quorum singulos pinnatum fert folium ex 2 vel 4 foliorum oppositiombus, foliolis aequalibus, excepto infimo interno, in singulo ramulo folii minimo. Haec omnium maxime sensitiva est.”

H. ups. syn. ut a. II. cl., l. nat. Brasil. 2.

7663. *M. sensitiva* *Sp. I.*: *M. aculeata*, foliis conjugatis pinnatis: partialibus bijugis: intimis minimis. *Sp. I. S. XII. n. 13.* *M. caule aculeato, fol. geminatis: partial. 4phyllis, foliolis intimis minimis.* *Roy. lugdb. 471.* *M. spinosa* prima s. *brasiliana latifolia, siliquis radiatis.* *Brey. cent. 31. t. 16.* Habitat in Brasilia. *h.* [*Sp. I. p. 518., II.*]

„Flores pentandri, apetalii." *Sp. II.*

7664. *M. pudica* *Sp. I.*: *M. aculeata*, foliis *subdigitatis* (*conjugatis* S. X.) pinnatis, caule hispido. *Sp. I. S. XII. n. 14.* — *M. caule acul., fol. pinnato-palm., singulis multiplici oppositione pinnatis.* *H. cliff. p. 208. n. 3.* *M. fol. digitatis: foliolis pinnatis, caule acul. hispidoque, fol. pinnato-palmatis: singulis numerose pinnatis.* *H. ups. p. 144. n. 1.* — *M. humilis frutescens et spinosa, siliquis conglobatis.* *Plum. spec. 17. ic. 202. (Sp. II.)* — *M. spinosa 3tia, siliquis parvis echinatis.* *Brey. cent. 40. t. 18.* *Aeschynomene spinosa, fl. globoso albido, silic. articulatis echinatis.* *Comm. hort. 1. p. 57. t. 29.* — Habitat in Brasilia. *h.* — Calyx infundibulif., 3fidus: lobo altero latiore, Cor. nulla. Stam. filam. 4, calyce sexies longiora, erecta, filif. Germen subtrotundum. Stylus subulatus, staminibus paulo brevior. Stigma acutum. [*Sp. I. p. 518., II.*]

„Evigilat (apud nos mense junio et julio) hora 3 matutina, obdormit hora 6 vespertina." *Mant. II. p. 502.*

H. ups. syn. *Brey. Comm. II. cc., l. nat. idem.* — *H. cliff. syn. eadem* et *M. major frutescens spinosa, ramis communi pediculo in orbem coactis.* *Pluk. alm. 251.* *Boerh. lugdb. 2. p. 55.*, *M. seu Podica ramulis et fol. sensibilibus.* *Toorn. schol. 300.*, *Herba mimosa Acost. arom. cap. 56. fig. mala.* *Caeco Maregr. bras. 23. fig. e pl. tenella, Juquiri (etc.) Pis. bras. 117.*; — *l. nat. in Brasilia variisq. aliis Americae.* — *Obs.*: „Petiolus ad apicem gerit folia 4-8 pinnata, numerosis foliolis: communi petiolo affiguntur haec folia summo apice et fere in eodem puncto, tamen si accuratius inspiciantur, 2 et 2 opposita sunt et pinnatim insident, adhuc magis evidenter dum tenella est pl. et noper ex sem. enata. II. huic communiter 4dmi sunt et stam. 4, rarius plura. Haec etiam maxime sensitiva est et hoc nostro tempore in hortis vulgarissima.”

4*. FOLIIS DUPLICATO-PINNATIS, *inermes* (*Sp. I. II.*).

7665. *M. scandens* *Sp. II.*: *M. inermis*, fol. conjugatis cirrho terminali; foliolis bijugis. *Sp. II. S. XII. n. 15.* *Gigalobium scandens claviculatum* *Brown. jam.*

362. *Lens phaseoloides* *Burm. zeyl. 139.* — *Phaseolus novi orbis* s. *Faba purgatrix latissima cordis figura.* *Pluk. phyt. 211. f. 6. (S. XII. XIII.)* — *Ph. maximus perennis, folio decomposito, lobo maximo contorto.* *Sloan. jam. 68.* *Arbor siliquosa, juglandis folio, brasiliana, lobo longissimo, acaciae siliquae instar distincto.* *Bauh. pin. 404.* *Faba marina* *Rumph. amb. 5. p. 5. t. 4.* *Pusaetha* *Fl. zeyl. app. n. 644.* *Perim-Kaku-Valli* *Rheed. mal. 8. p. 59. t. 32-4.* — Habitat in Indiis. *h.* — *Biconis.* *Caulis teres, filif., laevis, debilis.* *Folia alterna, conjugata, partialibus bijugis; pinnae ovali-oblongae, obtusae, acute emarginatae cum rudimento lacinulae, Petiolus communis terminatus cirrho simplici. Legumen maximum, perfecte coriaceum.* [*Sp. II.*]

„Flores pentapetalii, decandri." *Mant. II. sq.* — [*Obs. Cf. de hac plura in Praef. ed. Gis. p. 432.*]

Fl. zeyl. (sub Barbaris) syn. *Pusaetha, Puswael* *Herm. zeyl. 44.*, *L. phaseoloides* (etc.) *Burm. l. c.* *Brey. prodr. 2. p. 63.*, *Sloan. Bauh. Rheed. II. cc. et Raj. dendr. 116.*, *Phas. utriusque indiae arboreae, alatis foliis, fr. magno cordiformi etc.* *Pluk. alm. 295.*, *Ph. alatus indicus, fr. fusco orbiculato maximo etc.* *Herm. lugdb. 494.*; — *obs.*: „Vide supra n. 619. hujus affinem. — [*l. n. 619. syn. Hinpus* *Herm. z. 139.*, *Burm. Herm. lugd. II. cc.*, „lobis minoribus”, *Ph. novi orbis* s. *F. purgatrix.* *Bauh. hist. 1. p. 438.*, *Ph. etc. minor* *Pluk. alm. 1. c.*, „t. 211. f. 6.”, *Faba purg. latissima* *ex ins. St. Thomae. Bauh. pin. 404.]*

7666. *M. Entada* *Sp. I.*: *M. inermis*, fol. bipinnatis cirrho terminatis, *Sp. I. p. 518.* *S. X. n. 15.*, „..... partialibus 5jugis. *Sp. II. S. XII. n. 16.* — *M. fol. duplicato-pinn., cirrho term.* *Fl. zeyl. n. 219.* — *M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus propriisque serjugis oblongis.* *Jacq. amer. 265. t. 183. (S. XII. XIII.)* — *Acacia alia scandens, spica multiplici, siliquis latis.* *Plum. spec. 7. ic. 12. ? (Sp. II.)* — *Entada* *Rheed. mal. 9. p. 151. t. 67.* — Habitat in utraque India. *h.* [*Sp. I. II.*]

„Nescio nom a *M. scandente* specie vere differat, cum alterius tantum biennem impuberem alui." *Sp. II.*

„Caulis laevis, angustus. Folia alterna, duplicato-pinnata absque impari: rhachi cirrho bifido terminata. Folia partialia opposita absque impari aut cirrho, constantia foliolis 3, 4 aut 5 paribus, obverse ovatis, retusis. Pedunculus ex ala folii cum spica longissima, ut in *Sanguisorba canadensis.*" *Fl. zeyl., cum syn. A. scandens* *spicata, sil. amplissimis.* *Plum. spec. II.*, *Rheed. l. c.*

„*M. Entada. M. polystachya* *Jacq. amer. 273.* *Decandra, apetala. Pedicelli partiales gemini. Flores omnium copiosissimi.*" *Pl. surin. n. 142. in Am. ac. 8. p. 364.* — [*Cf. n. 7675.*]

7667. *M. plena* *Sp. I.*: *M. inermis*, fol. bipinnatis, spicis pentandris: inferioribus plenis. *Sp. I. p. 519. S. X. n. 16.*, *Sp. II. S. XII. n. 17.* — *Mil. dict. t. 182. f. 2. (S. X. Sp. II.)* — *M. fol. duplicato-pinn., spicarum fl. inf. plenis, caule inermi procumbente.* *H. ups. p. 145. n. 3.* *M. herbacea non spinosa procumbens et palustris, fl. luteo pleno.* *Houst. mss. t. 1.* Habitat in Vera Cruce. *h.* [*Sp. I. II.*]

„Sensitiva est." *Sp. II.*

„Caul. inermes, decumbentes, virgati. Stipulae ovatae, acutae. Fol. duplicato-pinnata, foliolis partialibus 4 utrinque, singula pinnata, Spicae solitariae ex alis, pedunculatae (pedunculo una alterave squama cincto), ovatae, inflexae; constantes floribus inferioribus plenis, majoribus, longioribus, patulis; superioribus vero floribus spicae pentandris, stam. longis, pistillo brevi." *H. ups. (cum syn. Houst. l. c. (hona) et Anm. rath. 547. n. 48., l. nat. eodem.)*

7668. *M. punctata* *S. X.*: *M. inermis*, fol. bipinnatis, spicis *erectis* (*Sp. II.*), II. decandris: inferior. castratis, *S. XII. XIII. n. 18.*, „..... corollatis (*Sp. II.*), caule erecto tereti. *S. X. n. 17. B. (l. c.) et Sp. II. n. 18.* *M. frutescens inermis, siliquis compressis falcatis umbellatis, pedunc. longissimo.* *Brown. jam. 253.* *Aeschynomene mitis* *prima* *Comm. hort. 1. p. 61. t. 31.* Habitat in America. *h.* — *Caulis punctis vagis callosis. Folia 4juga, glandula depressa inter primum par. Foliola 20juga. Pedunculi bracteis 2, alternis, dimidiato-cordatis. Spicae oblongae. Flores omnes decandri: infer. masculis, castratis, Cor. 5petalae.* [*Sp. II.*]

7669. *M. virgata* Sp. I.: *M. inermis*, fol. bipinnatis, spicis decandris: inferior. castratis masculis, caule erecto angulato. S. X. n. 17. t. e. Sp. II. S. XII. n. 19. — *M. inermis*, fol. bipinnatis, spicis cernuis, fl. decandris: infer. castr. apetalis. Sp. I. p. 419. n. 17., masculis. Fl. zeyl. n. 505. H. ups. p. 145. n. 5. (t. e.) — *Jacq. hort. t. 80. (S. III.)* — *M. orientalis non spinosa*, rarioribus ramis, fl. spicatis. Pluk. alm. 252. t. 307. f. 4. *Burm. Niti todda-vaddi Rheed. bot. 9. p. 35. t. 20. Burm. (Mant. II. S. XIII.)* — Habitat in India. γ .

[Sp. I. II., o. o.]
„Spica subrotunda, sub- (M. II.) nutans, Flores 10andri, laevi, inferiores spicae anandri apetalis, Mill. Mant. II. sq. Obs. Sp. I. II. Fl. z. et H. ups. add. syn. II. cliff. n. 8., in Sp. II. simul ad sp. seq. ductum, quod hanc pridem sub-juncta (a. Fl. zeyl.) erat.

H. ups. syn. Fl. z., H. cliff., H. ce.; L. nat. id.
Fl. zeyl. (sub Barbaris) syn. H. cliff. l. c., M. amer. pigra [etc. cf. sp. sq.] Pluk. f. 3., M. italica s. Herba viva spuria Ambr. phyt. l. p. 360., M. non spinosa leptomacroceratos s. spuria de pernambuca. Morris. hist. 2. p. 200. Sloan. flor. 153. hist. 2. p. 58., M. spuria de pernambucque etc. Zan. hist. 131., Aeschynomene mitis americana, foliis acaciae angustioribus; sil. longis angustis etc. Brey. cent. l. p. 48. Raj. hist. 981. Comm. mal. 4., Securidaca peregrina planta sensibilibus pigra Morris. pracl. 307.; — var. β . cum syn. Pluk. f. 4., Rheed., H. ce., M. herba zeylonica, sil. angustis glabris, media, Heru. zeyl. 66. Burm. zeyl. 160.; — obs.: „Singulares flores in planta sunt. Scil. in singula spica plures fl. decandri; horum 2 inferiores masculi apetalis, antheris destituti. Reliqui fl. 5petali albicantes, filam. longissimis anthera instructis. Folia tacta tarde et vix se movent.”

7670. *M. pernambucana* Sp. I.: *M. inermis*, fol. bipinnatis, spicis cernuis pentandris: inferior. castratis, caule decumbente. H. ups. p. 145. n. 4. Sp. I. p. 519. S. X. n. 18., Sp. II. S. XII. n. 20. — *M. inermis*, fol. duplicato-pinnatis, siliquis linearibus glabris. H. cliff. p. 209. n. 8. (Sp. II.) — *M. spuria pernambucana* s. *M. italica*. Zanon. hist. 151. (Mant. II. sq.) — *M. americana pigra*, siliquis longis angustis allium olentibus. Pluk. alm. 252. t. 307. f. 3. — Habitat in America. γ .

[Sp. I. II.]
„Folia 4 paria pinnatim inseruntur petiolo communi: foliola singula linearia, basi truncata, affixa angulo superiori, apice obtuse acuminata, 16 circiter foliolorum paria in folio partiali; ad exortum petioli communis nullae spinae, sed 2 setae minimae vix manifestae. Ex ala folii prodit pedunculatae flores in capitulum filamentis longissimis continens. Siliquae plures quasi ex eod. pedunculi centro et apice summo erectae, digiti longit., compressae, lineares, acuminatae.” H. cliff., cum syn. Pluk. t. c., L. nat. eod. — [Cf. n. 7669.]

„Caul. pedales, bipedales, virgati, plures, decumbentes, teretes, virides. Rami breves, alterni, horizontales. Fol. duplicato-pinnata; partialia 2 vel 3 paria, foliolis ovali-oblongis, numerosis, aequalibus, viridibus, medietate inferiore s. baseos proxima glauca seu pallidiora. Pedonc. ex alis solitarius, erectus, bractea cordata semiamplexicauli in medio instructus. Spica cylindrica, recurva. Flores antheris 5 instructi, sed inferiores a parte masculina steriles. Glandula nectarifera parva inter foliola infima petiolis innata. Folia tacta sese contrahunt, sed tarde. Facies omnino M. herbaeae [etc. cf. n. 7667.] Houst. Ann. Odor parum gravis foliorum. Forte itaque quaedam syn. sequentis [n. 7669., q. cf.] data ad hanc amodari debent, cum zeylanica se vix manifeste contrahat, nisi valde tenella, et zeylanicae rami angulati sint.” H. ups. (absque syn.), cum eod. L. nat. „ \mathcal{U} , herbacea.”

7671. *M. arborea* Sp. I.: *M. inermis*, fol. bipinnatis, pinnis dimidiatis acutis, caule arboreo. S. X. n. 19. (t. e.), Sp. II. S. XII. n. 21. — *M. in.*, fol. bip., legum. spiritaliter circumvolutis, caule arb. Sp. I. p. 519. n. 19. — *M. arborea*, cort. cinereo, spica globosa, siliqua interne rubente, sem. sphaericis atro-nitentibus. Brown. jam. 252. (Sp. II.) — *Acacia non spinosa jamaicensis*, foliis lata basi in metae formam fastigiatis. Pluk. alm. 6. t. 251. f. 2. *A. arborea maxima non spinosa*, pinnis majoribus, fl. albo, siliqua contorta coccinea ventricosa elegantissima. Sloan. jam. 157. hist. 2. p. 54. t. 182. f. 1.

et 2. Raj. suppl. 477. Habitat in Jamaicae et Caribacarum humidis. γ . [Sp. I. II.]

